6
3-b
21 M

4.2.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 C
58



6-3.b.21

~~XXXI.1.36~~ XVIII.1.28.

TOMI PRIMI

EPITOME

COMMENTARIORVM LINguæ Latinæ Stephani Doleti, breuis, eodem quo ipſi autori uiſum ordine ubiq; ſanctè obſeruato, & iam ſe-cundò in lucem edita.

Spes m. Deo; Vivere Christo Domino.

Cum Indice locupletiſsimo et diligentiſsimò.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BASILEAE.
M. D. XXXX.

STEPHANVS DOLETVS GVLIELMO BVDAEO SALVtem.

AD SEPTIMVM, & uigeſimum annum ætate iam prouecta mea, uberiora, ſcio, quàm grauiora, aut mihi probatiora ingenij documenta prębui. Orandi munus ſubire me ante tempus coëgerunt indigniſsimæ crudeliſsimorũ quorundam hominum (quorũ iam nomini parco) contumeliæ. Tu uerò nõ dubitas, ſciuntq; certò omnes, qui meam lenitatem norunt, ſi quid in eos ardentius conſcripſi, non ferendis iniurijs mihi ſtomachum, qui antea hebetabat, præter ſententiam fuiſſe exacutum. Incalaui forte impotentius, atq; non ſine iratioris animi

(idquod inepté inimici mihi obijciunt) ſpecie, ſed quem incenderat læſa, uiolataq́ patientia. Quare æquo animo ferant, qui innocentem ignominijs onerarunt, ac perditis, profligatisq́ ſententijs iugularunt, iuſto, & mihi in calamitate relicto ſolo ſtili, oratoriæq́ exercitationis præſidium meum me dolorem ab eis iniuſtum ulciſci contendiſſe. Satis habeant, crudelitatem in me ſaturaſſe ſuam. Mihi quidem ſatis eſt, contumelijs omnibus dignos, leuiter, molliterq́ pupugiſſe, uel titilaſſe potius. Omiſſa eſt à me iracundia, deferbuitq́ ſenſim, qui totus modó ebulliebat, orationis noſtræ tumor. Ad priſtinam me reuocaui lenitatem; ſed tamen diu obtrectatorum maledicta ægerrimè certè tuli, qui ingenuam noſtram, & liberam, planeq́ uiro dignam iniuriæ propulſandæ contentionem, furoris nomine traducebãt. Animi tam muliebris homines, mulierum numero tametſi ferè ſemper

habui,

habui, nonnunquàm tamen maledictis me affrenatius appetentes comprimere cogitaui. At nunc iſtorum quiuis, ſi mihi obſtrepere ob nimiũ ſtili ardorem perget, id à me reſponſi ferat, quod apud Comicum à Carino Byrria: Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Quàm facile eſt, deum immortalem, iniurioſè læſum, et accepto luculento uulnere conquerentem, crudelitatemq́ hoſtis, & indignitatem maledicto inſectantem, ut nimium iracundum, increpare? Quàm facile, illi furorem, atque animi impotentiã exprobrare? Quód ſi iſtiuſmodi obtrectatorum quenquam ſimilis dolor angat, clamores ſtatim multò maximos edentem, in eiulatus turpiter erumpentem, cœlum, terramq́ tragica querimonia permiſcentem uideas. Verùm iſti, quoniam tantam modeſtiæ, & patientiæ laudem aucupantur, ſtipites per me ſint licet, & ut Phryges ictibus, ita iniurijs ferendis nati uiuant. Ego iniuriam (apertè, &

ingenuè loquor (uix ferre poſsim, uel nullo potius modo ferre. Quid enim in iniuria animi remiſsione fœdius? quid ab homine alienius? Poſt obductam primi mei uulneris cicatricem, meme pauliſper colligens, Dialogum in Batauum ſcriptitatorem ſcripſi. In quo quòd paulùm ueritati conceſſum eſt, nimium me uehementem, nimium acrem, atque aſperum uociferatur Eraſmicorum diſcipulorum grex, garrulitatem (aliud omnino nihil) à magiſtro inſigniter edoctus. Sed fremant omnes licet, dicam haud dubiè, quod ſentio. Sentio autem Ciceromaſtigem Dialogum à Deſiderio Eraſmo Roterodamo aut ſano, aut ſicco nunquam ſcriptū. Mei huiuſce iudicij cauſam argumentis alibi probaui non minimis: probaturus etiam, ſi me ſenex urgebit, longè poſthac pluribus.

Ciceromaſtix Eraſmi Dialogus.

Attamen mi Budæe in Eraſmi dicacitate, & inſatiabili garriendi ſtudio, pudoris mei, modeſtiæque

exiſtimationem amittere quidem no lim: neque id etiam uelim, quoquàm ſcriptis laceſſendo, quod petulantis eſt: aut cum laceſſente pertinacius concertando, quod uix modeſti habetur, iuuentutis meæ florem, uel minimam ætatis partem ridiculè ſine fructu conſumi. Longè aliter cõparata eſt ſtudiorum meorum ratio: nimirum id ſpectans, quod doctiſsimo cuiq;, & ingenuè, liberaliterq; educato propoſitum eſſe ſolet, ut, ſiue literis, & eloquentiæ facultate eximiè ſit inſtructus: ſiue alia aut animi ornamenta, aut rerum potentiam ſit nactus, quicquid uel à natura accepit, uel ſuo ipſe labore quæſiuit, id omne ad omnium utilitatem, commodumq; conferat: in nullius damnum, incommodumq; conuertat: ac ſuis tum artibus, tum fortunis prodeſſe omnibus ſemper ſtudeat: obeſſe nulli unquàm conetur. Hinc, qui ſuos omnes induſtriæ neruos ad hominum utilitatem (quò nihil magis

ſecundum naturã eſſe exiſtimatur) commodaq́ꝫ contendit, ſalutaris nomen refert: qui contrà à naturæ bonitate recedit, ſuisq́ꝫ, quales, quales ſunt, uiribus incommoda hominum ſocietati ſtruit, pernicioſi nota à nobis iuſtiſsimè inuritur. Quorum quò alterum altero eſt turpius, & repræhenſione dignius, eò diligentius, qui naturæ bonitatẽ ſequũtur, rationiq́ꝫ pârent à moleſtia, & dãno alicui importando mentẽ, animũq́ꝫ reuocant ac ſceleſtos conatus oderunt. Quàmobrem hanc uitę legem à natura nobis tributam ratus, quò plurimis commendare, conſulereq́ꝫ poſſem, mihi aliquid aliquando excogitandum duxi: ſed non meorum ſolùm, id eſt, Gallorum, rationem mihi habendam exiſtimaui: uerùm omnium generatim, qui linguæ Latinæ cupiditate tenerentur. At uerò non in id ſum ea mente ingreſſus, ut uiris doctis compluribus, qui in linguam Latinam ante me multa & ingenioſè, et

eruditè commentati ſunt, laudem in hoc genere præriperem (præripere enim neq; poſſum, neq; conor) ſed ut quæ ab illis tẽtata magis ſunt, quàm abſoluta, ea pleniora, cumulatioraq́;, et ordine commodiori digeſta iuuentuti traderem. In quæ etiam poſthac commentandi anſam alijs non præcidimus, tantum, qua nos uia ad linguæ Latinæ uſum pedetentim peruenimus, & qua exercitatione copiam uerborum, dictionisq́; ſplendorem comparari poſſe ſpes nobis iniecta eſt, occultum habere non libuit, relicto omnibus, non præciſo cuiquam (quod modò teſtabar) ſimilia commentandi, & ad ſua ſtudia componendi argumento. Atq; adeo cùm annos natus ſexdecim (quo tempore rex Gallus ad Ticinenſem agrum in hoſtium manus proditione uenit) Lutetiæ Pariſiorum poſitis Grammaticæ rudimentis me primùm Ciceronis lectioni dedi, & Latinè loquendi modos attentius obſeruans, hos

Quo tempori cœpti Commentarij.

ſhos quandó exituros, ſcribebã: ſcriptione iuuenili iuuenẽ me exercebã. Creuerunt ſimul hi cum ætate, & ſtudiorum meorum progreſſu, ſed mihi ſtili fundamenta iacienti, & formam iam conſtituenti ſatietate ſui pené facta. Itaque ſtili informandi ſtudio tempore longo ceſſerunt. At quos mihi maximo uſui fuiſſe ſenſeram, & quos ſpem ingrediebar iuuentuti fore non inutiles, ab inuidiæ ſuſpitioné non abfuturum me ſum arbitratus, eos omnibus niſi patêre uellem. Edendos igitur curaui, prima mea adoleſcentia cœptos quidẽ illos, ſed omni à me nunc cura, diligentia, iudicioq; de integro confectos, atque abſolutos. Editionis tamen celerioris, præter meam iuuentuti maturius conſulendi cupiditatẽ, maximũ illicium fuit, ne, ſi rem extraherem, grauioribus poſthac commentationibus deditum, ad humiliora referri me pœniteret. Etenim grauiora meditor, & poſt horum

Commentariorũ laborem ad noſtri temporis hiſtoriam ſcribendam aggredi iandiu mihi in animo eſt. Sic, quo ſibi aliquid allatum prædicit, iuuentus literarum amans à me acceperit. Patria quoq; me ocio, & ſtudiorum meorum fructu in frigidis, uel ſuperuacaneis ſcriptionibus abuſum aliquando non queretur. Sic uitam honeſtiſsimo, & laudatiſsimo exercitationis genere iuuenis, ſenexq́; (niſi me præmatura mors extinguet) ut mihi in uotis eſt, egero. Sic enim aliquid in commune conferendi deſiderium cumulatiſsimeq́; ſatiaro. Satis enim, ſuperq́; noui, quàm inania ſint & quàm ſubita obliuione deleantur, quamq́; celeriter faſtidio, atque ſatietate poſteritatem enecent, quæ ſine doctrinæ commendatione, uel hiſtoriæ monimentis à doctis exeunt. Ficta orationum argumenta (ſublata dicendi conſuetudine fingenda ſunt) aptè, diſtinctè, ornate, uarieq́; pertractes. Pugnaci, & refractariolo de-

defenſionum, apologiarumq́ gene-re in huncillum ue te uibres. Epiſto-las germana quadam, & uera linguæ Latinæ puritate conſcribas. Volu-minum ſtrue bibliothecas oneres: uulgi Grammaticorum, uel hominũ curioſorum plauſu maximo tum ſa-nè excipere, ſed breui interibit noui-tatis gratia, æqualibusq́ qui placue-ris, poſteritati frigebis certè quidem totus. Ac, ut maneant, quæ præſtabi li ingenij felicitate in quoduis argu-mentum fuderis, una tantum lectio-ne lectorem expleris, dicam uel tæ-dio affeceris? nullo tuorum relegen dorum deſiderio ſubinde commoue-ris. Relinquendum eſt, quod doctri-na fultum, aut hiſtoriæ explicatione gratioſum, neceſſariò uel ab inuitis in manus identidem aſſumatur. Ita immortalitati conſecratur ſcripto-rum illuſtrium nomen: ſua ita mo-numenta docti, ſuos ita labores ab iniuria obliuionis uindicãt. Id quod tu unus omnium prudentiſsime, ſa-

gaciſsi-

gaciſsimeq; prouidiſti. Quò enim tuæ in Pandectas annotationes? quò tres de Aſſe libri? Quò tui linguæ Græcæ Commentarij? An ullo temporum ſpatio à literarum ſtudioſis negligentur? An ſui ſatietatem ullo unquàm tempore parient? Viuent, & uiuent in omne prorſus tempus tum ea, tum eorum ſimilia, quibus æternitatis cuſtos adeſt eruditionis magnitudo. Viuent, nec tenebris, obſcuritateúe opprimentur doctrinæ ſplendore undiq; collucentia, Tuo nos exemplo, & autoritate adducti, quæ utiliora, & gratiora poſteritati futura ſperamus, ea potiſsimum conamur: ab interituris abhorremus. Doctrinæ quod hac ætate in nobis poſitum eſt, præſtabunt (quantuncunq; id erit, quod ſcio, quàm minimũ futurum ſit) tria noſtrorum Commentariorum corpora: tres enim ſunt Tomi. Qui in quãtos, quâmq; uarios hominum ſermones incident, quòd, quæ doctrinæ, &

præ

præceptionum ſunt, cenſere ſe poſſe omnes uel mediocriter docti putant dubium medius fidius non habeo. Alia alij probabunt: alia alij repræhendent, aut calumniabuntur, ut calumniari omnia proptius eſt, quàm æmulari. Sed tibi modò (quod ait ille) cecinero, & Muſis: tibi modò noſter probetur labor, facilè omnium calumnias, repræhenſionesq́ riſero, quæ riſu tantum dignæ ſunt. Tu certè unus loco omnium mihi es: tuo unius iudicio (quanquàm docti nullius iudicium aſpernor) libentius, quàm reliquorum omnium ſententijs ſtetero. Cuius me ætate natum, dijs ſuperis gratiam habeo immortalem: tempore alio in lucem ſuſceptum, grauiſsimè, acerbiſsimeq́ queri & penè cum natura, uelut de iniuria mihi facta, aſperius expoſtulare poſſem. Probetur igitur tibi primus hic noſter labor: fructum mihi ſatis magnum ex ijs moleſtijs uidebor

per-

percepiſſe,quas in opere tam uario ſubeundas non ignores. Probetur noſtrum hiſtoriæ ſcribendæ conſilium: ò mi Budæe,quos mihi putas animos? quam mihi alacritatem? quam mihi ſtudiorum redintegrationem ſtatim adiunctum iri? Quòd niſi tuos omnes ſenſus parum cogni tos habeo, inſtitutum noſtrum tibi ſummopere probari non ſolùm oſtendes, ſed me ad id etiam, atque etiam incendes: cui pro eo, quantum patriæ laudem amas, & illius ſtudes gloriæ, res geſtas Gallorum tandiu luce carere, gratum minimè eſſe poteſt: ſcriptis illuſtrari, iucundum maiorem in modum erit. Pueri in hunc uſque diem ſatis, pueri, inquam, & rerum noſtrarum rudes plus, plusꝗ ſatis uiximus: res noſtras longo nimis tempore neſciuimus. Quibus celebrandis non unus ego ex omnibus re omni

niparatiſſimus operam meam, dico, ſed tanto, quàm cæteri, erga patriam officioſior id oneris non inuitus ſuſcipio: in quo (quando in literis ætatem decreui conterere, finemq́ mihi ſtudiorum meorum hiſtoriam propoſui) cum laude aliqua reliquo uitæ meæ curſu animoſè, conſtanterq́ deſudem, atque elaborem. Vale. Lugduni decimo Calendas Maias.

M. D. XXXVI.

EPITOME COMMENTARIORVM LINGVAE LATINAE Tomi primi, Stephano Doleto Gallo Aurelio autore.

AMARE. Cic. Reditum, ſi me tantum amas, quantum certè amas, hominibus confice. Amare amore Cic. Cura ut ualeas; meq́; ames amore illo tuo ſingulari. Amare quoq; omnino plus eſt, quàm diligere. Cic. Sic igitur facies, ut me aut amabis, aut, quo contentus ſum, diliges. Amare etiam uariam ſignificationem & conſtructionem habet. Cic. Te multum amamus, quòd abs te diligenter paruoq́; curata ſunt. Terent. Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiã. Amare de, id eſt, ob. Cic. De mancipijs, quòd mihi polliceris, ualde te amo. Amare pro delectari. Cic. Equidẽ ualde Athenas ipſas amo. Amare inter ſe Cic. Ciceronis pueri amant inter ſe, diſcunt, exercentur. Dicimus etiam, Amamus nos inuicem, Amatis uos mutuò, Amant ſe pariter. Dicitur etiam, Amare ex animo. Cic. Te autem alienum hominem ament ex animo, ac non ſui cõmodi cauſa ſimulent. Amare confirmantis eſt & obteſtantis. Terent. Atq; ita me dij ament, ut ego nunc

nontam meapt e cauſa lætor, quàm illius. Ea autem ſignificatio huius uerbi crebrior apud Comicos, quàm apud Oratores. Sic enim affirmat Cic. Ita me Dij iuuēt, uel, Ne uiuam, ne ualeam, ne ſim ſaluus, Peream, diſperream, moriar, male mihi ſit, ſi aliter ſcribo ac ſentio.

Amare ut cum maximè. Terent. Ita Bacchidem amabat, ut cum eam maximè amaret. Vt cū maximè, etiā alijs uerbis iūgitur. Ci. Domus celebratur, ut cū maximè

Adamare eſt cōcupiſcere. Cic. Etſi illam præclaram & eximiam ſpeciem oratoris perfecti, & pulchritudinem adamaſti.

Redamare. Cic. Quid enim tam abſurdū quàm delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut ueſtitu, cultuq; corporis, animi autem uirtute prædito, eo qui uel amare, uel (ut ita dicā) redamari poßit, non admodum delectari?

Deamare, eſt uehementer amare. Terent. Ne ego ſum fortunatus, deamo te Syre.

Amabo aut interiectio amantis eſt, aut blandientis, aut rogantis & caſum regit. Sine caſu tamen Comicis ferè proprium. Cic. Vrbanitatis poſſeßionem, amabo, quibuſuis interdictis defendamus. Plaut. Dic amabo. Amabo te. Cic. Amabo te, aduola, conſolabor te. Ama me. Cic. Ama me, non libenter uidi: Pro crede mihi, uel credas mihi. Si me amas, uox eſt blandientis, aut exhortantis, cum quidpiam ab aliquo poſtulamus. atq;

auferre uolumus. Cic. Adhuc, *ſi me amas*, Mariū. *Ama re ſe, pro admirari ſe, uel ſibi ſatisfacere, & placere.* Cic. Dices, *tu ergo, hæc quomodo fers? bellè hercule, & in eo me ualde amo.* Amare *cùm amatoriè amantis eſt, totū propè apud Comicos uerſatur.* Terent. Nam *ij tum ſimul amabant.* Amans *eſt, qui aut probanda ani mi inductione amat, aut amore uenereo ardet.* Cic. No *ſtri laudator, imitator, amator.* Quando *eſt honeſtè amantis.* Cic. Homines *ut cognoui, amantes tui.* Vel *cum eſt amatoriè amantis.* Terent. *Amantium iræ amoris redintegratio eſt.* Amator, *cùm eſt amatoriè amantis.* Terent. Perpol *perpaucos reperias meretricibus fide les amatores.* Amabilis *paſſiuæ eſt ſignificationis, dicitur q; amore uel amicitia dignus.* Cic. *Quidē etſi per ſe eſt amabilis, à me q; diligitur, tamen accedit magnus cu mulus cōmendationis tuæ.* Amabile *pro grato.* Cic. *Mi hi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia.*

Diligere. Cic. *Perfeciſti, ut ille me diligeret, cole ret in ſuis* Diligere *cum aduerſarijs quibuſdā.* Cic. Val de *diligit* Patronem. Idem. *Te ſemper maximè dilexi.* Idem. *Peducæum noſtrum uehementer diligo, nam & quanti patrē feci, totū, in hunc ipſum perſequor* Idem. *Itaq; ab eo admodum diligebatur* Idem *Mirificeq; di ligo.* Idem. *Quem ego in quæſtura mea ſingulariter di lexiſſem.* Idem. *Habes Seruium Sulpitium, quem*

ſemper unicè dilexi. Idem Sed quia te nimio plus diligo, non doſſum diſsimulare infamiam quoque, quamuis falſa ſit. Idem. Quem Craſſus dilexit ex omnibus plurimū. Planc. Fac ualeas, meq́; mutuò diligas. Diligere, ut patrem, uel loco fratris. Cic Quē ut patrē diligebat. Teren. Si te in germani fraris dilexi loco. Diligere ſe, eſt plus ſatis admirari, uel ſibi adblandiri. Cic. Vſq; cóne te diligis, & magnificè circunſpicis, ut pecuniam non ex tabulis tuis, ſed aduerſarijs petas? Si me diligis. Cic. Cura, inquit, ſi me diligis., ut ualeas.

Obſeruare *hic eſt non ſpeculantis modo, ſed admirantis, uenerantisq́;, & id tantū in homines, nō in res, quoties quē uel uirtute uel dignitate ſuſpicimus & colimus. Cic. Eſt homo non ingratus, meq́; uehementer obſeruat.* Obſeruans. *Cic. Fert enim grauiter homo & mei obſeruantiſsimus, & ſui iuris dignitatisq́; retinentiſsmus.*

Colere *eſt diligere, aut obſeruare. Cic. ? enim ſemper ſic colam. & tuebor, ut quem diligentiſsimè. Excolere, pro colere Cic. Itaq; ut tibi placet, damus operā, ne cuius animū offendamus atq; ut etiā ab ijs ipſis qui nos Cæſare tam cōiunctos dolēt, diligamur: ab æquis uero, aut etiā à propenſis in hanc partē, uehementer excolamur. Charū habere, pro amare. Cic. Pompeius curat. nos, charosq́; habet. Loco filij habere. Cic.*

In

In parentũ loco quæſtoribus ſuis prætores eſſe oporte re. Omnino *loco patris habere, id eſt, eadem charitate complecti, qua patrem complecteremur.* Loco *eſſe fratris, uel in loco.* Lent. Cic. *Fratris enim loco mihi eſt, qui ex te natus, teq́; dignus eſt.* In *locũ patris alicui ſuccedere.* Brut. Cic. *Meq́; his in patris locũ ſucceſſiſſe ex iſtimes.* Aliquẽ *alicui eſſe in maioribus.* Cic. *Cupio enim noſtrum illum amicum in tribunatu quàmplurimũ habere grauitatis: id cum ipſius cauſa (eſt enim, ut ſcis, in maioribus) tum mehercule etiam* Reip. *Eſſe in, uel erga aliquem.* Cic. *Itaq; ego is in illum ſum, quem tu me eſſe uis.* *Eſſe alicui cum aliquo:* Supponitur *amor, uel amicitia, uel conſuetudo.* Cic. *Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi.*

Amplecti. *pro ualde amare.* Non *enim fit, ut aliquẽ amplectamur, niſi ſingulari erga illum amore ſimus.* Cic. *Libenter amplector talem animum.*

Amplexari. Cic. *Quo genere commotus Appius me amplexatur.*

Complecti. Cic. *Quid eſt cauſæ, cur mihi non in optatis ſit, complecti hominem florentem ætate?* Complecti *ſe inter ſe.* Ci. *Nosq́; inter nos eſſe cõplexos.*

Diſſuauiari. Cic. *Ego ad 4. Cal. uidebo, tuosq́; ocu los, etiã ſi te ueniẽs in medio foro uidero, diſſuauiabor.*

Ferre in oculis, uel eſſe in oculis, eſt ualde diligere, uel diligi. Cic. Ferebant in oculis hominem. Idem. Itaq; Publicanis in oculis ſumus.

Vti. Cic Fabio uiro optimo, & homine doctiſſimo familiariſſimè utor.

Amicitia Cic. Cuius amicitia mihi non ſolum ampla ſed etiam iucũda eſt. Amicitiæ fores aperire Cic. Neq; ego hæc polliceri debeo, quæ tibi ipſi, cum bene cognoueris, iudicanda ſunt: ſed tamen in omnibus nouis coniunctionibus intereſt, qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur. Amicitiam conciliare Cic. Nam cum conciliatrix amicitiæ, uirtutis opinio fuerit, difficile eſt amicitiam manere, ſi à uirtute defeceris. Parere. Cic. Cum his etiam amicitiã natura ipſa peperit. Contrahere. Cic. Cum autem contrahit uirtus amicitiam, ſi qua ſignificatio uirtutis eluceat, amor ibi exoriatur neceſſe eſt. Gignere. Cic. Sed & hæc ipſa uirtus amicitiã gignit & continet. Cõiungere. Sal. Habere magnã copiã ſocietatis amicitiæq; cõiungendæ. Adiũgere, uel ad iũgere ad amicitiam. Cic. Quoſcũq; uelis ad amicitiã adiũgere. Cõglutinare. Cic. Nã ſi utilitas amicitias cõglutinaret, eadẽ cõmutata diſſolueret. Inſtituere. Cic. Nã et amicitia peruetus mihi cũ eo eſt, ut primũ in forũ ueni, inſtituta. Cõferre ſe ad amicitiã. Cic. Cũ initio ætatis ad amicitiã ſe meam cõtuliſſet.

Applicare

Applicare. Cic. *Primo quod omniũ nationũ exterarum princeps Sicilia ad amicitiã fideq́; Po.Ro. ſe applicuit. Aggregare.* Caeſ. *Qui ſe ad eorũ amicitiã aggregauerant. Adrepere ad amicitiam.* Cic. *Quibus rebus non ſenſim atq; moderatè ad iſtius amicitiam adrepſerat, ſed breui tempore totum hominem, totamq́; eius praeturã poſſederat. Venire in amicitiam.* Cic. *Vt ciuitates eius inſulae, quae ſemel in amicitiam noſtram ueniſſent, nunquam poſtea deficerent. Incidere.* Sall. *Quòd ſi quis etiam à culpa uacuus in amicitiam eius inciderit, etſi amicitia per ſe bona eſt, malorum tamen eſt mala. Implicari amicitia.* Cic. *Atq; ita tamen nouis amicitijs implicati ſumus, ut crebrò mihi uafer ille Siculus inſuſurret cantilenã illam ſuam. Eſſe amicitiam alicui cum aliquo.* Cic. *Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde à quaeſtura mea Sicilienſi. Incipere, uel creſcere amicitiam.* Terent. *Per ego te deos oro, & noſtram amicitiã Chreme, quae incaepta à paruis, cum aetate accreuit ſimul. Gerere.* Cic. *Quorum ſunt de amicitia gerenda praeclariſſimè ſcripti libri. Colere.* Cic. *Coluntur tamẽ ſimulatione amicitiae duntaxat ad tempus. Serpere* Cic. *Serpit enim neſcio quomodo per omnium uitam amicitia. Confirmare.* Cic. *Et reuera confirmata amicitia, & perſpecta fide, commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt. Firmiorem facere.* Cic. *Sed tamen*

a 4 cauſa

cauſa communis ordinis mihi commendatiſsimi, fecit amicitiam noſtram firmiorem. Retinere Cic. *Ego tamen Antonij inueteratam ſine ulla offenſione amicitiam retinere ſanè uolo.* Permaneres uel manere Cic. *Ille qui dē nihil difficilius eſſe, quàm amicitiam uſq; ad extremum diem permanere.* Manere in amicitia. Cic. *Pleræq; autem & maximè illuſtres, in amicitia perpetuò manerent* Amicitiam uiolare. Cic. *Amicitiam uiolari apud maiores noſtros, fas non erat.* Euertere, extinguere, diſſuere, dimittere, deponere. Cic. *Vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ uideantur* Amicitias in inimicitias conuerti. Cic. *Cauendum uerò eſt, ne etiam in graues inimicitias conuertant ſe amicitiæ.*

Amor. Cic. *Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei.* Amores pro amore Cic. *Sic illi iam amores, & inuidioſa coniunctio, non ad occultam recedit obtrectationem, ſed ad bellum erumpit.* Amores etiam Latini appellant, rem, qua maximè oblectamur, quæq; nobis uelut in delitijs eſt. Cic. *Quid amores ac delitiæ tuæ Roſcius?* Amorem excitare. Cic. *Mirabiles amores excitaret ſapientiæ.* Conciliare, naſci, proficiſci. Cic. *Ab ijs initijs noſter in te amor profectus, auxit paternam neceſsitudinem.* Suſcipere, colere, fouere, confirmare, conſeruare, oſtendere, demonſtrare. Cic. *Vt propterea amorem in nos fraternum etiam demon-*

ſtrare

ſtrare laboret. Amore *coniungi,proſequi.* Cic. *Reliquum eſt,tuam profectionem ut amore proſequar.* A*more eſſe,eſt proſequi.* Cic. *Tamen te oro,ut quoniam meipſum ſemper amaſti, eodẽ amore ſis:ego enim idem ſum.* Amore *ardere.* Cic. *Noſtra antiqua manus bonorũ ardet & ſtudio noſtri,atq; amore.* Amorem *reſidere in aliquo.* Cic. *Vt ſi quid reſidet amoris erga me,id omne in Pomponij negotio oſtendas.* Amori *reſpondere.* Cic. *Cui quidem ego amori, utinam cæteris rebus poſſem,amore certè reſpondebo* In *amori reſpondere.* Cic. *Nihil enim minus mihi hominis uidetur, quàm non reſpondere in amore ijs,à quibus prouocere.* Amorem *interrumpere.* Cic. *Nulla poteſt eſſe tanta occupatio, ut interrumpat iter amoris noſtri,& officij mei.* Auer*tere ab amore.* Cic. *Sic me illius fugæ negligẽtiæq; deformitas ab amore auertit.* Detrahere *de amore.* Cic. *Ne quid de ſummo meo erga te amore detractũ eſſe uideatur.* Amorem *exhaurire.* Cic. *Tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla poſſit iniuria.* Amorem *abijcere, uel eijcere.* Cic. *Vt amorem illum penitus inſitum eijceret ex animo,ut deniq; patrem eſſe ſeſe obliuiſceretur.* A*mor cum amatoriè amantis eſt.* Terent. *Amore abundas Antipho.*

Charitas. Cic. *Admirabilis eſt quædam tui nominis charitas,amorq; in te ſingularis omnium ciuium.*

Pietas. Cic. *Periucundè mihi fuerunt literæ tuæ, quibus intellexi te proſpicere meam in te pietatem: quid enim dicam beneuolentiam, cum illud ipſum grauiſſimum & ſanctiſſimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me tuis eſſe uideatur?*

Beneuolentia. Cic. *Huic ſigna præterea beneuolentiæ permulta à bonis impertiuntur.* Beneuolentiam captare. Cic. *Ab aduerſariorum perſona beneuolentia captabitur.* Contrahere. Cic *A noſtra perſona beneuolentiam contrahamus.* Conciliare. Cic. *Ad eorum beneuolentiam mihi conciliandam magno te mihi uſui fore uideo.* Colligere. Cic. *Atq; is dolor eſt, quod cum ij, quos nominaui, te innocentia non uincant, uincunt tamen artificio beneuolentiæ colligendæ.* Coniungere uel adiungere. Cic. *Beneuolentiam adiungit lenitate audiendi.* Suſcipere. Cic. *Fretus conſcientia officij mei, beneuolentiæq;, quam à me ſuſceptam, quo ad tu uoles conſeruabo.* Conferre erga aliquem. Cic. *Commemoratio tua paternæ neceſſitudinis beneuolẽtiæq; eius, quam erga me à pueritia contuliſſes.* Beneuolentia complecti. Cic. *Quos æque, atq; te, ſumma beneuolentia ſum complexus.* Beneuolentiam declarare, præſtare, nauare, tueri. Cic. *Tu autẽ de noſtro ſtatu cogitabis. Primũ quo artificio tueamur beneuolentiam Cæſaris.* Beneuolentia eſſe in aliquẽ. Cic. *Nec his concedo, quanquam ſint ſingulari*

gulari in te beneuolentia, ut te ſaluũ malint, quàm ego.

Animus tria ſignificat, aut beneuolam animi inductionem, aut quandam mentis celſitudinem, aut conſilium uel deliberationem. Cic. Meus animus erit in te, liberosq́; tuos ſemper, quem tu eſſe uis & qui eſſe debet. Eſſe animo. Cic. Qui quo animo inter nos ſimus, ignorant. Animum habere, debere, conciliare. Cicer. Proprium hoc ſtatuo eſſe uirtutis, conciliare ſibi animos hominum. Confirmare, immutare, reconciliare, recolligere, amplecti. Cic. Cum uerò ea tua ſit uoluntas, humanitas, beneuolentia erga me, libenter amplector talem animum.

Voluntas aut pro beneuola animi inductione ponitur, aut pro conſilio & mente. Cic. De mea autem in te uoluntate, ſic uelim iudices. Voluntatem conciliare. Cic. Ad eorum uoluntatem mihi conciliandam, maximo te mihi uſui fore uide. Voluntates conglutinare, copulare. Cic. Non mediocre uinculum mihi quidem attuliſſe uidetur ad uoluntates noſtras copulandas. Voluntatem ad aliquem accedere. Terent. Voluntas ueſtra ſi ad Poëtam acceſſerit. Voluntatem conferre in aliquẽ. Cic. Magnopere à te quæſo, ut ad eam uoluntatem, ſi quam in illum ante has meas literas contuliſti, quàm maximus commendatione mea cumulus accedat. Voluntatem profiteri, id eſt, deferre, uel cõferre. Planc. Cic.

Non me

Non me præteribat, in tanta ſolitudine hominum, & perturbato ſtatu ciuitatis fructuoſiſſimam eſſe profeſſio nem bonæ uoluntatis. Voluntatem habere. Cic. *Nihil à te petam, niſi ut ad eam uoluntatem, quam tua ſponte erga Cecinnam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo.* Declarare, emetiri, conſeruare, retinere præſtare. Cic. *Eã uoluntatem, quam expectaram, præſtiterunt.* In uolun tate manere. Cic. *Vt in mea erga te uoluntate etiam de ſertus ab officijs manerem.* Voluntatem mutare, aliena re, abhorrere. Cic. *A quo mea longiſſima ratio, uoluntasq́; abhorrebat.* Reconciliare, recuperare. Cic. *Tentemus hoc modo, ſi poſſumus omnium uoluntates recuperare.* Remittere, de uoluntate. Brut. *Sed perſuade tibi de uoluntate propria mea nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter.*

Obſeruantia. Cic. *Hominem enim ſumma probitate, humanitae, obſeruantiaq́; cognoſces.*

Fides Cic. *Qua quiſq; in te fide ſit & uoluntate, difficile dictu eſt de ſingulis.* Fidem præſtare. Cic. *Sed iam quoniam, ut ſpero, fidem, quam potui, tibi præſtiti Poſthume, reddam etiam lachrymas, quas debeo.*

Coniunctio. Cic. *Quorum eſt nemo, qui non mecũ habeat aliquam cõiunctionẽ gratiæ: alij maximã, alij mediocrẽ, nemo nullã.* Coniunctionẽ dirimere, con

ciliare

ciliare. Cic. Ego autẽ citius cum eo, qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, ueterẽ coniunctionẽ dirimiſſem, quàm nouã cõciliaſſem. Perfringere, uel labefactare Cic. Neq; ulla tanta uis reperietur, quæ coniunctionem ueſtram, equitumq; Rom & tantã conſpirationẽ bonorũ omniũ perfringere, et labefactare poſſit. De cõiunctione imminuere. Cic. Sed ne ijs, qui me rogarent, aliquid de noſtra cõiunctione imminutum eſſe oſtenderẽ. A cõiunctione auocare Cic. Nihil prætermiſi, quãtũ facere, enitiq; potui, quin Pompeium à Cæſaris coniunctione auocarem.

Conſuetudo pro intima quadã familiaritate. Cic. Et præterea mihi nõ ignotã in cõſuetudine et familiaritate ſuauitatẽ tuã adiũxit. Inſinuare ſe in cõſuetudinẽ, immergere, uel dare. Cic. Non fugit eius amicitiã, cũ eſſet præſertim appetitus, dedit ſe in conſuetudinẽ, ſic, ut prorſus unà uiueret, nec ferè ab iſto diſcederet. Conſuetudine implicare, deuincire. Cic. Totam Hortenſiorũ domũ deuinctã cõſuetudine cũ teneret, afficiebatur ſummo honore. Conſuetudinem facere, intercedere alicui cũ aliquo, eſſe alicui cũ aliquo, intermittere. Cic. Perficiam profecto, & longi temporis uſuram qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine ſarciam. A conſuetudine refugere. Cic. Et poſtea prorſus ab inſtituta noſtra paucorum dierum neceſſitudine longe refugit. In, uel ad conſuetudinem reuocare, redire. Cic. Et ad cõ-

uictum noſtrum redeas & ad conſuetudinem uel noſtram communem, uel tuam ſolus ac propriam.

Neceſſitudo. *Cic. Nemo enim me neceßitudine, & amicitia deterritum ab officio dicet. Neceßitudinem conſtituere, facere, adiungere, cõiungere. Cic. Qui cum accuſatore tuo ſatis iuſtam cauſam coniungendæ neceſſitudinis putaui. Ad neceß tudinẽ adiungere. Cic. Bonos uiros ad tuam neceßitudinem adiunxeris. Neceßitudine circumuenire, attingere. Cic. Nos ſumma neceßitudine attingunt. Neceßitudinẽ intercedere alicui cum aliquo. Cic. Cum familia Titurnia neceßitudo mihi intercedit uetus. Eſſe alicui cum aliquo. Cic. Quicum mihi magna neceßitudo eſt. In neceßitudinem reijcere. Cic. Caput illud eſt, ut Lyſonem recipias, in fidem, neceßitudinemq́ tuam. Neceßitudinem conſeruare, colere. Cic. Cum Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium uetus, quam ego neceßitudinem ſanctè colendam puto.*

Familiaritas. *Cic. Nam cũ Tito Appio Balbo mihi ſumma familiaritas neceßitudoq́ eſt. Familiaritatẽ intercedere alicui cũ aliquo. Cic. Cũ Antipatro Derbete mihi nõ ſolũ officium, uerũ etiã ſumma familiaritas intercedit. Familiaritatẽ inducere, afferre, augere, cõſequi. Sall. Quorũ hic familiaritatẽ eximiã cõſecutus fuerat. Ad familiaritatẽ applicare ſe. Cic. Studioſè, ut dixi, ad eorum ſe familiaritatem multis iam antè annis Oppianicus*

pianicus iam applicarat. Dare ſe in familiaritatem. Cic. Bene penitus in iſtius familiaritatem ſe dedit. In familiaritatem uenire, recipere, intrare. Cic. Qui in tuam familiaritatem penitus intrarit. Familiaritate implicare, deuincire. Cic. Quorum principem Hermippum non ſolū ſermone meo, ſed etiam familiaritate deuinxi. Verſari in familiaritate, & disiungere à familiaritate. Cic. In quo Cæſar fuit felicior, ipſe enim Pompeium à familiaritate mea diſiunxit.

Vſus pro conſuetudine, & familiaritate ponitur. Cic. Nam inter nos ipſos uetus uſus intercedit.

Animi inductio pro beneuolentia ponitur. Cic. Neq; id facio (ut forſitan quibuſdam uideor) ſimulatione: tantum enim animi inductio, & mehercule amor erga Pompeium apud me ualet, ut quæ illi utilia ſunt, & quæ ille uult, ea mihi omnia iam & recta, & æqua uideantur.

Amicus. Cic. Me tibi non amicū modo, uerum etiam amiciſsimum exiſtimes uelim. Eſſe in amicis. Cic. At enim poſtea ſciuimus & uidimus, eſſe hunc in illius amicis. Amicos creſcere. Cic. Ex quo intellectum eſt mihi abſenti creuiſſe amicos.

Studioſus. Cic. Viri ſunt optimi, & tui ſimilium ſtudioſi.

Cupidus. Cic. Tui cupidus, noſtri amantiſſimus.

Conium-

Coniunctus *dicitur, qui aliquo in nos officio, aut alio neceſſitudinis nomine in amicitiam noſtram uenit. Cic Quos coniunctos ſumma beneuolentia plurimisq; officijs amiſiſti.*

Charus, *Iucundus, ſuauis. Cic. Me certe habebis, cui charus æque ſis, & periucundus, ac fuiſti patri. Idem. Sic enim tibi perſuade, chariſſimum te mihi eſſe, cum propter multas ſuauitates ingenij, officij, humanitatis tuæ, tum quod ex literis tuis, & ex multorum ſermonibus intelligo omnia, quæ à me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſſima. Charum habere, Cic. Te tanti facio, ut paucos æque ac te, charos habeam.*

Familiaris. *Cic. Biduo factus eſt mihi familiaris, ita tamē, ut Phanniam ualde ſim deſideraturus. Eſſe in familiaribus. Cic. Perfice, ut ſis in familiaribus Cæſaris. Eſſe ex familiaribus. Cic. Eſt ex meis domeſticis atq; intimis familiaribus.*

Neceſſarius, *ponitur etiam pro illo, qui nulla nos neq; affinitate, neq; neceſſitudine attingat, ſed qui ex noſtris familiariſſimis atq; intimis ſit. Cic. Maximè neceſſarius homo, et magnis meis beneficijs deuinctus.*

Intimus *eſt, qui cū aliquo, omni tum officiorum, tum conſuetudinis, tum familiaritatis genere eſt coniunctus. Cic. Intimus erat in tribunatu, Clodio. Eſſe in intimis, uel ex intimis. Cic. Itaq; in intimis eſt meis, cùm antea*

antea notus non eſſet. De *tuis unus.* Cic. *Qui & in bello tecum fuiſſet, & propter memoriam Craßi de tuis unus eſſet.* Alter *unus.* *Eſt Latinis modus loquendi, cum aliquem ſibi ualde charum oſtendunt, aut res ſuas perinde atq; ſibi, curæ eſſe illi ſignificãt.* Cic. *Ille legatos quindecim cum poſtularet, me principem nominauit, et ad omnia me alterum ſe fore dixit.*

Conciliare *eſt in amicitiã adducere, uel amicitiam inter quoſdam conſtituere.* Cic. *Vt ijdem me quàm maximè conciliarent familiari ſuo.*

Adiungere. Cic. *Tibi gratißimos optimosq; adoleſcentes adiunxeris.*

Coniungere. Cic. *Cum hoc ego me tanta familiaritate coniunxi, ut uterq; noſtrum in ſua ratione munitior, & in Repub. firmior, hac coniunctione eſſe poßit.*

Aggregare. Cic. *Meamq; uoluntatem ad ſummi uiri, meq; optimè meriti, dignitatem aggregaſſem, id eſt, adiunxiſſem.*

Congregare. Cic. *Qui cum te aut uoluntas congregaſſet, aut fortuna coniunxiſſet.*

Copulare. Cic. *Quos ſpero breui tempore ſocietate uictoriæ tecum copulatos fore, id eſt, adiunctum iri.*

Colligare. Cic. *Quid faciat tamen non habet,*

 ita ſe

ita ſe cum multis colligauit.

Ponere *in gratiam, uel in gratia, aut conſtituere in gratia. Cic. Ac te apud eum, Dij boni, quanta in gratia poſui.*

ALIENARE. *Cic. Itaq; mirum in modum omnes à ſe bonos alienauit.* Abalienare. *Cic. Reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur, neceſſe eſt. Alienare aliquando eſt id, quod uulgò dicimus, extra noſtram poſſeßionem, uel dominium mittere. Ci. Nam turpitudinem ſummam eſſe arbitrãtur, referri in literas publicas, prętio paruo ea, quæ accepiſſent à maioribus, uendidiſſe atq; alienaſſe.* Alienus. *Cic. Nũc ſi conſules à nobis alieniores eſſe uelint.* Alienatio. *Ci. Vltro maledictis me laceßiſti, tuamq; à me alienationẽ ad ciues impios tibi gloriæ fore putaſti.*

Mutare, *uel immutare. Cic. Animum tuum immutatum ſignificabant.*

Diſiungere, *ſeiungere, remouere ſe ab aliquo, Cic. Talem igitur te eſſe oportet, qui primum te ab impiorum ciuium tui dißimilimorum ſocietate ſeiungas.*

A ſe deficere, *pro diſiungere ſe, uel immutare ſe Cic. Vt collectam gratiam florentißimi hominis effunderem, à meq; ipſe deficerem. id eſt, me immutarem, uel conſilium mutarem meum.*

Offendere. *Cic. Ne cuius animum offenderes.*

Abſo

Abſolutè. idem. Nam apud illam perditiſſimam, atque infimam fæcem populi propter Milonē ſuboffendit, & boni multa ab eo deſiderant, multa reprehendunt. Offenſus. Cic. *Sed tamen nulla re à me offenſus eſt ipſius animus. Saucius animus, id eſt, læſus.* Cic. *Atq; illud à me iam intelligebatur, ſubeſſe neſcio quid opinionis incommodæ, ſauciumq; eius animum, & inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones.* Exulceratus *animus eſt læſus, irritatus, laceſſitus.* Cic. *Cumq; apud ipſum te de tuo periculo dicerent, fore putabant, ut in exulcerato animo facilè uictum crimen inſideret, id eſt, tibi irato facilè ſe facturos fidem criminis* Deiotari. Offenſa. Ci. *Cum tot eius offenſas pati nō poſſem, diſceſſi.* Cic. In offenſa eſſe Cic *Nā quòd negas te dubitare, quin magna in offenſa ſim apud* Pompeium *hoc tempore, non uideo cauſam, cur ita ſit hoc quidem tempore.* Offenſio. Cic. *Si quid eſt enim offenſionis, hæc res mederi poteſt.* Offenſionem ferre, accipere, ſumere, habere, ſubleuare. Cic. *Vna illa ſubleuanda offenſio.* Obliterare, omittere, deponere, effugere, lenire. Cic. *O multas & graues offenſiones: quas quidem, tu das operam, ut lenias.* In offenſionē cadere. Cic. *Ne in offenſionē* Athenienſium *caderent.* Offenſum *pro eo ponitur, quòd offenſionē adfert nōnunquā* Cic. *Scito nihil unquàm fuiſſe tam infame, tam turpe, tam deniq;*

omnibus generibus, ordinibus, ætatibus, offenſum, quàm hunc ſtatum, qui nunc eſt.

Infenſus *eſt uehementer iratus.* Planc. Cic. *Nam ſi uno loco eſſem, uerebar ne cui obtrectatori uiderer, & nimium pertinaciter* Lepido *infenſus, & mea patientia bellum agere.*

Iratus *pro abalienato & infenſo.* Cic. *Marcellum tibi eſſe iratum ſcis.*

Infeſtus *dicitur uehementer moleſtus, & qui alicui malum infert, & plus eſt quàm inimicus.* Inde *infeſtare, eſt moleſtia afficere.* *Ponitur etiam pro eo, cui alicunde malũ impendet.* Cic. *Dolebam iudices, & acerbè ferebam, ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſam eſſet infeſtior, quòd is meam ſalutem, atq; uitam ſua beneuolentia præſidio, cuſtodiaq; texiſſet.* Infeſtum *habere, eſt infeſtare, uel facere infeſtum.* Cic. *Nam cũ quærere tur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtũ uno myoparone.* *Eodem inquit, quo tu orbem terræ.* Inde *infeſta ſigna, quæ in aduerſum tendunt, id eſt, uexilla in hoſtem euntia, ut moleſtiam exhibeant.*

PLACARE. Cic. *Primum tibi de noſtro amico placando, aut etiam planè reſtituendo polliceor.*

Mitigare. Cic. *Non magna ſigna dedit animi erga te mitigati.*

Lenire. Cic. *Sæpe etiam leniui iratum.*

Delere

Delere pro mitigare. Cicer. Habet quiddam profecto, quod magis in animo eius inſederit, quod neq; epiſtolæ tuæ, neq; noſtra legatio tam poteſt facilè debere, quàm tu præſens non modò oratione, ſed tuo uultu illo familiari tolles.

Reconciliare. Cic. Te ut planè Deiotaro reconciliet oratio mea.

Gratia. Cic. Cùm mihi cum illo magna iam gratia eſſet. In malam partem. Cic. Ego adoleſcentes bonos, & fortes, ſed uſos ea conditione fortunæ, ut ſi eſſent Magiſtratus adepti, Reipublicæ ſtatum conuulſuri, uiderentur, meis inimicitijs, nulla ſenatus mala gratia, comitiorum ratione priuaui, id eſt, nulla ſenatus offenſione. Gratiã alicuius ſequi, eſt amicitiã alicuius ambitioſius captare, uel ambire. Cæſ. In Cæſarem reſpiciunt, atq; eius gratiam ſequantur. Recipere in gratiam. Cic. Quem enim ex tantis inimicitijs receptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum uiolare non debeo. Gratiam tenere, eſt eſſe in gratia Cic. Quòd Cæſaris, quòd Pompeij gratiã tenemus. Eſſe in gratia. Cic. L. Hircius cũ Domitio in gratia eſt. Gratiã retinere. Ci. Quæ tibi eò ſcribo, quòd me de retinenda Seſtij gratia literis monuiſti. Retinere abſolutè. Cic. Qui nos, quos fauẽdo in cõmuni cauſa retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt. Fouere aliquẽ, pro re

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tinere. Cic. Puto per Pomponiũ fouendũ tibi eſſe ipſum Hortenſium. Gratiã exulcerare, reconciliare. Metel. Cic. Pro mutuo inter nos animo, & pro recõciliata gratia. Gratiam componere inter aliquos Terent. Neque alio pacto componi poteſt inter eas gratia. Reducere in gratiam Cic Quibus ſubſcripſit, reges à ſe in gratiam eſſe reductos. Reſtituere, redire Cic. Cum Lucceio in gratiam redi. Reditus in gratiam. Cic. Reditus illuſtris in gratiam.

Concordia. Cic. Quod de Planci & Bruti cõcordia ſcribis, in eo uel maximam ſpem pono uictoriæ. Concordiam conſtituere, conglutinare, & reducere in concordiam. Balb. Cicer. Vt Cæſarem & Pompeium perfidia hominum diſtractos, rurſus in priſtinam concordiam reducas.

Placabilis, uel exorabilis. Cic. Hoc eo ad te ſcripſi quod is me accuſare de te ſolebat: in ſe expertus eſt illum eſſe minus exorabilem. Implacabilis, inexorabilis. Cic. Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis eſſem?

Studium communiter uehemens eſt applicatio animi ad aliquid peragendum, aliquando aut pro exercitatione eſt, aut pro diligentia & opera, aut pro deſiderio, fauore, uoluntate, amore. Cic. Tu uelim tua in me ſtudia & officia multum tecum recordare. Studium

conciliare. Cic. Habemus hæc omnia: bonorũ ſtudium conciliatum ex tribunatu, &c. Studia aſſequi, uel conſequi, habere, expectare ab aliquo. Cicer. Explorata uero eius incolumitate, omnia à te ſtudia ſumma cura expecto. Studio incendi, efferri, habere, teneri. Cic. Summum me eorum ſtudium tenet, ſicut odium iam cæterarum rerum. Eſſe ſtudio alicuius, id eſt teneri. Cic. Cicero tuus noſterq; ſummo ſtudio eſt pæonij ſui, rhetoris, hominis, opinor, ualde exercitati & boni. Eſſe ſtudio in aliquem. Cic. Piſonẽ noſtrum mirifico eſſe ſtudio in nos & officio, & ego perſpicio & omnes prædicant. Studium profiteri, dicare, declarare, ſignificare, extare, conſtare, conferre. Cicer. Vt omnia mea ſtudia in unum iſtum conferam. Ponere, præſtare, nauare. Cic. Tibiq; omnes fortes uiri, nauare ſtudium & operam uolunt. Studia remanere erga aliquem. Cic. Tum uero remanere etiam nunc in ciuitate noſtra ſtudia prope omnium conſenſu erga fortes & induſtrios uiros. Studia amittere, deponere, prætermittere, impedire. Cic. Subitò exorta eſt Catonis promulgatio, quæ ſtudia noſtra impediret. Cic. Illud uelim ſic habeas, quòd intelliges hac re nouata additum potius aliquid ad meum erga te ſtudium, cui nihil uidebatur addi poſſe, quàm quicquam eſſe detractum. Studiũ reſtinguere. Cic. Ne conditio inſidioſa

pacis, libertatis recuperandæ ſtudia reſtingueret.

Officium. Cic. De tuis innumerabilibus in me officijs erit hoc gratißimum. Officium polliceri, pro mereri, id eſt. conferre. Cic. Non conuenit enim cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, uos ad referendam gratiam eſſe tardiores. Officia intercedere alicui cum aliquo. Cic. Multaq́; & magna inter nos officia, paria & mutua intercedunt. Eſſe officio, id eſt. officium præſtare. Cic. Quanto ſemper tu & ſtudio & officio in meis rebus fuiſti. Officium reſidere in aliquo, uel eſſe. Cic Eſt enim in eo cum uirtus & probitas, & ſummum officium, ſummaq́; obſeruantia, tum ſtudia illa noſtra, quibus ante delectabamur. Officiorũ impenſam facere, uel agere. Cic. Qui neq; tanta ualetis autoritate. neq; tantorum officiorum impenſam egiſtis in patriã. Officium adhibere, uſurpare, tribuere, conferre in aliquem. Cic. Tum etiam in me ipſum magna officia contulit. In officio eſſe. Cic. Si erunt in officio amici, pecunia non deerit. Officio fungi. Cic. Maculam officio functum eſſe gaudeo. Officia exequi. præſtare, conſtare in aliquem, extare, tueri, ponderare, ſeruare. Cic. Quamobrem omnibus officijs amicitiæ diligenter à me ſancteq́; ſeruatis. Officijs deuincire, comprehendere, amplecti, complecti, proſequi. Cic. Qui paternam amicitiam nullis ipſi officijs proſecuti

ſunt.

ſunt. In *officio continere, manere.* Cic. *Cum multo maximam partem in officio manere intelligerem. Officium explere, dirigi, agi.* Cic. *Cuius præcipuum officium, agitur magis hoc tempore. Officijs certare, uincere, reſpondere, ſatisfacere.* Cic. *Satiſfactum eſt iam, uel officio uel familiaritati. Officia perpendere, reddere, uincere, deeſſe.* Cic. *Mea uerò officia ei non defuiſſe, tu es teſtis. Officium ſoluere, uel perſoluere, negligere, interrumpere intermittere, prætermittere, præterire, deſiderare, intermori.* Bithi. Cic. *Si nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas. Officio deeſſe.* Cic. *Si manerem in Italia, uerebar, ne officio deeſſem. Ab officijs deſeri.* Cic. *Etiam deſertus ab officijs tuis, permanerem. Ab officio recedere, deſciſcere.* Cic. *Nullius unquam periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate deſciſcam. Officij intermiſsio.* Cic. *Nec ullo caſu arbitror hoc conſtanti homini poſſe contingere, ut illa intermiſſio fiat officij. Officioſus.* Cic. *Cuſpius homo in omnes ſuos officioſiſſimus.*

Beneficium. Cic. *Si dignum deniq; tuis beneficijs iudicas. Beneficio, uel beneficio tuo, pro, tua opera ponitur.* Cic. *Tuoq; beneficio adhuc uiuit hæc peſtis. In beneficij loco deferre, petere.* Cic. *Atq; hoc in beneficij loco petitum eſt ab Apronio. Beneficium dare.* Cic. *Maius mihi dare beneficium nullum potes. Pro benefi-*

cio dare. Cæl. Cic. Quemadmodum, tibi pro beneficio dederit, ſi quid iniurijs ſuis eſſet, quo Neſtorius teneretur. Beneficium conferre, tribuere, ponere, collocare, figere, Cic. Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, id eſt, Vt perpetuam huius beneficij memoriam faceret. Inire, ſoluere, reddere, remunerare, fœnerari, interire. Plaut. Malo ſi beneficias, id beneficium interit. Beneficijs ornare, afficere, deuincire, obſtringere, alligare, obligare, reſpondere, augere. Cic. Auctus Antonij beneficio eſt, eius ipſius beneficij magna pars à te eſt. Beneficia accipere, habere, debere, comedere, ſuſtinere. Cic. Neq; enim ſum ueritus, ne ſuſtinere tua in me uel innumerabilia beneficia non poſſem. Pro beneficio habere. Brut. Cic. An hoc pro beneficio eſt habendum? In beneficij loco ponere. Cic. A me autem, hæc ſunt profecta, quæ ego in beneficij loco non pono, ſed in ueri teſtimonij, atq; iudicij. Beneficiarius eſt, qui alicuius beneficijs erigitur & augetur, maximèq; de militibus dicitur, quos Imperator uirtutis opinione eximit ex ordine & autoritate, grauioriq; loco dignatur. Cæſ. Petreius uero non deſerit ſeſe, armat familiam cum hac, & prætoria cohorte, barbariſq; equitibus paucis beneficiarijs ſuis.

Meritum. Cic. Tanta eſt magnitudo tuorum in me

hi me meritorum. Promeritum. Cic. Quare hoc maius eſt in nos ueſtrum promeritum, quòd non multitudini propinquorum, ſed nobiſmetipſis nos reddidiſtis. Merita dare, extare, ad nihilum uenire, aſſequi, conſequi. Cic. Quæ cum faciam, beneuolentiam erga me, tuam imitabor, merita non aſſequar. Meritum habere, conſtare. Cic. Ne ſi ſumma quidem eorum merita in me conſtaret. Merito cũ adiectiuo. Plaut. Nemo me accuſat meritò meo. Immeritum. Plaut. Immerito meo mihi hoc facis. Cum aduerbium eſt. Terent. Illud merito factum omnes putant.

Merere, uel mereri in malam partem. Plaut. Quid de me merui, qua me cauſa perderes? In bonam partem. Cic. Ac uelim, ut meremur de Republica, ſic fœlices ſimus. Dicimus etiam, emeriti ſenes, & à Vergilio emeriti boues dicuntur, &c.

Promereri. Cic. Bene de multis promerendum eſt.

Commereri in malum ferè ſemper. Terent. Multam de his rebus culpam commeruit tua.

Obligare. Cic. Medicum modò requirens, à quo obligetur. Translatè. Cic. Magno præterea beneficio eius, magnoq́; merito ſum obligatus. Obligare nexu. Cic. Is periculũ iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauerit. Scelere, iudicio, ſacramento. Cic. Secundo eum

obligare

obligaret militiæ ſacramento. Obligatio. Cic. *Eſt autem grauior, & difficilior animi & ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero, quàm pecuniæ, obligatio.*

Obſtringere, *uel aſtringere*. Propriè. Plaut. *Nihil agit, collũ obſtringe homini*. Translatè. Cic. *Præſertim cum ſex libris, tanquàm prædibus me ipſum obſtrinxerim, quos tibi ualde probari gaudeo.*

Deuincire. *Propriè* Plaut: *Cras te quaſi Dircen olim (ut memorant) duo gnati Iouis ad taurum deuinxere, item hodie te ſtringam ad carnarium*. Tranſlatè. Cic. *Coniunctio ſanguinis deuinxit homines, charitate.*

Nexus, *uel nexum eſt genus obligationis ciuilis, qua corpus etiam, ut pignus, afficitur*. Cic. *Cuius quãdo proprium te eſſe ſcribis mancipis & nexu: meum autem uſu, & fructu contentus iſto ſum.*

Nomina *pro capitibus rationum*. Cic. *Cum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent, quid proderat tibi expenſum illis non tuliſſe?* Nomina *pro debita pecunia*. Cic. *Expecto quàm mox Chærea hac oratione utatur: Egóne hanc manũ perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, ut falſum perſcriberem nomẽ?* Nomina *idonea dicuntur, quæ legitima obligatione debentur, et facile expediri poßũt, id eſt, prima creditoris appellatione,*

latione. Papin. *Nomina quæ iuſtè nõ putat eſſe idonea* Nomina facere*,idem eſt, quod debitores cõparare,uel pecuniam multis dare,quos obligatos habeas.* Cic. *Hortos emit inſtructos, nomina facit, negotiũ conficit.* In nominibus eſſe,habere. *Cic. Reſpõdit ſe,quod in nominibus haberet,neſcire quo loci eſſet,alios nõ ſoluere,aliorum diẽ nondũ uenire.* Nomina conficere, uel conficere de nomine. *Cic. De Aufidiano nomine,nihil te hortor, ſcio tibi curæ eſſe, ſed confice.* Nomina exigere*,id eſt, debitorem ad diſſolutionem cogere.* Cic. *Cum per eos dies,ut reperiretur pecunias ſumpſiſſe mutuas,nomina ſua exegiſſe,prædia uendidiſſe.* Appellare de nomine, *id eſt,nomen exigere.* Cic. *De Atelliano nomine ſcripſi ad Philotimum,ne appellaret Meſſalam.* Nominum diem cedere*,eſt incipere deberi pecuniam,etiamſi nondum peti poßit. Cicero dicit,diem uenire ad Att.8.* Nomina expedire*, id eſt, exoluere.* Cic. *Nomina mea per deos expedi.,exolue, ſed opus eſt diligentia.* Nomina explicare*,id eſt,diſſoluere,quod debetur.* Cic. *Si Faberius nomen illud explicat, noli quærere quanti.* Nomina ſoluere. *Cic. Salaminos autem,hos enim poteram cogere,adduxi,ut totum nomẽ uellent Scaptio ſoluere.* Nomina expungere. *Plaut. Nunc quod reliquũ reſtat, uolo perſoluere,ut expungatur nomẽ,ne quid debeam, id eſt,ut eximar creditorum tabulis.* Nomen tollere de tabu-

tabula Cic. *Subito nominibus in tabulas relatis, nomen ſuum de tabula ſuſtulit, id eſt, exemit.* Nomẽ *transferre, id eſt, uerſuram facere.* Cic. Fam V.

Ratio *pro cõputo.* Cic. *Quamobrẽ de Voluſio quod ſcribis, non eſt id rationum, id eſt, non pertinet ad rationes.* Rationes *putare, eſt cum ſumma colligitur, inde perputatæ rationes, id eſt, exactè diſcuſſæ.* Cic. *Vt rationes cum publicanis putarent, id eſt, conferrent.* Rationes *conferre.* Cic. *Quid opus eſt, inquam, potius, quàm rationes cõferatis?* Rationem *ſubducere, eſt computum facere.* Cic. *Aßident, ſubducunt, ad nummum cónuenit.* Subducere *ſummã Idem.* Cic. *Collaudaui homines, recte inquit Scaptius, ſed ſubducamus ſummam.* Rationum *ſumma quadrans, dicitur in qua nihil excurrit, & in qua nulla ſunt reliqua, id eſt, cum æqualis eſt ſumma acccepti atq; expenſi. Illi contrarium eſt ſumma excurrens.* Cic. *in Præt. Vrb.* Rationes *tractare, conficere.* Cic. *Vt confectus rationes lege Iulia apud duas ciuitates paßim relinquere.* Rationes *referre.* Cic. *Quod ego in rationibus referendis etiam nũc corrigere poßim.* Rationes *edere, eſt referre.* Cic. *De Philotimo faciam equidem ut mones, ſed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit.* Rationem *dare, pro reddere.* Cic. *Cum ſæpius mater & auia pueri poſtularent, ut ſi non redderet pecuniam, nec rationem*

Laret diceret ſaltem, quantum Malleoli pecuniæ depor taſſet. Rationes deponere Fam. II.

Aes *alienum* pro *debito*. Cic. *Maximum autem æs alienum, ampliſſimorum uirorum.* Aes *alienum conflare, facere, contrahere, afferre habere, creſcere*. Cic. *Metuiſti ne æs alienum tibi creſceret.* Ex *ære alieno laborare* Cæſ. *Quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, ſollicitabat.* Aëre *alieno obſtringi, obrui* Cic. *Tuſculanum, et Pompeianum me ualde delectant, niſi quòd me illum ipſum uindicem æris alieni, non ære Corinthio, ſed circumforaneo obruerunt.* Aëre *alieno premi.* Cic. *Qui quanquàm premuntur ære alieno, dominationem tamen expectant.* In *ære eſſe* Cic. *Et mehercule ſemper ſic in animo habui te in meo ære eſſe propter Lamiæ noſtræ coniunctionem, & ſingularem, neceſſitudinem.* Aëre *alieno liberare.* Cic. *Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ ualde leuatæ ſunt.* Aëre *alieno exire.* Cic. *O hominem ridiculum, qui ſe exire ære alieno putaret poſſe, cùm uenderet aliena.* Aes *alienum diſſoluere*. Cic. *Patri perſuaſit, ne æs alienum filij diſſolueret.* Exonerare. Cic. *Suum æs alienum ſuſceptum dũ filiusfamilias eſſet, paterfamilias factus exonerauit.* Relinquere. Cic. *Cũ æris alieni aliquantũ eſſet relictũ.* De *æratis, et obæratis uide.* Bud.

Aduerſaria, *tumultuariæ quædam tabulæ,*

antiquis

antiquis dicebantur, quæ nihil dum confectis tabulis perſcribebantur, ne rerum memoria excideret, ut ex his poſtea iuſtæ et æternæ tabulæ fieret. Codex aũt ſiue tabulæ erãt, in quas cautiones, et Syngraphæ, chirographaq́; nominum, factorũ, & tota ratio expenſi, et accepti rite atq; ordine referebatur, quæ antea ſine ordine in aduerſarijs iacuerat, Cic. Tu. C. Piſo tali fide, uirtute, grauitate, autoritate ornatus, ex aduerſarijs pecuniam petere non auderes. Referre in aduerſaria. Cic. Ego quæ clara ſunt conſuetudine, diutius dicere nõ debeo. Illud uero, quod ad rem uehemẽter pertinet, quæro quàm pridem hoc nomen Fannij in aduerſaria retuliſti? In aduerſarijs iacere. Cic. Amplius ſunt ſex menſes cur tandiu iacet hoc nomen in aduerſarijs? Quid ſi tandem amplius triennium eſt? quo modo, cum omnes qui tabulas conficiant, menſtruas penè rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen triennium amplius in aduerſarijs iacere pateris?

Tabulæ domeſticæ. Inſtituti fuit priſci, unumquenque ſibi de domeſtica ratione tabulas facere, in quibus appareret, quid quisque de redditibus ſuis, quid de arte, fœnore, lucróue ſepoſuiſſet, quóue die, & quid item ſumptus feciſſet. Cicero uocat tabulas accepti. Vide Budæum.

Reliqua, quæ ex ratione reddita reſtant. Cic.

Publicanis

Publicanus etiam ſuperioris luſtri reliqua ſine ſociorū ulla querela conſeruaram.

Verſura. Cic. *Quæ ſignificabant multis nominibus eos homines uerſuram à Carpinatio feciſſe. Verſuram ſoluere, eſt æs alienum ſoluere, uel fœnus.* Verſura facta. Cicer. *Vt uerear, ne illud, quod tecum permutaui, uerſura mihi ſoluendum ſit.*

Acceptum referre, Expenſum ferre. Cicer. *Propter quod minus Dolobella Verri acceptū retulit, quàm Verres illi expenſum tulit.* Translatè. Cic. *Voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati ſuæ.*

Liberalis. Cic. *Hominem facilimum, liberaliſſimumq; cognoſces.*

Beneficus. Cic. *Hiq; arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos uiſum iri, ſi locupletent eos quacunq; ratione.*

Largus. Cic. *Omnino ſunt duo genera largorū, alteri prodigi, alteri liberales.*

Benignus. Cic. *Sed neſcio quo modo facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati reperimur.*

Munificus. Cic. *Conuenit autem tum dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum.*

Liberalitas. Cic. *Videndum eſt igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ proſit amicis, nemini noceat.*

Largitio. Cic. *Iam in prouerbij conſuetudinem*

uenit, largitionẽ fundum non habere. Largitas. Teren. *Vehemens in utramq; partem Menedeme es nimis, aut largitate nimia, aut parſimonia.*

Benignitas. Cic. *Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos, niſi forte erunt digni calamitate.* Benignitatẽ cõferre, claudere. Teren. *Nuncubi meam benignitatẽ ſenſiſti in te claudier?* Beneficentia. Cic. *Et huic coniuncta eſt beneficentia, quam eandẽ uel benignitatẽ, uel liberalitatẽ appellari licet.* Benignè facere alicui, eſt aliquẽ beneficio demereri, uel benignitatẽ in aliquẽ cõferre. Cic. *Sic uelim exiſtimes, quibuſcunq; rebus Cereliæ benignè feceris, mihi te gratiſſimũ eſſe facturũ.*

Prolixus *translatè pro largo* Cic. *De tua prolixa, beneficaq; natura limitauit aliquid poſterior annus.*

Dare. Terent. *Principio & habet, quod det, & dat nemo largius.* Donare. Cic. *Aerarium exhauriebat, minuebat uectigalia, donabat ciuitates ex commentario.* Dare & donare cum ablatiuo. Cic. *Agro à ſenatu, & uacatione donatus eſt.* Donatiuum *munus eſt, quod à principe uel imperatore donatur.* Plin. *Niſi uero leuiter attingi placet locupletatas tribus, datumq;, congiarium populo, & datum totum, cum donatiui partem milites accepiſſent.*

Largiri. Cic. *Omnia in te ſunt, quæ aut fortuna in hominibus, aut natura largimur.* Largiri ex alieno.

Cic.

Cic. Cum & natura ſempér ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. Largiri de. Cæſ Idem Sylla Fauſtus fecit, ac de ſua pecunia largitus eſt.

Munerari eſt munus dare. Cicer. Alexius me opipare muneratus eſt.

Munus. Cic. Habes à patre munus Marce fili mea quidem ſententia magnum, ſed perinde erit, atq; acceperis. Munus dare, mittere, collocare. Cic. Vt intelligerent Mamertini ſe bene apud iſtũ tam multa pretia, ac munera collocaſſe. Afferre, concinnare. Treb. Cic. Ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnaui tibi munuſculũ ex inſtituto meo. Munus uerbis ornare. Terent. Munus noſtrum ornato uerbis, quoad poteris.

Donum. Terent. Video, & me tædet: ubi uis, dona adſunt tibi. Dare donũ. Idem. Quid te ergo aliud ſolicitat? cedo: Num ſolus ille dona dat? Dono dare. Idem. Ibi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit.

Ornare eſt laudibus uel beneficijs afficere, atq; augere, aut alicuius exiſtimationi ſeruire. Cicer. Iidem tibi, quòd eum ornaſti, non ſunt amici. Idem. Adoleſcens omnibus rebus ornatus. Ornamenta. Cicer. Hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum alijs communia. Eſſe ornamento. Cicer. Tu puer me appetiſti,

ego autem ſemper ornamento te mihi fore duxi. Orna*mentis afficere, ſpoliare, redundare.* Cic. *Præſertim cũ tu omnibus uel ornamentis, uel præſidijs redundares.* Ornamenta *ad aliquo proficiſci, congerere, recuperare, amittere, obtinere, id eſt, retinere.* Cic. *Si, quæ pudore ſibi ornamenta peperit, ea poteſt contra petulantiam te ſendente obtinere.*

Augere. Cic. *Eos uero ueteranos, qui pro Reſpub. arma ceperunt, non tueri ſolum, ſed etiam augere commodis debeo.*

Amplificare. Cic. *Quantæ tibi curæ meus honos fuerit, et quàm idem extiteris conſul in me ornando, & amplificando, qui fueras ſemper &c.*

Iuuare. Cic. *Aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero.* Adiuuare. Cic. *Cuius & conſilio & opibus adiuuari poſſet reſpublica.*

Opem *ferre.* Cic. *Profecto aliquid opis occidenti Reipub. tuliſſemus.* Opẽ *afferre.* Idem. *Etſi reipub. cauſa maxime gaudere debeo, tantum ei te præſidij, tantum opis attuliſſe extremis pœne temporibus.*

Opitulari. Cic. *Antea aut obſcuris hominibus, aut etiam ſontibus opitulari poteram,*

Auxiliari. Cic. *Sin mihi neque magiſtratum, neq; ſenatum, neq; populum auxiliari propter eam uim, quæ mecum Rep. uicit licuerit. &c.*

Subuenire.

Subuenire. *Cic. Subueni patriæ. opitulare collegæ omnium gentium conſenſum, & incredibilem conſpirationem adiuua.*

Succurrere *Cic. Vt, ſi durius eſſet aliquid, ſuccurrere celeriter poſſem.*

Adeſſe. *Cic. Ego tamen tuis rebus ſic adero, ut difficillimis.*

Præſto eſſe. *Cic. Si ille labor meus priſtinus, ſi ſolicitudo, ſi officia, ſi operæ, ſi uigiliæ deſeruiunt amicis, præſto ſum omnibus.*

Tueri, *uel tutari. Cic. Ceciliam quibus rebus poſſum, tueor diligenter. Idem. Vt potui accuratiſsime te, tuamq́; cauſam tutatus ſum.*

Reſpicere, *pro contueri, & demum iuuare. Cic. Niſi quis nos deus reſpexerit. Reſpicerere ſe, eſt ſibi proſpicere, uel rebus ſuis conſulere. Terentius. Nullum remittis tempus, neq́; te reſpicis. Reſpectus. Cic. Philip. 5.*

Tegere *pro defendere Cic. Cum me conſilio, cum autoritate, tum armis texit ſuis.*

Protegere *Cic. De Africano quidem, quia notior eſt nobis propter recentem memoriam, uel iuuare poſſum, non illum iracundia tum inflammatum fuiſſe, cum in acie M. Halienum Pelignum ſcuto protexit, gladiumq́; hoſti in pectus infixit.*

Defendere. *Cic. Sed tamen defendendi Vatinij fuit etiam ille ſtimulus. Defendere aliquid, à ſe factum, eſt probare, admiti, quod à nobis factum eſt, id & rectè, & iuſtè factum eſſe. Cic. Ego utrumq; puto meum eſſe, & quid ſentiam, oſtendere: &, quod feceris, defendere. Defendere à, uel ab. Cic. Vt ego Vrbem à domeſticis inſidijs, & ab inteſtino ſcelere: tu Italiam & ab armatis hoſtibus, & ab occulta coniuratione defenderes. Defendere lapides, uel ignem, uel aliquid eiuſmodi, pro propulſare damnum. Cic. Non defendit iniuriam, neq; propulſauit à ſuis. Defendere locum, id eſt, exiſtimationem ſuam tueri. Cic. Quid igitur pugnas? an ne locum ſuum, quem adhuc honeſtißime defendit, obtineat? Defenſitare. Cic. Si igitur non poterit ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum contionibus tenere, ſiue bella gerere, ille tamen præſtare debebit, quæ erant in ipſius poteſtate.*

Seruare, *conſeruare, cuſtodire. Cic. Vt tuos mecum ſerues potius quàm propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes.*

Suſtinere, *uel ſuſtentare. pro iuuare. Cic. Terentiam unam omnium ærumnoſißimam ſuſtentes tuis officiis.*

Propugnare. *Eſt pugnando oppugnantibus reſiſtere, & aliquid uehementer defendere. Cic. Nonne*

pro

Pro ſuo partu ita propugnant, ut uulnera excipiant?

Adiutor. Cic. *His contra patriam adiutor inuentus eſt nemo.*

Defenſor. Cic. *Apud quem unum nos eorum, perpetui defenſores plurimum, ualere poſſemus Defenſorē adoptare.* Idem in Verr. *Quem ſibi illa defenſorem ſui iuris, ultorem iniuriarum, actorem totius cauſæ adoptauit.*

Propugnator Cic. *Video Publium Seſtium meæ ſalutis, ueſtræ autoritatis, publicæ cauſæ defenſorem, propugnatorem, autorem, reum.*

Conſeruator. Cicer. *Conſeruator Reipublicæ Brutus.*

Tutator, *Tutor, uindex, cuſtos.* Cic. *Vt tam orba ciuitas tales tutores complecti debeat.* Idem. *Extitiſti tum uindex noſtræ libertatis.*

Patronus *non ſemper in cauſis eſt, ſed is dicitúr, qui tam uerbo, quàm facto imbeciliorem, uel afflictum ſuſtentat.* Cic. *Vt tuis inimicitijs ſuſcipiendis obliuiſceretur patroni omnium fortunarum, ac rationum ſuarum,* Patrocinium. *Idem ut intelligat illa ciuitas ſibi in Neronis patrocinio ſummum eſſe præſidium.*

Parens *pro eo eleganter ponitur, cui de ſalute noſtra curæ eſt, aut cui, & ob ſalutē noſtrā defenſam, & ob dignitatē conſeruatā omnia accepta referre*

cio dare. Cæl. Cic. Quemadmodum, tibi pro beneficio dederit, ſi quid iniurijs ſuis eſſet, quo Neſtorius tenearetur. Beneficium conferre, tribuere, ponere, collocare, figere, Cic. Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, id eſt, Vt perpetuam huius beneficij memoriam faceret. Inire, ſoluere, reddere, remunerare, fœnerari, interire Plaut. Malo ſi beneficias, id beneficium interit. Beneficijs ornare, afficere, deuincire, obſtringere, alligare, obligare, reſpondere, augere. Cic. Auctus Antonij beneficio eſt, eius ipſius beneficij magna pars à te eſt. Beneficia accipere, habere, debere, comedere, ſuſtinere. Cic. Neq; enim ſum ueritus, ne ſuſtinere tua in me uel innumerabilia beneficia non poſſem. Pro beneficio habere. Brut. Cic. An hoc pro beneficio eſt habendum? In beneficij loco ponere. Cic. A me autem, hæc ſunt profecta, quæ ego in beneficij loco non pono, ſed in ueri teſtimonij, atq; iudicij. Beneficiarius eſt, qui alicuius beneficijs erigitur & augetur, maximèq; de militibus dicitur, quos Imperator uirtutis opinione eximit ex ordine & autoritate, grauioriq; loco dignatur. Cæſ. Petreius uero non deſerit ſeſe, armat familiam cum hac, & prætoria cohorte, barbarisq; equitibus paucis beneficiarijs ſuis.

Meritum. Cic. Tanta eſt magnitudo tuorum in me

in me meritorum. Promeritum. Cic. Quare hoc maius eſt in nos ueſtrum promeritum, quòd non multitudini propinquorum, ſed nobiſmetipſis nos reddidiſtis. Merita dare, extare, ad nihilum uenire, aſſequi, conſequi. Cic. Quæ cum faciam, beneuolentiam erga me, tuam imitabor, merita non aſſequar. Meritum habere, conſtare. Cic. Ne ſi ſumma quidem eorum merita in me conſtaret. Merito cũ adiectiuo. Plaut. Nemo me accuſat meritò meo. Immeritum. Plaut. Immerito meo mihi hoc facis. Cum aduerbium eſt. Terent. Illud merito factum omnes putant.

Merere, uel mereri in malam partem. Plaut. Quid de me merui, qua me cauſa perderes? In bonam partem. Cic. Ac uelim, ut meremur de Republica, ſic fœlices ſimus. Dicimus etiam, emeriti ſenes, & à Vergilio emeriti boues dicuntur, &c.

Promereri. Cic. Bene de multis promerendum eſt.

Commereri in malum ferè ſemper. Terent. Multam de his rebus culpam commeruit tua.

Obligare. Cic. Medicum modò requirens, à quo obligetur. Translatè. Cic. Magno prætereà beneficio eius, magnoq; merito ſum obligatus. Obligare nexu. Cic. Is periculũ iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauerit. Scelere, iudicio, ſacramento. Cic. Secundo eum

obligaret

obligaret militiæ ſacramento. Obligatio. Cic. Eſt autem grauior, & difficilior animi & ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero, quàm pecuniæ, obligatio.

Obſtringere, uel aſtringere. Propriè. Plaut. Nihil agit, collũ obſtringe homini. Translatè. Cic. Præſertim cum ſex libris, tanquàm prædibus me ipſum obſtrinxerim, quos tibi ualde probari gaudeo.

Deuincire. Propriè Plaut: Cras te quaſi Dircen olim (ut memorant) duo gnati Iouis ad taurum deuinxere, item hodie te ſtringam ad carnarium. Tranſlatè. Cic. Coniunctio ſanguinis deuinxit homines, charitate.

Nexus, uel nexum eſt genus obligationis ciuilis, qua corpus etiam, ut pignus, afficitur. Cic. Cuius quãdo proprium te eſſe ſcribis mancipis & nexu: meum autem uſu, & fructu contentus iſto ſum.

Nomina pro capitibus rationum. Cic. Cum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent, quid proderat tibi expenſum illis non tuliſſe? Nomina pro debita pecunia. Cic. Expecto quàm mox Chærea hac oratione utatur: Egóne hanc manũ perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, ut falſum perſcriberem nomẽ? Nomina idonea dicuntur, quæ legitima obligatione debentur, et facile expediri poßũt, id eſt, prima creditoris appellatione,

latione. Papin. Nomina quæ iuſtè nõ putat eſſe idonea Nomina facere, idem eſt, quod debitores cõparare, uel pecuniam multis dare, quos obligatos habeas. Cic. Hortos emit inſtructos, nomina facit, negotiũ conficit. In nominibus eſſe, habere. Cic. Reſpõdit ſe, quod in nominibus haberet, neſcire quo loci eſſet, alios nõ ſoluere, aliorum diē nondũ uenire. Nomina conficere, uel conficere de nomine. Cic. De Aufidiano nomine, nihil te hortor, ſcio tibi curæ eſſe, ſed confice. Nomina exigere, id eſt, debitorem ad diſſolutionem cogere. Cic. Cum per eos dies, ut reperiretur pecunias ſumpſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe, prædia uendidiſſe. Appellare de nomine, id eſt, nomen exigere. Cic. De Atelliano nomine ſcripſi ad Philotimum, ne appellaret Meſſalam. Nominum diem cedere, eſt incipere deberi pecuniam, etiamſi nondum peti poßit. Cicero dicit, diem uenire ad Att. 8. Nomina expedire, id eſt, exoluere. Cic. Nomina mea per deos expedi., exolue, ſed opus eſt diligentia. Nomina explicare, id eſt, diſſoluere, quod debetur. Cic. Si Faberius nomen illud explicat, noli quærere quanti. Nomina ſoluere. Cic. Salaminos autem, hos enim poteram cogere, adduxi, ut totum nomē uellent Scaptio ſoluere. Nomina expungere. Plaut. Nunc quod reliquũ reſtat, uolo perſoluere, ut expungatur nomē, ne quid debeam, id eſt, ut eximar creditorum tabulis. Nomen tollere de tabu-

tabula Cic. Subito nominibus in tabulas relatis, nomen ſuum de tabula ſuſtulit, id eſt, exemit. Nomẽ transferre, id eſt, uerſuram facere. Cic. Fam V.

Ratio pro cõputo. Cic. Quamobrẽ de Voluſio quod ſcribis, non eſt id rationum, id eſt, non pertinet ad rationes. Rationes putare, eſt cum ſumma colligitur, inde perputatæ rationes, id eſt, exactè diſcuſſæ. Cic. Vt rationes cum publicanus putarent, id eſt, conferrent. Rationes conferre. Cic. Quid opus eſt, inquam, potius, quàm rationes cõferatis? Rationem ſubducere, eſt computum facere. Cic. Aſsident, ſubducunt, ad num mum cónuenit. Subducere ſummã Idem. Cic. Collaudaui homines, rectè inquit Scaptius, ſed ſubducamus ſummam. Rationum ſumma quadrans, dicitur in qua nihil excurrit, & in qua nulla ſunt reliqua, id eſt, cum æqualis eſt ſumma acccepti atq; expenſi. Illi contrarium eſt ſumma excurrens. Cic. in Præt. Vrb. Rationes tractare, conficere. Cic. Vt confectus rationes lege Iulia apud duas ciuitates paßim relinquere. Rationes referre. Cic. Quod ego in rationibus referendis etiam nũc corrigere poßim. Rationes edere, eſt referre. Cic. De Philotimo faciam equidem ut mones, ſed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit. Rationem dare, pro reddere. Cic. Cum ſæpius mater & auia pueri poſtularent, ut ſi non redderet pecuniam, nec rationem

daret

Euret diceret ſaltem, quantum Malleoli pecuniæ depor taſſet. Rationes deponere Fam. II.

Aes *alienum pro debito.* Cic. *Maximum autem æs alienum, ampliſsimorum uirorum* Aes al enum conflare, facere, contrahere, afferre habere, creſcere. Cic. *Metuiſti ne æs alienum tibi creſceret.* Ex ære alieno laborare Cæſ Quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, ſollicitabat. Aëre alieno obſtringi, obrui Cic. *Tuſculanum, et Pompeianum me ualde delectant, niſi quòd me illum ipſum uindicem æris alieni, non ære Corinthio, ſed circumforaneo obruerunt.* Aëre alieno premi. Cic. *Qui quanquàm premuntur ære alieno, dominationem tamen expectant.* In ære eſſe Cic. *Et mehercule ſemper ſic in animo habui te in meo ære eſſe propter Lamiæ noſtræ coniunctionem, & ſingularem, neceſsitudinem.* Aëre alieno liberare. Cic. *Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ ualde leuatæ ſunt.* Aëre alieno exire. Cic. *O hominem ridiculum, qui ſe exire ære alieno putaret poſſe, cum uenderet aliena.* Aes alienum diſſoluere. Cic. *Patri perſuaſit, ne æs alienum filij diſſolueret.* Exonerare. Cic. *Suum æs alienum ſuſceptum dũ filiusfamilias eſſet, paterfamilias factus exonerauit.* Relinquere. Cic. *Cũ æris alieni aliquantũ eſſet relictũ.* De æratis, et obæratis uide. Bud.

Aduerſaria, *tumultuariæ quædam tabulæ,* antiquis

Publicanus etiam ſuperioris luſtri reliqua ſine ſociorũ ulla querela conſeruaram.

Verſura. Cic. *Quæ ſignificabant multis nominibus eos homines uerſuram à Carpinatio feciſſe. Verſuram ſoluere, eſt æs alienum ſoluere, uel fœnus.* *Verſura facta.* Cicer. *Vt uerear, ne illud, quod tecum permutaui, uerſura mihi ſoluendum ſit.*

Acceptum *referre*, *Expenſum ferre.* Cicer. *Propter quod minus Dolobella Verri acceptũ retulit, quàm Verres illi expenſum tulit. Translatè.* Cic. *Voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati ſuæ.*

Liberalis. Cic. *Hominem facilimum, liberaliſſimumq́; cognoſces.*

Beneficus. Cic. *Hiq́; arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos uiſum iri, ſi locupletent eos quacunq́; ratione.*

Largus. Cic. *Omnino ſunt duo genera largorũ, alteri prodigi, alteri liberales.*

Benignus. Cic. *Sed neſcio quo modo facilius in timore benigni, quàm in uictoria grati reperimur.*

Munificus. Cic. *Conuenit autem tum dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum.*

Liberalitas. Cic. *Videndum eſt igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ proſit amicis, nemini noceat.*

Largitio. Cic. *Iam in prouerbij conſuetudinem*

uenit, largitionẽ fundum non habere. Largitas. Teren. Vehemens in utramq; partem Menedeme es nimis, aut largitate nimia, aut parſimonia.

Benignitas. Cic. Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos, niſi forte erunt digni calamitate. Benignitatẽ cõferre, claudere. Teren. Nuncubi meam benignitatẽ ſenſiſti in te claudier? Beneficentia. Cic. Et huic coniuncta eſt beneficentia, quam eandẽ uel benignitatẽ, uel liberalitatẽ appellari licet. Benignè facere alicui, eſt aliquẽ beneficio demereri, uel benignitatẽ in aliquẽ cõferre Cic. Sic uelim exiſtimes, quibuſcunq; rebus Cereliæ benignè feceris, mihi te gratiſſimũ eſſe facturũ.

Prolixus translatè pro largo Cic. De tua prolixa, beneficaq; natura limitauit aliquid poſterior annus.

Dare. Terent. Principio & habet, quod det, & dat nemo largius. Donare. Cic. Aerarium exhauriebat, minuebat uectigalia, donabat ciuitates ex commentario. Dare & donare cum ablatiuo. Cic. Agro à ſenatu, & uacatione donatus eſt. Donatiuum munus eſt, quod à principe uel imperatore donatur. Plin. Niſi uero leuiter attingi placet locupletatas tribus, datumq;, congiarium populo, & datum totum, cum donatiui partem milites accepiſſent.

Largiri. Cic. Omnia in te ſunt, quæ aut fortuna in hominibus, aut natura largimur. Largiri ex alieno. Cic.

Cic. *Cum & natura ſempér ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior.* Largiri de. Caeſ. *Idem Sylla Fauſtus fecit, ac de ſua pecunia largitus eſt.*

Munerari *eſt munus dare.* Cicer. *Alexius me opipare muneratus eſt.*

Munus. Cic. *Habes à patre munus Marce fili mea quidem ſententia magnum, ſed perinde erit, atq; acceperis.* Munus dare, mittere, collocare. Cic. *Vt intelligerent Mamertini ſe bene apud iſtū tam multa pretia, ac munera collocaſſe.* Afferre, concinnare. Treb. Cic. *Ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnaui tibi munuſculū ex inſtituto meo.* Munus uerbis ornare. Terent. *Munus noſtrum ornato uerbis, quoad poteris.*

Donum. Terent. *Video, & me tædet: ubi uis, dona adſunt tibi.* Dare donū. Idem. *Quid te ergo aliud ſolicitat? cedo: Num ſolus ille dona dat?* Dono dare. Idem. *Ibi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit.*

Ornare *eſt laudibus uel beneficijs afficere, atq; augere, aut alicuius exiſtimationi ſeruire.* Cicer. *Idem tibi, quòd eum ornaſti, non ſunt amici.* Idem. *Adoleſcens omnibus rebus ornatus.* Ornamenta. Cicer. *Hæc enim ornamenta ſunt tibi etiam cum alijs communia.* Eſſe ornamento. Cicer. *Tu puer me appetiſti,*

ego autem ſemper ornamento te mihi fore duxi. Ornamentis *afficere, ſpoliare, redundare.* Cic. *Præſertim cũ tu omnibus uel ornamentis, uel præſidijs redundares.* Ornamenta *ad aliquo proficiſci, congerere, recuperare, amittere, obtinere, id eſt, retinere.* Cic. *Si, quæ pudore ſibi ornamenta peperit, ea poteſt contra petulantiam te ſendente obtinere.*

Augere. Cic. *Eos uero ueteranos, qui pro Reipub. arma ceperunt, non tueri ſolum, ſed etiam augere commodis debeo.*

Amplificare. Cic. *Quantæ tibi curæ meus honos fuerit, et quàm idem extiteris conſul in me ornando, & amplificando, qui fueras ſemper &c.*

Iuuare. Cic. *Aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero.* Adiuuare. Cic. *Cuius & conſilio & opibus adiuuari poſſet reſpublica.*

Opem *ferre.* Cic. *Profecto aliquid opis occidenti Reipub. tuliſſemus.* Opẽ *afferre.* Idem. *Etſi reipub. cauſa maxime gaudere debeo, tantum ei te præſidij, tantum opis attuliſſe extremis pœne temporibus.*

Opitulari. Cic. *Antea aut obſcuris hominibus, aut etiam ſontibus opitulari poteram,*

Auxiliari. Cic. *Sin mihi neque magiſtratum, neq; ſenatum, neq; populum auxiliari propter eam uim, quæ mecum Rep. uicit licuerit. &c.*

Subuenire.

Subuenire. *Cic. Subueni patriæ. opitulare collegæ omnium gentium conſenſum, & incredibilem conſpirationem adiuua.*

Succurrere *Cic. Vt, ſi durius eſſet aliquid, ſuccurrere celeriter poſſem.*

Adeſſe. *Cic. Ego tamen tuis rebus ſic adero, ut difficillimis.*

Præſto eſſe. *Cic. Si ille labor meus priſtinus, ſi ſolicitudo, ſi officia, ſi operæ, ſi uigiliæ deſeruiunt amicis, præſto ſum omnibus.*

Tueri, *uel tutari. Cic. Ceciliam quibus rebus poſſum, tueor diligenter. Idem. Vt potui accuratiſſime te, tuamq; cauſam tutatus ſum.*

Reſpicere, *pro contueri, & demum iuuare. Cic. Niſi quis nos deus reſpexerit. Reſpicerere ſe, eſt ſibi proſpicere, uel rebus ſuis conſulere. Terentius. Nullum remittis tempus, neq; te reſpicis. Reſpectus. Cic. Philip. 5.*

Tegere *pro defendere Cic. Cum me conſilio, cum autoritate, tum armis texit ſuis.*

Protegere *Cic. De Africano quidem, quia notior eſt nobis propter recentem memoriam, uel iuuare poſſum, non illum iracundia tum inflammatum fuiſſe, cum in acie M. Halienum Pelignum ſcuto protexit, gladiumq; hoſti in pectus infixit.*

Defendere. Cic. *Sed tamen defendendi Vatinij fuit etiam ille ſtimulus.* Defendere aliquid, à ſe factum, eſt probare, admiti, quod à nobis factum eſt, id & rectè, & iuſtè factum eſſe. Cic. *Ego utrumq; puto meum eſſe, & quid ſentiam, oſtendere: &, quod feceris, defendere.* Defendere à, uel ab. Cic. *Vt ego Vrbem à domeſticis inſidijs, & ab inteſtino ſcelere: tu Italiam & ab armatis hoſtibus, & ab occulta coniuratione defenderes.* Defendere lapides, uel ignem, uel aliquid eiuſmodi, pro propulſare damnum. Cic. *Non defendit iniuriam, neq; propulſauit à ſuis.* Defendere locum, id eſt, exiſtimationem ſuam tueri. Cic. *Quid igitur pugnas? an ne locum ſuum, quem adhuc honeſtiſſime defendit, obtineat?* Defenſitare. Cic. *Si igitur non poterit ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum contionibus tenere, ſiue bella gerere, ille tamen præſtare debebit, quæ erant in ipſius poteſtate.*

Seruare, *conſeruare, cuſtodire.* Cic. *Vt tuos mecum ſerues potius quàm propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes.*

Suſtinere, *uel ſuſtentare, pro iuuare.* Cic. *Terentiam unam omnium ærumnoſiſſimam ſuſtentes tuis officiis.*

Propugnare. *Eſt pugnando oppugnantibus reſiſtere, & aliquid uehementer defendere.* Cic. Nonne

pro

Pro ſuo partu ita propugnant, ut uulnera excipiant?

Adiutor. *Cic. His contra patriam adiutor inuentus eſt nemo.*

Defenſor. *Cic. Apud quem unum nos eorum, perpetui defenſores plurimum, ualere poſſemus Defenſorē adoptare. Idem in Verr. Quem ſibi illa defenſorem ſui iuris, ultorem iniuriarum, actorem totius cauſæ adoptauit.*

Propugnator. *Cic Video Publium Seſtium meæ ſalutis, ueſtræ autoritatis, publicæ cauſæ defenſorem, propugnatorem, autorem, reum,*

Conſeruator. *Cicer. Conſeruator Reipublicæ Brutus.*

Tutator, *Tutor, uindex, cuſtos. Cic. Vt tam orba ciuitas tales tutores complecti debeat. Idem. Extitiſti tum uindex noſtræ libertatis.*

Patronus *non ſemper in cauſis eſt, ſed is dicitúr, qui tam uerbo, quàm facto imbeciliorem, uel afflictum ſuſtentat. Cic. Vt tuis inimicitijs ſuſcipiendis obliuiſceretur patroni omnium fortunarum, ac rationum ſuarum, Patrocinium. Idem ut intelligat illa ciuitas ſibi in Neronis patrocinio ſummum eſſe præſidium.*

Parens *pro eo elanganter ponitur, cui de ſalute noſtra curæ eſt aut cui, & ob ſalutē noſtrā defenſam, & ob dignitatē conſeruatā omnia accepta referre*

debemus. Cic. *Cuius ego patrem deum ac parentem ſta tuo fortunæ, ac nominis mei.*

Defenſio, *propugnatio, tutela.* Cic. *Suſcepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.* Idem. *Quare ſit in eius tutela Gallia, cuius uirtuti, fidei, felicitati commendata eſt.*

Auxilium, *uel adiumentũ.* Cic. *Vt in te non minus auxilij, quàm in tuo collega, mihi conſtitutum fuerit.* Auxilium petere, implorare, efflagitare. Cic. *Auxilium ab alienis efflagitabo, cum ciues ueſtros deſeratis?* Auxilio uel adiumento eſſe. Cic. *Ita enim ſcripſit ad me. ſibi meam commendationem maximo adiumento fuiſſe.* Auxilium ferre. Terent. *Obſecro populares ferte miſero atq; innocenti auxilium.* Adiumentum importare. Cicer. *Plura proferre poßim detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentißimos importata.* Auxilio orbare, ſpoliare. Cicer. *Petunt enim rationes illius, ut orbetur auxilio Reſpublica.*

Præſidium *pro auxilio & adiumento.* Cicer. *Cum uiderem præſidij non ſatis eſſe ad ea obtinenda.* Præſidium ferre, uel afferre. Cic. *Etſi Reip. cauſa maximè gaudere debeo, tantum ei te præſidij, tantum opis attuliſſe extremis pœne temporibus.* Præſidio eſſe, nudare. Cic. *Qui mea pericula non modo ſuo præſidio,*

ſed etiam

ſed etiam ueſtra deprecatione nudarunt. Præſidio redundare. Cic. Præſertim cum tu omnibus uel ornamentis, uel præſidijs redundares. Firmamentum pro præſidio. Cic. Sic ille annus duo firmamenta Reip. per me unum conſtituta euertit.

Subſidium *pro auxilio & opitulatione ad extremum penè caſum ſeruata. Cæſ. Cæſar ſubſidia ad omnes caſus parabat. Subſidium parare, uel comparare. Cic. Qui nulla ſibi ſubſidia ad omnes uitæ ſtatus parauerunt. Inuocare. Cic. Stoicorum inuocem ſubſidium, cum à ciuibus intercluſum ſit præſidium? Subſidio uenire, uel ire. Cicer. Tales uiros periculo obſidionis liberare cupio, neq; ſubſidio ire poſſum. Occurrere. Cæſ. Cum equitibus Numidis M. C. electis, peditatuq; eiuſdem generis ſatis grandi ex itinere rectà ſubſidio ſuis occurrunt.*

Suppetiæ. *Plaut. Quicquid ego maleſici, auxilia mihi, & ſuppetiæ ſunt domi. Suppetias ferre. Plaut. Non metuo quin meæ uxori latæ ſuppetiæ ſient. Suppetias ire, uenire, proficiſci. Cæſ. Atq; ſuis fugientibus ſuppetias ire contendit. Occurrere, mittere. Idem. Turmis ſuorum ſuppetias mittit.*

Profugium, *uel perfugium. Cic. Quod enim mihi poterat eſſe profugiũ? Idem. Sed neſcio quo modo ipſæ illæ excludere me à portu, & perfugio uidentur.*

Portus pro profugio. Cic. *Tutiſſimum ſibi portum prouinciam iſtam ducit eſſe.*

Receptus pro profugio. Cic. *Animaduerti nullum alium receptum Antonium reliquiasq́; quæ cum eo eſſent, habere, niſi in his partibus.*

Confugere. Cic. *Quid enim? ad amicósne confugiam? quàm multi ſunt.*

Conferre ſe, pro confugere. Cic. *Tu ſi forte quid erit moleſtiæ, te, ad Craſſum & ad Callidiũ conferas cenſeo.*

Mederi. Cic. *Sunt enim permulta, quibus medendum erit.* Mederi cum accuſatiuo. Terent. *Quàm ſcitum eſt eiuſmodi parare in animo cupiditates, quas cum res aduerſæ ſient, paulo mederi poſſis.* Sanare pro mederi. Cic. *Hæc aut ſanabuntur, cum ueneris, aut ei moleſta erunt.* Medicina, quam non ſolum uulneribus facimus, ſed etiam moleſtijs & afflictorum difficultatibus. Cic. *Statui ad nullam medicinam Reip. ſine magno præſidio accedere.* Medicinam afferre, facere, adhibere. Cic. *Nónne fuit eo maior adhibenda medicina?* Remedium. Cic. *O magnum malum, putat aliquis, neq; ei remedium eſt ullum.*

DEBERE. Cic. *Quantum mihi debeas, cæteri exiſtiment.* Debere alicui ſine accuſatiuo. Cic. *Nos autoritatem eo minorem habemus, quòd tibi*

debemus

debemus. Debere *alicuius cauſa* Idem. *Vt me non ſolum omnia debere tua cauſa, ſed ea quoque, quæ non poßim, putent.* Debere *pecuniam, uel aliud quidpiam* Cic. Reipublicæ, *quæ te in me reſtituendo multum adiuuiſſet, cum certè me animum meritò ipſius debere arbitrabar.* Debitio Cic. *Quintus autem de emendo nihil curat hoc tempore, ſatis enim torquetur debitione dotis.*

Gratus *eſt, qui gratiam pro beneficio refert, uel certè beneficij accepti memoriam præſtat*. Cic. *Tu quàm gratus erga me fueris exiſtimare potes.*

Memor Plancus. *Vt Reipublicæ me ciuem dignum tuis laudibus præſtem, & in amicitia tua memorem, atque gratum.*

Ingratus, *uel illiberalis*. Cic. Et *eſt homo non ingratus, meq́; uehementer obſeruat.* Idem. *Nõ te in me illiberalem, ſed me in ſe negligentem putabit.* Gratis. Plaut *Nunquam erit tam auarus, quin te gratis emittat manu.* Gratuitum, *quod datur gratis, uel ſine præmio*. Cic. *Quid liberalitas? gratuita ne eſt? an mercenaria? ſine præmio, benigna eſt, & gratuita, ſi cum mercede, conducta*. Ingratis *dicitur aliquis quidpiam facere, qui id inuitus & coactus præter uoluntatem facit.* Terent. in Heaut. *Ea coacta ingratis poſt illa cœpit uulgò uictum quærere.* Illiberaliter *ue-*

teret

ſuſpexit ad cœlum, & grates tibi, inquit, ago ſumme ſol, uobisq́; reliqui cœlites.

Reddere *eſt acceptum reſtituere.* Cic. *Dicam tamen uerè, plus quàm acceperas, reddidiſti.* *Eſt etiã præſtare, facere, uel efficere.* Cic. *Si Fabium otioſum reddideris.* Idem. *Nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt.*

Soluere, *perſoluere.* Cic. *Quaſi domi nummos haberet, ita conſtituit ſe ſoluturum. Soluere ab aliquo, eſt ſoluta nobis pecunia, uel acceptis aliunde quoquõ modo nummis debitum ſoluere.* Cic. *Denique coactorum dixi me homines, non modo non recuſare, ſed etiã hoc dicere, ſe à me ſoluere. Eſſe ſoluẽdo: abſolutè.* Cic. *Nec tu ſoluendo eras, nec te ullo modo, niſi euerſa Republica, fore incolumem putabas.*

Satisfacere, *& ad debitum, & ad opinionem, & ad expectationem appoſitum eſt* Cic. *Quibus me cumulatiſsimè ſatisfeciſſe certò ſcio* Idem. *Cupio, cum Bruto noſtro affatim ſatisfacere, excurrere in Græciam.* Idem. *In ea re nos, & officio erga Lentulum mirificè, & Pompeij uoluntati præclarè ſatisfecimus.* Idem. *Quibus ut eſt in animo, de fato ſi adiunxerimus, erit abundè ſatisfactum toti huic quæſtioni. Satisfactio.* Cic. *Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis.*

Reſpondere. Cic. *In quo parum prolixè reſpondeat*

ſpondent Campani coloni.

Remunerare, uel remunerari, eſt præmium ob ſuſceptum cauſa noſtra laborem, uel ob acceptum beneficium, in aliquem conferre. Cic. Vt poſſem te remunerari, quàm ſimillimo munere. Remuneratio. Nihil enim remuneratione beneuolentiæ, nihil uiciſſitu dine ſtudiorum, officiorumm'q; iucundius,

Compenſare Cic. Sed hoc compenſabo breuitate eius orationis. Compenſare cum. Cic Com penſabatur tamen cum his doloribus, animi lætitia, quam capiebam.

Satis habere ab aliquo, uel omnia ab aliquo ha bere, cum nobis ſatisfactum eſt. Cic Satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri.

Contentus. Cic. Contentus iſto ſum. Idem. Vterque ſuo ſtudio contentus, contempſit alterum.

Literæ pro epiſtola, uel ſtudijs ponuntur. Cic. Illud moleſtè fero, nihil me adhuc his de rebus habere literarum tuarum. Vnæ literæ. Cic. Id unis diligenter literis datis, quæ ad me utiq; perfe rantur, conſequêre. Literæ antemeridianæ. Cic. Antemeridianis tuis literis, heri ſtatim reſcripſi, nunc re ſpondebo ueſpertinis. Literæ poſtmeridianæ. Cic. Hodie tuas literas expectabamus matutinas erunt fortaſſe alteræ poſtmeridianæ, niſi te Epiroticæ literæ impediant.

ent, quas ego non interpello. Literæ recentes, *uel proximæ, pro recentibus.* Cic. *Abs te proximas literas habebã* Veteres literæ Idem. *Etſi tuæ literæ (ſed iam nimis ueteres) recte ſperare iubẽt* Antiquæ, humanæ Cic. *Mirificè ipſe ſuo ſermone ſubſecutus humanitatem tuarum literarum.* Sparſæ humanitatis ſale Idem. *Cum humanitatis ſparſæ ſale. tum inſignes amoris notis literæ.* Suaues. Idẽ. *Poſt ſuaues tuas literas.* Facetæ, *refertæ officio, amabiles.* Cic. Ad Q. Frat. *Punarius ad me de te literas mittit: ſe maximè literis, ſermonibus, cœnis denique tuis delectari.* Idem. *Valde mihi tuæ literæ facetæ, elegantesq́; uiſæ ſunt.* Dicuntur *etiam nõ ineleganter literæ aculeatæ, ſtomachoſæ, atroces, odioſæ, ardentes, minaces, acerbæ,* Cic. *Præmiſit mihi odioſas literas hoc exemplo.* Idem. *Ad patrem acerbiſſimas literas miſit.* Literæ languidæ, *uel ſomnum afferentes, defertæ.* Cic. *Sed ſi, ut ſcribis, eæ literæ non fuerunt diſertæ, ſcito meas non fuiſſe.* Literarum ſermo. Cic. *Iucundus eſt mihi literarum tuarum ſermo.* Literarum *prudentia, diligentia, multitudo, crebritas, breuitas, loquacitas.* Cic. *Ignoſcasq́; breuitati literarum mearum.* Literæ *rerum plenæ, uel inanes.* Cic. *Tamen inanes eſſe meas literas, quàm nullas, malui.* Literarum exemplum. Cic. *Hæc ferè ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi.* Litera. Cic.

Herodi mandaram, ut mihi ſcriberet, à quo adhuc nulla eſt litera. Litera pro *ſcribentis manu.* Cic. *Alexidis manum amabam, quod tam propè accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ, manum non amabam, quia indicabat te non ualere.* Manus pro *litera ſcribentis.* Cic. *Hæc inter cœnam Tironi dictaui, ne mirere alia manu eſſe.* Literas ſcribere. Cic. *Has illas ad te literas ſcripſi.* Exarare literas, *translatè pro ſcribere.* Obſerua *tamen diligenter in hoc uerbo tacitam quandam breuitatis ſignificationem ineſſe.* Exarare enim ponimus, *cũ deſignamus aliquid à nobis uel negotiorũ magnitudine oppreßis, uel faſtidioſè & negligenter, lenteq́; nõ tam penè ſcriptum, quàm quoquo modo excidiſſe.* Cic. *Plura otioſus, hæc cum eſſem in ſenatu exaraui.* Literas conficere. Cic. *Ego propter incredibilem & animi & corporis moleſtiam, conficere plures literas non potui.* Literis appellare, *uel ſcripto laceſſere.* Cic. *Crebris nos literis appellato.* Idem *Sic igitur facies, meq́; amabis, & ſcripto aliquo laceſſes.* Literis obſtrepere. Cic. *Quæ res fecit, ut tibi literis obſtrepere nõ auderẽ.* Literas elicere. Cic. *Loquacitati ignoſces, quæ & me leuat ad te quidem ſcribentem, & elicit tuas literas.* Literas mittere. Cic. *Omnino ſerius miſi literas, quàm uellem.* Mittere abſolutè. Cic. *Neq; ego ad te his duobus menſibus ſcripſeram, quia cũ Q. fratre meo non eras,*

quò

quò mitterem, aut cui darem neſciebam. Literarum miſsio. Cic. De literarum miſsione ſine cauſa abs te accuſor. Literas dare. Cic. Ad quem accuratiſſimas literas dedi. Idem. Totiés ne me literas dediſſe Romã. cum ad te nullas darem? at uero poſthac fruſtra potius dabo, quàm ſi rectè dare potuerint, committam, ut non dem. Dare abſolutè, pro literas dare. Cic. Ad te ideo antea rarius ſcripſi, quòd non habebam idoneum, cui darem: nec ſatis ſciebam, quod darem. Literas committere, afferre, perficere, referre, reddere. Cic. Eo die pueri tui à te mihi literas reddiderunt. Literis committere, uel commendare. Cic. Præterea ſunt quædam domeſtica, quæ literis non committo. Literas dare pro reddere. Idem. O ſuaues epiſtolas tuas uno tempore mihi datas: Literas accipere, expectare. Cic. Literas tuas uehementer expecto, & quidem tales, quales maximè exopto. Idem. Tuas literas auidè expecto. Idem. Tuas mirificè literas expecto. Idem. Tuas literas ſemper maximè expecto. Literas inquire, deſiderare, uenire alicui ab aliquo, uolare, id eſt, celeriter afferri. Cic. Tu autem fac, ut mihi tuæ literæ uolent obuiæ. Literas commeare. Idem. Crebrò enim illius literæ ab alijs ad nos commeant. Literas intermittere.

Cic. Noſtro more tamen ne patiamur intermitti literas noſtras. Literarum *intermiſſio, interuallum.* Cic. *Tu, ſi interuallum longius erit mearum literarum, ne ſis miratus.* Tempus *mutum à literis.* Cic. *Cum uerò tuas epiſtolas lego, multò etiam magis omnino intelligo, nullum fuiſſe tempus, poſt has fugas, & formidines, quod magis debuerit mutum eſſe à literis, propterea quod neque* Romæ *quicquã auditur noui.* Prætermittere, *uel prꝏterire, cum eſt in literis dandis, aut ſcribendis.* Cic. *Equidem* Patras *euntem neminem prætermittam.* Idem. *Sed eum ſine literis ad te uenire uix rectum erat.* Literas *conquieſcere, intercipere, aperire, reſignare, loqui, recitare.* Cic. *Caue enim putes ullas literas unquam grauiores, quàm tuas in ſenatu eſſe recitatas.* Literas *in alienum, uel in alicuius manus incidere.* Cic. *Si modo erunt eiuſmodi literæ, quas in alienum incidere nolim.*

Epiſtola. Cic. *Quæ nunc exponam abſens audacius, epiſtola enim non erubeſcit.* Epiſtola *longa, uel uerboſa.* Idem. *Nunquam enim mihi tua epiſtola, aut in tempeſtiua, aut loquax uiſa eſt.* Breuis, *uel puſilla.* Idem. *Ecce autem alia puſilla epiſtola.* Inanis. Cic. *Tabellarios cum inanibus epiſtolis ad te mitterem.* Epiſtolarum *diligentia, uel negligentia,*

gentia .Cic. Epiſtolarum Pompeij duarum, quas ad me miſit, negligentiam, meamq; in ſcribendo diligentiam uolui tibi notam eſſe, earum exempla ad te miſi. Epiſtolarum frequentia. Cic. De Epiſtolarũ frequentia nihil te accuſo. Epiſtolæ quotidianæ. Cic. Non dubito quin tibi odioſæ ſint epiſtolæ quotidianæ. Epiſtola recens. Cic. Recentiſsima tua epiſtola Cal. data, in qua optas congreſſum, pacẽ, non deſperas Faſciculus epiſtolarũ. Cic. Accepi Romæ ſine eoloſtola tua faſciculum literarum. Epiſtolam ſcribere, inſcribere, exarare, lucubrare, dictare, texere, efficere, elicere, dare, committere, mittere, afferre, reddere, accipere, expectare, uel requirere, uenire, complicare, obſignare, ſoluere, id eſt, aperire. Cic. Hanc epiſtolam ſi illius tabellario dediſſem, ueritus ſum, ne ſolueret. Epiſtola laceſcere, obtundere. Cic. Ego ſi ſomnum capere poſſem, tam longis te epiſtolis non obtunderem. Epiſtolæ reſcribere, perſoluere, id eſt, reſpondere. Cic. Perſolui primæ epiſtolæ, uenio ad ſecundam. Reſpondere. Cicer. Vni epiſtolæ reſpondi, uenio ad alteram.

Nuntius & res ipſa & perſona dicitur. Cicer. Grauiter primo nuntio commotus ſum. Internuntius. Cic. Quæ quidem ſi nullo alio, me certè

Nuntius & res ipſa & perſona dicitur. Cic. Grauiter primo nuntio commotus ſum. Internuntius. Cic. Quæ quidem ſi nullo alio, me certè internuntio ad illos celeriter deferrentur. Nuntio mitere. Cæſ. Interim barbari nuntios in omnes partes dimiſerunt. Nuntiũ expectare, uenire, afferre, deferre, perferre, audire, accipere. Cicer. Ego in Epirũ proficiſcar, cum primorũ dierũ nuntios excepero.

Tabellarius. Cic. Et uelim tabellarios inſtituatis certos, ut quotidie aliquas à uobis literas accipiam. Tabellarios ſubminiſtrare, præbere, deprehendere, excutere. Aſi. Cic. Sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam retinentur à Lepido tabellarij. Tabellarios ſcrutari, mittere, uel remittere. Cic. Paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios.

Pueri pro tabellarijs. Puerorum enim opera utebantur Romani in literis ferendis. uel itinere faciendo. Cic. Nam quas Lemni pueris ſcribis datas, non acceperam.

Scribere, pro certiorem facere, uel explicare. Cic. Etenim quis eſt tam in ſcribendo impiger, quàm ego? Scribere ambitioſè, quod in mentem uenerit, quod in buccam uenerit. Cic. Scribas ad me, quicquid ueniet in mentem, cum habebis, cui des. Scribere

bere pluribus,id eſt, copioſius. Cic. Hæc ego pluribus ſcripſi,quod mihi ſignificabant tuæ literæ,ſubdubitare te,quia eſſem erga illum uoluntate. Pluribus uerbis, humanè, raptim, planè,enucleatè,fruſtra, ſummatim, uerboſè, humaniter. Cic. Scripſit ad me Cæſar perhumaniter. Tectis uerbis, exploratè. Cic. Hæc ita ſentio, iudico,ad te exploratè ſcribo. Vacuo animo, planè, rectè,id eſt, nõ fruſtra,temerè,cautè.Cic.Quare tibi ſuadeo,quæcunque eſt iſtic ſtatus rerum, diligenter, & cautè perſcribas. Scribere de. Cic. Sed tu in iſta epiſtola nihil mihi ſcripſiſti de rebus tuis. Acuratè, grauiter, officioſè, ſubtiliter. Cic. De Republica quid ſcribam ad te ſubtiliter?

Certiorem facere. Cic. Me tamen uelim,quod ad tempus te expectemus, certiorem facias. Certiorem facere alicuius rei,uel de aliqua re. Cic. Vtinam tui conſilij certior factus eſſem.

Significare. Cic. Quod ille ita & accepit, & mihi ſæpe literis ſignificauit. Significare abſolutè. Cic. Nihil enim habent, quod aut definitum ſit,aut certum, niſi me,uultu, taciturnitate, ſignificaſſe, tibi non eſſe amicum. Significare de. Brut. Scribis mihi mirari Ciceronem, quod nihil ſignificem unquam de ſuis actis. Significatio. Cic.

Cum magna ſignificatione noſtræ familiaritatis. Si*gnificationem facere, habere, dare.* Cic. *Qui primùm quàm minimam artificij alicuius, deinde nullam Græcarum literarum ſignificationem daret.*

Declarare *uehementius eſt quàm ſignificare, quæ enim declaramus, penè ob oculos ponimus, quæ leuiter ſignificari poſſunt.* Cic. *Id tibi à me declarari uolo.* Declaratio. Cic. *Liber iſte, quem mihi miſiſti, quantam habet declarationem amoris tui?*

Oſtendere *pro demonſtrare, declarare, ſignificare.* Cic. *De qua paulo pòſt equidem oſtendam, quis ſit meus ſenſus, & ſtatus.*

Demonſtrare *plus eſt quàm declarare.* Cic. *Vt propterea amorem in nos fraternum etiam demonſtrare laboret.*

Afferre. Cicer. *Huc enim odioſa afferebantur de Curione.*

Deferre. Cic. *Permulta ad me detulerat non dubia de Firmianis fratribus.*

Perferre. Cicer. *Hæc cum ad me frater pertuliſſet.*

Nuntiare. Cicer. *Modo enim quæ uellemus de Lepido, modo contra nuntiabantur.* Idem. *Non enim dubito, quin celerius tibi hæc rumor,*

quàm

quàm ullius noſtrum literæ, nuntiarit. Denuntiare, *uel renuntiare.* Cic. *Vt ei meis uerbis diceret, ut quic quid opus eſſet, mihi denuntiaret.* Terent. *Quaſi tibi non renuntiata hæc ſint ſic fore.* Nunciatio. Cic. *Phil.* II.

Nunquid. Cic. *Poſtea iam iuſsi ualere cum me impenſè ſua uilla nunquid uellem, rogaſſet.*

Mandare *pro ſignificare, uel imponere, aut negotium dare* Cic. *Nec ex eo quicquam audiui: quod ſibi à te mandatum diceret.* Mandata. Cic. *Ne me immemorem mandati tui putares.* Mandata depoſcere. Cic. *Cui depoſcenti mea mandata, cætera uniuerſe mandaui, illud probè.* Mandata dare, habere, deferre, exponere, accipere, curare, perſequi, dirigere, exhaurire, efficere, uel conficere, explicare. Cic. *Mea mandata ut ſcribis, explica, id eſt confice, expedi.* Idem. *Tu mandata effice, quæ recepiſti.*

Exponere, *pro narrare.* Cic. *De qua ratione tota iam uidetur mihi exponendi tempus dari.* Propriè autē ponitur, *pro explicare ad ſpectandū.* Cic. *Triclinia ſtrata, argētūq; expoſitū.* Interdū eſt morti tradere. Terent. *Niſi me animus fallit, hic profectò eſt anulus, quē ego ſuſpicor: is, quicū expoſita eſt gnata.*

Explicare. Cic. *Hæc tu mihi explica, qualia ſunt.* Propriè uerò dicitur, *de rebus, quæ plicis inuolutæ*

ſunt, huic contrarium eſt implicare. Cic. Tanquàm in aliquem locupletem, ac refertam domum uenerim, nō explicata ueſte, neq; propoſito argento, neq; tabulis, neq; ſignis propalam collocatis.

Indicare. *Cic. Indicauit mihi Pana meus Epicureum te eſſe factum.*

Explanare *eſt enarrare. Cic. Explanabis igitur, quanquàm nihil habeo, quod debitem.*

Exprimere *pro declarare. Cic. Vultus mehercule tuos mihi expreſſit omnes, non ſolum animū, ac uerba protulit.*

Tangere, *uel attingere eſt quaſi in tranſcurſu, uel leuiter declarare. Cic. Tametſi neq; omnia dicam, & leuiter unum quodq; tangam.*

Narrare. *Cic. Ego tibi, ea narro, quæ tu melius ſcis, quàm ipſe, qui narro. Narrare de. Cic. Craſſi libertum ais tibi de mea ſolicitudine macieq; narraſſe.*

Proſequi, *uel conſectari eſt explicare. Cic. Singula perſequi non eſt neceſſe. Idem. Ac ne plura, quæ ſunt penè innumerabilia, conſector conprehendam breui.*

Exequi *uerbis. Cic. Nam præter hæc, quæ comemoraui, quæ teſtata ſunt & illuſtria, habeo multa occultiora, quæ uix uerbis exequi poſſim.*

Recitare. *uide ſupra de literis recitandis.*

Aperire

Aperire eſt quæ tecta ſunt, & occluſa, reclu dere. Cic. Non enim quale eſſet, quod cogitares, aperuiſti. Aperire fontes rei alicuius, metaphorice dicitur, rei alicuius cauſam indicare, atq; oſtendere. Cic. Totiusq; huius ſceleris fons aperietur. Aperire cõiurationẽ. Sall. Eo præſente coniurationẽ aperit, nominat ſocios. Flagitia. Plaut. Iam ego aperiam iſthæc tua flagitia. Probra. Idem Aedopel tua probra aperibo omnia. Dolum. Idem. Si hic non uidebit mulierem, aperitur dolus. Se alicui. Terent. Poſt ubi tempus promiſſa iam perfici, tum neceſſario ſe aperiunt & timent. Naturam, uel mores. Sall. Silentio præterire nõ fuit conſilium, quin utriuſq; naturam & mores, quãtum ingenio poſſem, aperirem. Animum. Cic. Tuum erga me animum ſimplicem, atq; amicum aperuit. Aperire corporis partem aliquam. Cic. Verentur enim ne ſi quo caſu acciderit, ut partes corporis quædam, aperiantur, aſpiciantur non decoro. Aperire caput, ludum, argumentum, conſuetudinem, curſum, reditũ. Cic. Multis apertus curſus ad laudem. Aperire de re aliqua. Cic. Deinceps de inſinuatione aperiendum eſt.

Patefacere. Cic. Quod ij, qui ea patefacere poſſent, propter metum reticuiſſent.

Illuſtrare. Cic. Statuerant tantum illud eſſe maleficium, quod non modo non occultari per ſe: ſed

etiam aperiri, illuſtrariq́; deberet. Illuſtrem facere. *Cic.* Ne quòd uideor *ſtulte illius amici intemperiem, non tuliſſe, rurſus ſtulte iniuriam illius faciam illuſtrem, ſi quid ſcripſero.*

Percurrere, *uel decurrere, eſt celeriter, & quodam uerborum compendio explicare.* Cic. *Attamen iſta quæ abs te breuiter de arte decurſa ſunt, cupimus.*

Loqui. Cic. *Sed in ea es urbe, in qua uel plura, uel ornatiora parietes, ipſi loqui poſſe uideãtur.* Loqui de. Cic. *Pernitioſa loquebantur de manſione tua.* Loqui ad uoluptatem, ad uoluntatẽ, *id eſt, aſſentari.* Cic. *Fatetur ſe non bellè dicere, non ad uoluntatem loqui poſſe.* Loqui in ſententiam. Cæſ. *In eandem ſententiam loquitur Scipio.* Loqui in eandem rationem, *id eſt, aſſentiri.* Cic. *Hæc cum omnes ſentirent, & cũ in eam rationem pro ſuo quisq́; ſenſu ac dolore loqueretur.* Loqui male abſenti. Terent. *pergin' hero abſenti male loqui impuriſſime?*

Garrire *tranſlatè eſt inaniter loqui, & quicquid in buccam cadit, nullo iudicio effutire.* Plaut. *Soleo hercle ego nugas garrire: ita loquar.*

Audire. Cic Nequedum te Athenis eſſe audiebamus. Idem. In Britannia nihil eſſe audio, neq; auri, neq; argenti. Audiri, uel auditum eſſe, & ad perſonã relatum,

relatum, & extra perſonam poſitum. Cic. Bibulus nõ dum audiebatur eſſe in Syria. Idem. Ego enim audita tibi putaram, id eſt, te audiſſe. Audire ex, uel e. Cic. Sed hæc audies ex alijs, aut certior fies literis. Audire à. Cic. A Pauſania Lentuli liberto audiui. Audire de. Actiuè. Cic. Tũ ego, audiuiſti iſta inquam, de maioribus natu. Paſſiuè. Cic. De ſucceſſore meo nihil audiui. Audire ad. Cic. Audi igitur ad omnes ſcilicet literas. Audire præceptorẽ, id eſt, præceptori operam dare. Cic. Polemonem audiuerunt aſſiduè Zeno & Arceſilas.

Dare aures ſuas alicui, eſt aliquem audire, uel in aliquo audiendo facilem et attentũ ſe præbere. Cic. Vide enim quibus hominibus aures ſint debitæ meæ.

Exaudiri. Cic. Quantum potero uoce contendam, ut hoc Pop. Rom. exaudiat.

Inaudire, id eſt, intelligere, uel accipere. Cic. Quanquam cui ſunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ? id eſt, quis audiuit?

Audire benè, uel malè. Et benè audire non dicitur, qui liberas habet ad audiendum aures: ſed qui bellũ de ſe rumorem ſpargi percipit. Audire aũt malè eſt rumorem de ſe malum audire. Terent. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet, bene. Idem. Si herum inſimulabis auaritiæ, malè audies. Auditum pro re, quæ auditur.

Plaut.

Plaut. Vidiſtin'? an tu audito nuntias? Auditio pro rumore. Cic. Dantq́; ſe ad ludendũ, fabularũq́; auditione ducuntur, id eſt, delectantur fabulis audiendis. De auditione teſtimonium dicere. Aſc. Pæd. Et de auditione teſtimonium dicebatur, id eſt, ex audito dicebat quiſq; teſtimonium. Auditionem accipere. Cælius. Romam cum ueniſſem, ne tenuem quidẽ auditionem de ea re accepi. Auditione accipere. Cic. Nec tamen unquam exiiſſent ſupra terram, accepiſſentq́; fama, & auditione, eſſe quoddam numen, & uim deorum. Audientia. Plaut. Exurge præco, fac populo audientiam, iam dudum expecto, ſi tuum officium ſcias.

Accipere pro audire. Cic. Accepiſti, quibus rebus adductus, quamq́; rem, cauſamq́; defenderim. Accipere ad. Idem. Accipe ad omnia, & cognoſce æquitatem expoſtulationis meæ.

Habere. Cic. Breui tamen ſic habeto. Habere ad. Idem. Habes ad ſuperiorẽ, nunc audi ad alteram.

Cognoſcere. Cic. Nunc ea, quæ à me perfecta, quæq́; inſtituta ſunt, cognoſce. Cognoſcere de, uel ex. Cic. Ea enim certiſſima putabo, quæ ex te cognouero. Cognitio, uel Notitia. Terent. Ibo intro, de cognitione ut certum ſciam. Cic. Qui ſermo? quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? Notitiam fœminæ habere. Cæſ. Intra annum uero uigeſimum fœminæ

notitiam

notitiam habuiſſe, in turpiſsimis habent rebus. Notitia pro uſu, uel familiaritate. Terent. Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt. Notio. Cic. Explica, atq; excute intelligentiam tuam, ut uideas, quæ ſit in ea ſpecies, forma, & notio boni uiri.

Scire eſt per nos, uel manifeſta intelligere, uel ab alijs cognoſcere. Cic. Hæc habebam ferè, quæ te ſcire uellem. Idem. De eo quid ſit, cura ut ſciam. Certum ſcire. Cic. Cùm certum ſciero, ſcribam ad te. Certò ſcire. Terent. Ah uolet, certo ſcio, ciuis modo hæc ſiet. Certè ſcire. Idem. Satis certe ſcio, nunquã ita magnifice quicquã dicam, id uirtus quin ſuperet tua.

Reſcire. Terent. Reſciui omnem rem. Idem. Priuſquam id reſcitum eſt.

Intelligere pro cognoſcere, uel prouidere. Cic. Quæ iam tum, quum tu aderas, offendere eius animũ intelligebam. Intelligere in re aliqua dicimur, cum rem illam exactè callemus, uel, cum rei illius rationem exploratam habemus. In Ver. act. VI. Intelligentia eſt notitia. off. II. In intelligentiam cadere. Cic. Tamq; id honeſtum, quod in noſtram intelligentiam cadit, tuendũ, conſeruandumq; eſt à nobis, quàm id, quod propriè dicitur, uereq; eſt honeſtum ſapientibus. Intelligentiam rei alicuius habere. Cic. Omnes qui ex omni ætate in hac ciuitate intelligentiam uiris

habuerunt

habuerunt, ſi unum in locum conſerantur, non ſunt cum S. Sulpitio comparandi.

Perſpicere. *Cic. Cum perſpexero uoluntates nobilium, ſcribam ad te.*

EXPLORATVM *eſt, quod prorſus cogni tũ et perſpectũ. Cic. Si exploratũ tibi ſit, poſſe te illius regni potiri. Exploratũ de. Idẽ. De Attica nunc domũ mihi eſt exploratum, itaq; ei de integro gratulare. Eſſe explorato. Cic. Id erit mihi pro explorato. Exploratũ habere. Cic. Cũ explorati nihil haberem.*

Certum *Cic. Neq; id tamen certum. Certum habere. Idem. Hoc uero certũ habeto. Pro certo habere. Cic. Diſceßiſſe illũ, nos quidẽ pro certo habemus. Certus, uel incertus, uel ſuſpenſus. Cic. Certi ſumus periiſſe omnia. Idẽ. Hoc metu adiecto maneo Theſſalonicæ ſuſpenſus. Certus homo. Cic. Certos homines ad mulieres miſeram. Incertum, ſuſpenſum. Cic. Omnia enim erant ſuſpenſa propter expectationem legatorum. Terent. Nunc habeam, necne, incertum eſt.*

Cognitum, *notum Cic. Omnia tibi ut nota ſint facito. Idem. Ego tantum me ſcire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitum.*

Perſpicuum. *Cic. Si quid rectißimum ſit, quærimus, perſpicuum ſit. Perſpicuitas, id eſt, facilitas, Acad. quæſt. 4.*

Decurſum

Decurſum *animo, uel percurſum, uocamus id quod plene cognitum habemus. Cic. Vt omnes eas cauſas diligentes oratores, & memores, percurſas animo, & propè decantatas habere debeant.*

Perſpectum. *Cic. Clodij animum perſpectum habeo, cognitum, iudicatum.*

Teſtatum, *id eſt, perſpectum & planè cognitum. Cic. Aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam, quod ſcripſerim.*

Ignorare. *Cic. Iam diu ignoro quid agas. Ignorare aliquem, eſt non cognoſcere uel alicuius mores parum exploratos, & perſpectos habere. Teren. Erras ſi id credis, & me ignoras Clinia. Ignoratio ad actũ & rem, quam ignoramus ſpectat. Cic. Qui aliquandiu propter ignorationem ſtirpis, & generis in famulatu fuerint. Ignarus. Cic. Nec hercule unquã tandiu ignarus rerum mearum fui.*

Neſcire. *Terent. Neſcio quod magnum hoc nuntio expecto malum. Neſcio quando ad perſonam refertur. Terent. Dij. iſthæc prohibeant. Ch. Deos neſcio ego: quod potero nitar ſedulo. Neſcius. Cic. Neq; tamen, hæc quum ſcribebam, eram neſcius quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum.*

Dubitare, *uel addubitare. Cic. Hoc tamen non dubitans, confirmare poſſum. Idem. Mihi ſignificabant*

ficabant tuæ literæ ſubdubitare te, qua eſſem ergà illum uoluntate. Dubitare de. Cic. De quo etiam nihil ſcribente me te non dubitare certo ſcio. Dubium. Cic. Quod nemini dubium fuit. Sine dubio. Idem. Heluetij ſine dubio ſunt in armis. In dubium uocare. Aſi. Cic. Illud me Cordubæ pro concione dixiſſe, nemo uocabit in dubium. Dubium facere. Idem. Remq; mea ſententia minimè dubiam, argumentando dubiam facis. In dubium uenire. Cic. Res in dubium uenire non poteſt. Dubitatio. Cic. Quid erat dubitatione dignum? Dubitationem dare, relinquere, id eſt, adferre. Cic. Nullam enim apud me reliquiſti dubitationem, quantum me amares. Dubitationem adferre, inijcere, habere, tollere. Cic. Magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, iudicium & conſilium tuum. Dubitatione æſtuare, eſt dubium uehementer habere, uel maxime hærere, & in deliberando diſtorqueri. Cic. Quod ubi auditum eſt, æſtuare illi, qui dederant pecuniam: putare nihil agi poſſe abſente Epicrate.

Scrupulus, pro re, quæ nobis ſolicitudinem, adfert. Terent. Timet, inijci ſcrupulum homini. Aeſtus pro ſcrupulo, uel dubitatione non mediocri. Pli. Explica æſtum meum. Audio me male legere duntaxat, uerſus, orationes enim commodius.

Ambigere. Cic. Ex contrarijs ſi quid ambigitur

gitur. Ambiguum. Terent. Ambiguum hoc mihi iamdudum fuerat. Ambiguum habere. Brut. Ego tamen non ambiguum habui, & ſtatim ad Plancium miſi.

Pendere *animi. Cic. Ego animi pendeo, quid illud ſit negotij. Pendere abſolutè. Cic. Deinde Antiphonti operam miſerat, antè manumiſſus, quàm productus, ne diutius pendeas, palmam tulit, id eſt, ne diutius id dubites uel ignores.*

Celare. *Terent. Et ſcilicet iam me hoc uoles patrem exorare, ut celet ſenem ueſtrum. Celare cum duobus accuſatiuis. Cic. Non enim te celaui ſermonē. Celare cum accuſatiuo, & ablatiuo, cum propoſitione de. Cic. Baſſus noſter de hoc me libro celauit. Celare cum datiuo. Terent. Si hoc celetur patri, in metu ſum. Celari. Idem. De quo ad te, non quòd celandus eſſes, mihi ſcripſi antea.*

Fugere. *Cic. Neq; doctiſſimorum, qnos ſemper coluiſti, præcepta te fugiunt. Effugere pro fugere. Cic. His igitur locis in mente & cogitatione defixis, et in omni re ad dicendum poſita excitatis, nihil erat, quod oratorē effugere poſſit, non modo in forenſibus deſceptationibus, ſed omnino in ullo genere dicendi.*

Fallere. *Cic. Niſi quid me fallit.*

Latere. *Cic. Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere ualeat in tempore: neq;*

tamen conari, ac uelle deſiſtis.

Hoc me præterit. *Terent. An temere quicquam Parmenonē prætereat, quod facto uſus ſit?*

Clam me eſt. *Terent. Puer quia clam te eſt natus, nactus alteram es.*

Habere clam. *Terent. Pater ſi illa ex me liberos uellet ſibi, aut ſe eſſe mecū nuptā: ſatis certò ſcio, non me clam haberet, quæ celaſſe intelligo. Clam cum accuſatiuo. Plaut. Bona multa faciā, clam meam hanc uxorem. Clàm aduerbium. Plaut. Illac per hortū circuit clàm, ne quis ſe uideret huc ire familiariū. Clanculū. Plaut. Cum illa noctu clanculū ad me exit.*

Prætermittere. *Cic. Quæ prætermitti, ſine nefario ſcelere, non poſſunt.*

Omittere. *Cic. Redeo igitur ad id, ut iam tibi etiā pollicear aliquid, quod prius omiſeram. Omittere, recordari. Cic. Nam ut omittatis de uniuscuiusq; caſu cogitando recordari, uno aſpectu intueri poteſtis eos. Omittere pro abijcere. Terent. In tuto eſt omnis res: omitte uero triſtitiam tuam. Mittere pro omittere. Terent. Mitto rem, conſuetudinem ipſorum.*

Præterire. *Cic. Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiariſſime dicta, ſcripta, communicata ſunt.*

Tranſire. *Cic. Quam quiſq; ſententiā dixerit, in commen*

in commentario eſt rerum urbanarum, è quò tu, quæ digna ſunt, ſelige, multa tranſi.

Tranſilire. Cic. *Id accidere credo, uel quod ingenij ſpecimen eſt quoddam, tranſilire ante pedes poſita, & alia longè repetita ſumere.*

Silere. Cic. *Sileamus inquam Brute de iſtis, ne augeamus dolorem. Silere translatè dicimus aliquid, quod deferbuit, uel quod ſuam autoritatē & uim non retinet, dicimus etiam conticeſcere, uel obmuteſcere.* Cic. *Subito in ciuitate cum alia ceciderunt, tum etiam ea ipſa; de qua diſputare ordimur, eloquentia obmutuit. Silentium.* Cic. *De Partho ſilentium eſt. Silentio præterire, tranſire, præteruehi.* Cic. *Magna ſpe ingredior in reliquam orationem.* P. C. *quoniam periculoſiſsimum locum ſilentio ſum præteruectus.*

Tacere *uel reticere.* Cic. *Nō poſſum de utriuſq; ueſtrum errore reticere. Tacere pro ſecurū eſſe.* Terent. *Tace modo, ac ſequere. Tacitum ferre.* Cic. *Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitū, niſi ſi quid erit eiuſmodi, quod ſine ſumptu corrigi poßit. Tacitus actiuè.* Teren. *Ita corripuit de repente tacitus ſeſe ad filiam.* Paßiuè. Plaut. *Suſpendas potius me, quàm tacita hæc auferas. Taciturnitas.* Cic. *Si noſti hominis tarditatem & taciturnitatem.*

Reticentia. Cic. *Ex mœſtitia, ex hilaritate, ex*

riſu, ex locutione, ex reticentia, ex cõtentione uocis, ex ſummiſsione, ex cæteris ſimilibus facile iudicamus, quid aptè eorũ fiat, quid ab officio naturaq; diſcrepet.

Miſſum facere. Cic. Sed ridicula miſſa faciamus. Aliquando etiam eſt à noſtro conſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrioq; dimittere. Terent. Miſſum te facimus.

Dimittere. Cic. Sic intellexeram, permultos à te milites eſſe dimiſſos. Miſsio. Cic. Cum ipſi ante ludorum miſsionem corona donentur.

Quærere eſt percõtari. Cic. Niſi ex me prius quæſieris per literas, quid te uelim facere.

Requirere pro quærere. Cic. De quibus tu ex me requiris, quid ſibi uoluerit.

Exquirere. Cic. Quod meum conſilium exquiris, id eſt tale.

Explorare. Cic. Reliquũ eſt, ut & quid agatur, quoad poteris explores, ſcribasq; ad me quid ipſe coniectura conſequare, quod etiã à te magis expecto.

Expiſcari, pro ſumma diligẽtia, ſummoq; ſtudio quærere. Ter. Perinde expiſcare, quaſi nõ noſces.

Contari, uel percontari eſt diligenter inquirere, ab ijsq; ductũ eſt, qui aliquid in fluminibus conto exquirunt, aut in mari loca nauibus oportuna pertentant. Teren. Tua quod nihil refert, percõtari deſinas.

Scitari

Scitari, uel ſciſcitari. Ouid. Si modo fert animus, gradere & ſciteris ab ipſo. Plaut. Secede huc, nam ſunt, quæ ex te ſcitari uolo. Cic. Nec uerò nunc quid cogitet ſcio, at non deſino per literas ſciſcitari.

Indagare eſt uenatorum more inquirere, qui loca, ubi feræ latibula habent, inueſtigant. Cic. Hoc tu indaga, ut ſoles.

Inueſtigare eſt quærere. Cic. Sed certe aliquid ſermonis fuit, totum inueſtiga, cognoſce, perſpice. Inueſtigatio. Cic. In primisq; eſt hominis propria ueri inquiſitio, atq; inueſtigatio. Inueſtigator. Cic. His enim Coſſ. ut in ueteribus commentarijs ſcriptum eſt, Neuius eſt mortuus, quanquam Varro noſter diligentiſsimus inueſtigator antiquitatis putat in hoc erratū.

Odorari, uel odorare, eſt ex odore aliquid deprehendere. Cic. Tu tamen, ſi quid potes, odorare. Odor. Idem. Res fuit ad interregnum, & eſt nonnullus odor dictaturæ.

Olfacere eſt odorare. Terent. An non ſex totis menſibus prius olfeciſſem?

Scrutari eſt diligenter inquirere. Cic. Cum omniū domos, apothecas, naues furaciſsimè ſcrutarere.

Elicere eſt educere, uel extrahere, & habet neſcio quid blandimenti. Cic. Simul & elicere cupio ſententiam tuam: ſi manet ut firmior ſim, ſin mutata

eſt, ut tibi aſſentiar. Elicere *ad pugnam, ad colloquium. Liuius.* Ad *colloquium uatem elicuit.*

Spes. *Cic. Tamen maximam læticiam cepi ex tuis literis, de ſpe minime dubia, & explorata triumphi tui.* Idem. *Sed mehercule rurſus, tam abiectam cõpoſitionis ſpem non puto eſſe deſperatißimam.* Idem. Erras *et tenui ſpe te cõſolaris.* Idem. Exigua *eſt enim ſpes reipublicæ, nam nullam non libet dicere.* Spem oſtendere, *oſtentare, proponere, præbere, habere, pro ſpem oſtendere.* Cic. *Reliqua non equidem contemno, ſed plus habent ſpei tamen, quàm timoris, magisq; ſum ſollicitus expectatione ea, quàm metu.* Spem dare, *facere, ſubminiſtrare, inijcere, nunciare, eſſe.* Cic. *In te & collega omnis ſpes eſt.* Vocare in *ſpem, inducere, uel adducere, impellere.* Cic. *Hæc niſi uideris expediri, quam in ſpem me uocas?* Obtentat *me ſpes.* Cic. *Sed me quædã ſpes obtentabat, fore ut &c.* Spem *reſidere in aliquo.* Idem. *Et tamen me quidem fauente magis, quàm ſperante, etiam nunc reſidet ſpes in* [u]*irtute tua.* Eſſe *in ſpe, pro ſperare.* Cic. *Eramq; in ſpe magna fore, ut &c.* Eſſe *in ſpe. pro ſperari.* Cic. *An eſt aliquid in ſpe?* Eſſe *ſpe, pro ſperare.* Cic. *Ego ſum ſpe bona.* Habere *ſpẽ.* Idẽ. *Siue habes ſpẽ aliquã de* Rep. *ſiue deſperas* Habere *in ſpe, pro ſperare.* Cic. *Quod quidẽ nulla habeo in ſpe, ſed quia tu leuiter interdum*

ſignificas,

ſignificas,cogis me ſperare.quod uix optandum eſt. Habere ſpem in manibus. Cic. Quam ſpem nunc habeat in manibus,et quid moliatur,breuiter exponam. Ingredi in ſpem,uenire.Cic. In ſpem tamen uenio appropinquare tuum aduentum. Spem nanciſci,uidere, ponere, conſtituere, collocare, ſequi, reſidere in aliquo, augere, confirmare, concidere, inueteraſcere. Cic. Nũc ſpes reliqua in nouis Trib.pl. et in primis quidem diebus, nam ſi inueterarit, actum eſt. Deuolui ad ſpem, exardere. Cic. Cui cum pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti. Teneri ſpe. Idem. Erratis, et fruſtra falſa ſpe iam diu detinemini. Ponere in ſpe. Cic. Plura ponuntur in ſpe,quàm in pecunijs. Pendere ſpe, niti. Cic. Nunc ſi ita ſunt, quæ ſperas, ſuſtinebimus nos, & ſpe, quia iubes nitemur. Inflari ſpe,deuorare,incubare. Cic. Ille autem regis hæreditatem ſpe deuorarat. Spem extenuare,debilitare, infringere,præcidere,uel incidere,remorari. Cic. Et ſcio te me ijs epiſtolis, & meas ſpes ſolitum eſſe remorari. Auertere à ſpe. Cic. in Catil. orat. IIII. Adimere ſpem, tollere, abijcere, redintegrare, auferre, fallere, ſuperare, uincere. Cic. Salluſtius officio, uincet omnes ſpes. Deturbare ſpe,uel ex ſpe. Cic. Neque ſolum ſpe, ſed certa re iam & poſſeſſione

 deturbatus,

deturbatus eſt. Decidere de ſpe. Terent. Me miſerũ: quanta de ſpe decidi? Orbari ſpe. Idem. Quibus te conſoler ut afflictum, & iam omni ſpe ſalutis orbatum. Spe carere. Cic. Sed ſi eſt ſpes aliqua rebus communibus, ea tu, quicunq; ſtatus eſt futurus, carere non debes.

Sperare. *Cic. Quod de te ſperare, de me præſtare poſſum. Spero & opto. Cic. Agnoſco humanitatem tuam, ſperoq́; & opto nobis hanc coniunctionẽ uoluptati fore. Sperare bene. Planc. Non licuit diutius bene de eo ſperare. Sperare rectè. Cic. Tuæ literæ rectè ſperare iubent. Sperare temerè. Cic. Tuæ autem literæ ſunt uariæ: neq; enim me deſperare uis, nec temerè ſperare. Sperare, pro putare, uel credere. Cic. Spero me integritatis laudem conſecutũ. Deſperare in eadem ſignificatione, ſed negatiuè. Cic. Non equidem planè deſpero iſta eſſe uera, ſed neſcio, & à te diſcere uolo. Sperare, pro timere. Terent. Nam quod tu ſperas, propulſabo facile. Sperari Cic. Lætorq́; cum præſenti, tum ſperata tua dignitate.*

Confidere. *Præteritæ ſignificationis. Cic. Quoniam probatam rationem officij mei uobis eſſe confido. Præſentis ſig. Idem. Confido ita eſſe omnia, ut & oporteat, & uelimus. Futuræ ſig. Terent. Quæ ego eſſe in illis uideo, ut confidem fore ita eſſe, ut uolumus*

lumus. Confidere ſibi. Cic. *Ego uerò non grauarer, ſi mihi ipſi confiderem.* Confiſus. Cic. *Lentulus* Rho*dum reuertit confiſus autoritate ueſtra.*

Fretus. Cic. *Quod ita fore confido, fretus & induſtria, & prudentia tua.*

Confidens. Cic. *Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniã confidens mala conſuetudine loquendi in uitio ponitur: ductum uerbum à confidendo, quod laudis eſt: qui autẽ eſt fidens, is profectò non extimeſcit, diſcrepat enim à timendo confidere.* In *bonam partem.* Plaut. *Decet innocentẽ ſeruum, atq; innoxium confidentem eſſe ſuum apud herum potiſſimum.* In *Malam.* Terent. *Homo confidens, qui (illum dij omnes perdant) hoc conſiliũ quod dicam dedit.* Confiden*tia in bonum.* Cæl. *Quæ maximè confidentiam attulerunt hominibus.* In *malum.* Terent. *Vide, amabo, ſi non, cum aſpicias, os impudens uidetur.* T. *non eſt* P. *tum quæ eius confidentia eſt?*

Fiducia. Cic. *Si tutor fidem præſtare debet, ſi ſocius, ſi, cui mandaris, ſi, qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator.* Fiducia *etiam pro ſpe ponitur.* Brut. *Quorũ fiducia nihil eſt, quòd nos terreas.*

Deſperare. Cic. *Breuiloquentẽ iam me tempus ipſum facit, pacẽ enim deſperaui.* Deſperare *cum datiuo.* Cic. *Itaq; cum* Oppianicũ *perditũ, et duobus*

iugulatũ præiudicijs uideret, promiſſis eum ſuis excitauit abiectum, & ſimul ſaluti deſperare uetuit. De ſperare de. Cic. *Sed nec mihi ſumo, ut meum conſilium ualere debuerit: ſecutus ſum tuum, neq; id reip. cauſa, de qua deſperam, ſed te quærebam & tecũ eſſe cupiebam.* Deſperari. Cic. *Siue reſtituimur, ſiue deſperamur, nihil amplius opus eſt.* Deſperatio. Cic. *Cum magna deſperatione affectus ſum.*

Diffidere. Cic. *Eſt omnino id difficilius, ſed tamen non diffidimus.* Diffidere cum datiuo. Idem. *Parthos times, quia diffidis copijs noſtris.*

Negotium. Cic. *Sunt enim negotia & lenta & inania.* Negotium impendêre. Cic. *Impendet negotium, ad quod ſcilicet tum aduolabis.* Negotiũ contrahere. Cic. *Sin illam alteram ſecuti eritis, neſcio, an amplius mihi negotij contrahatur.* Negotiũ dare, deferre, mandare, imponere. Cic. *Mihi ſuo munere negotiũ impoſuit.* Negotio præponere, præficere. Lepid. *Nec tamẽ eorũ opera utimur, nec in caſtris habemus, neq; ulli negotio præficimus.* Negotiũ ſuſcipere, attingere, ſuſtinere, agere, gerere, adminiſtrare, expedire, explicare, recuſare, inuertere. Cic. *Quid quæris? probè premitur, niſi noſter Pompeius Dijs, hominibusq; inuitis negotiũ inuertit.* Negotiũ eſſe alicui cũ aliquo. Cic. *Neſcis quo cũ Imperatore tibi negotiũ ſit.*

Negotia

Negotia habere. Cic. Quo ego regendo habeo negotij ſatis. Negotijs impedire, implicari, detineri, uel diſtineri. Cic. Cum tot, tantisq; negotijs diſtentus ſit, ut reſpirare libere nõ poßit. Negotijs obrui. Idẽ. Quapropter hoc te primũ rogo, ne cõtrahas, aut demittas animũ, néue te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudine negotij ſinas. Negotio præeſſe. Cic. Dum Pompeius iſto negotio præfuit. Negotiũ tueri. Idem. Volueras enim me cũ M. Cõſidio proprætore illa negotia tueri. Negotia uidere, pro curare. Cic. Sed ualebis, meaq́; negotia uidebis. Negotia tractare, procurare, conficere, fugere, tumere. Cic. Nunc quid putas me Lanuuij? at ego te iſtic quotidie aliquid nõ ſuſpicor, tument negotia. Conficere de negotio Cic. De Acutiliano negotio quod mihi mandaras, cum primũ Romam ueni, cõfeceram. Ex negotijs emergere. Cic. Reliqua ſunt eiuſmodi, ut meum conſiliũ ſæpe reprehendam, quòd non aliqua ratione ex hoc negotio emerſerim. Remouere ſe à negotijs. Cic. Habitus cum ſe ab omni eiuſmodi negotio remouiſſet, &c. Negotia habere ſe. Cic. Negotia noſtra ſe ſic habent. Nullo negotio. Cic. Siciliam tenere nullo negotio potuit.

Negotium *pro moleſtia. Cic. Negotiũ magnũ eſt nauigare, atq; id menſe. Quintil. Negotiũ exhibere, efficere. Cic. Vt non poßit claſſe Dolobella in*

Italiam prouenire, nec ſocijs ſuis firmatis, durius uobis efficere negotium. Negotioſus, id eſt negocijs plenus. Sall. Prudentiſſimus quiſq; quaſi maxime negotioſus erat. Negotiari. Cic. Qui ibi negociantur. Negotiatio. Cic. Vt ad reliquas Aſiaticæ negotiationis proficiſcare Negotiator. Cic. Erit credo periculum, ne improbum negotiatorem, paulo cupidiorem publicanum comprimere non poſſis.

Occupatio. Cic. Venies, ut ipſe intelligis, in maximarũ quaſi concurſum occupationũ. Occupationibus diſtineri, impediri. Cic. Quanq̃ erã maximis occupationibus impeditus. Occupationibus relaxare. Cic. Cũ Tyrone quid ſit locutus, cognoſcã ex ipſo: cũ ſoro re ages attentius, ſi te occupatione iſta relaxaris. Expedire ab occupatione. Cic. Quòd te in tãta hæreditate ab omni occupatione expediſti, ualde mihi gratũ eſt. Occupatus. Cic. Poſtea in re familiari, occupatus fuit.

Diſtentus. Cic. Doleo mehercule te tam eſſe, diſtentum.

Diſtrictus. Cic. Quandiu Craſſi fuit ambitionis uita diſtricta.

Diſtringi, eſt ualde eſſe occupatum et impeditum. Cic. Quem partim publica, partim amicorum officia diſtringunt.

Diſtineri. Cic. Nos alio bello diſtineri putat.

Impedire.

Impedire. Cic. *Me quotidie aliud ex alio impedit.*

Interpellare. Cic. *Sed nihil te interpello, continentem orationem audire malo.*

Expedire. Cic. *Si, quæ uolo expediero, breui tempore te, ut ſpero, uidebo.* Expedire cum *accuſatiuo & ablatiuo.* Terent. *Qui te expedias his ærumnis.* Expedire *pro eloqui, uel enunciare.* Idem. *Atque id ſi potes, uerbo expedi uno.*

Explicare *pro conficere.* Cic. *Nihil uidi unquam, quod minus explicari poſſet.*

Cura. Cic. *Naualis apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit.* Eſſe curæ. Cic. *Mihi mehercule magnæ curæ eſt ædilitas tua.* Eſſe curæ de. Idem. *De militum commodis fuit tibi curæ.* Eſſe curæ ut. Cic. *Velim tibi curæ ſit: ut, quæ ſucceſſori coniunctiſſimo & amiciſſimo commodare poteſt is, &c.* Habere curæ. Sall. *Cohortatus eſt, ut petitionem ſuam curæ haberent.* Eſſe in cura. Cic. *Atque illæ arbitrabantur, cum à te abeſſent ipſæ, multæ te in grauiore cura futurum.* Eſſe cura, *pro in cura.* Cæl. Cic. *Qua tu cura ſis, quòd ad pacem prouinciæ, finitimarumq; regionum attinet, neſcio.* Verſari in cura. Cic. *Sed quid ago? cum mihi ſit incertum, tranquillóne ſis animo? an, ut in bello, in aliqua maiuſcula cura negotióue uerſere?*

uerſere? Curam afferre, inijcere. deferre, ſuſcipere, ſuſtinere, Cic. Bibulus in tanto mœrore maximam curam belli ſuſtineret. Tangit, uel attingit me cura. Cic. Quod ſi ita eſt, & ſi qua de Pompeio noſtro tuendo, de tibi ac reipublicæ reconciliando cura te attingit, magis idoneũ, quàm ego ſum, reperies neminem. Cura afficere, uel conficere. Idem. Tamen nihilominus eis curis conficior. Cura complecti, leuare. Cic. Magna me cura leuaris. Conferre ſe ad curã ad. Att. VII. Conferre curam ad. Cic. Vt non ſine cauſa uos tantam curam, in eius ſalutem, uideamini contuliſſe. Curam adhibere, ponere, figere, uel defigere, infigere, cõfigere, deriuare, leuare dimittere, deponere, abijcere, conſidere. Cic. Tum mihi ita chari, itaq; iucundi, ut eorum aſpectu, omnis, quæ me angebat de repub. cura conſiderit. Curas conſumere. Idem. Cuius omnes curæ ad te referuntur & in te conſumuntur. Incumbere in curam Idem. Cic. In illam igitur curam incumbæ mi Plance, ut ne qua ſcintilla teterrimi belli relinquatur. Excubare curam apud aliquẽ. Planc. Ex quo intelligi poteſt, curã Reip. defendẽdæ iam pridem apud nos excubare. Verſari curam in aliquo. Ci. Omnis cura mea ſolet in hoc uerſari ſemper ſi poſſim, ut boni aliquid efficiã dicendo. Abducere à cura, uel traducere. Cic. Abduco equidem me ab omni reip.

reip cura, dedoq; literis. Curas adimere. Terē. Quot cōmoditates attuli? quot autem ademi curas? Soluere cura, uel à cura. Idem. Ego uos ſolui curis cæteris. Curis laxari. Tuſc. quæſt. 1. Cura uacuus. Ci. Hac quidem cura iam uacuus eſt. Eſſe ſine cura. Cic. Pompeius de Clodio iubet nos eſſe ſine cura, & ſummam in nos beneuolentiam ſignificat.

Curare abſolutè. Sall. Legatis imperat, ubi quiſq; curaret. Curare abſolutè poſitum cum, ut. Ci. Ne illa quidem curo mihi ut ſcribas. Curare ne. Cic. Significaſti tibi omnia mea mandata curæ fore, in quibus unū illud te præcipuè rogo, ut cures, ne quid mihi ad hoc negotij, aut oneris accedat, aut temporis. Curare cū accuſatiuo. Ci. Mādatū tuū curabo diligēter. Curare ſe. Idē. Cura igitur te & cōfirma. Curare aliena, ludos, funus. Terent. Curabat unà funus. Curare uocem. Ci. Quapropter de magnitudine uocis, & firmitudinis parte, quoniam altera natura, altera cura comparatur, nihil ad nos attinet commonere. Curare aliquid alicui. Cic. Erat enim curata nobis pecunia Valerij mācipis nomine. Curare, pro curæ habere, uel mederi. Cic. Pinnaiū, quē mihi cōmendas, diligētiſſime Deiotarus curat. Curare de. Idem. Omnino de tota re, ut mihi uideris, ſapientius faceres, ſi non curares. Curare pro timere, uel ſollicitū eſſe. Idē. Magis illos uereor.

qui

qui in bello occiderunt, quàm hos curo, quibus non ſatisfaciamus, quia uiuimus. Curare faciendum. Seruius. Cic. Funus ei ſatis amplum faciendum curaui. Curatio eſt, in qua uerſatur cura, uel, eſt munus à nobis ſuſceptum, ad quod exequendum curæ noſtræ conferuntur. Cic. De curatione aliqua munerum regiorum cum Oppio locutus ſum. Curationem admouere, adferre, adhibere Cic. Omnibus his nulláne adhibenda curatio? Cura pro ratione. Cic. Relinquetur enim ſimplex illa iam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, ſed ad teipſum propriè refertur. Curator. Idem. Curator eſt uiæ Flaminiæ. Curioſus & in bonum, & in malum ponitur, eſtq́; qui rem aliquam uel ambitioſius inueſtigat, ut impotentiori rerũ nouarũ ſtudio tenetur. Cic. Sumus enim ambo curioſi.

Antiquum eſſe, *uel antiquum habere dixerunt antiqui, cum quid ſibi maximæ curæ eſſe deſignabant. Cic. Vt omnes intelligerent, nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe. Idem. Quamobrem id quidem ſic ſuſceptum eſt mihi, ut nihil ſim habiturus antiquius.*

Studium. *Cic. Cuius ſtudium in legendo non erectum Themiſtoclis fuga, redituq́; retinetur? Studium dare. Cic. Vt ad eas te referas artes, quibus à primis temporibus ætatis ſtudium tuum dediſti. Studium*

dium collocare, reſtinguere, conſumere. Cic. Cũ ſtudium tuum conſumas in uirorum fortium factis memoriæ prodendis.

Studere *cum accuſatiuo. Cic. Vnum omnes ſcititis, unum omnes ſtudetis. Studere cum datiuo, cum extra perſonam eſt. Idem. Semel enim pacem defendi, & ſemper otio ſtudui. Studere cum datiuo, quando de perſona eſt. Cic. Pompeius fremit, queritur, Scauro ſtudet: utrum fronte, an mente dubitatur. Studere cũ uerbo poſitum. Idem. Fieriq́; ſtudebam eius prudentia doctior.*

Opera *actio eſt & labor operantis. Terent. Non mea opera, neq; pol culpa euenit. Profiteri operam. Cic. Cũ ſigna quædã pulcherrima atq; antiquiſſima Thermis in publico uidiſſet, adamauit, & à Stenio petere cœpit, ut ad ea tollenda operam ſuam profiteretur, ſeq́; adiuuaret. Operã exigere, præbere, tribuere, ponere, conſumere. Cic. Me ſcito omnẽ meũ laborem, omnẽ operam, curam, ſtudium, in tua ſalute cõſumere. Conferre ſe ad operam. Idem. Totosq́; nos ad forenſem operam, laboremq́; contuliſſe. Dare operã ut, uel ne. Cic. Dedi operam ut ei quàm humaniſſime ſcriberem. Idem. Vt operam darem, ne tibi hoc tempore ſuccederetur. Dare operam alicui, id eſt, aliquo præceptore uti, uel aliquẽ ut præceptorẽ audire. Cic.*

Eodem anno etiã Moloni Rhodio Romæ dedimus operam, et actori ſummo cauſarũ & magiſtro. Dare operã alicui, id eſt, eius cõmodis inſeruire eſt, uel obſequiũ præſtare. Ci. Is ad me uenit, dixitq; iudiciũ ſibi operã dare cõſtituiſſe eo ipſo die. Dare operã auſpicijs, id eſt, auſpicia obſeruare, uel colere. Idem. Recitatis literis oblata religio Cornuto eſt, pullariorũ admonitu, non ſatis diligenter eũ auſpicijs operam dediſſe. Dare operã liberis. Cic. Liberis dare operã re honeſtũ eſt, nomine obſcœnũ. Dare operã memoriæ alicuius, id eſt recordari, uel memoriam ſeruare, aut celebrare Cœl. Cic. Non quin mihi ſuauiſſimum ſit & occupato, & ad literis ſcribendas, ut tu noſti, pigerrimo tuæ memoriæ dare operã. Dare operam in aliquam rem. Tuſc. Quæſt. 1. Operã nauare. Ci. Tibiq; omnes fortes uiri nauare operã, & ſtudiũ uolunt. Operam nauare, abſolutè poſitũ pro conſequi. Cic. Equidẽ iam mihi uideor nauaſſe operam, quòd huc uenerim: nam hæc ipſa recuſatio diſputationis, diſputatio quædã fuit mihi periucunda. Operam locare, figere, conſumere, perdere, ludere, perire. Cic. Non defleamus, ne & operam & oleum philologiæ noſtræ perierit, ſed conferamus tranquillo animo. Tradere operas mutuas, id eſt, mutuum officium præſtare. Terent. Hic in nox, eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt, cum ille abeſt, his

hic præſto eſt tradūt, operas mutuas. Vti alicuius opera. Cic. Optima huius opera uti ſoleo. Operæ parcere. Ci. Sed tamē nō parcam operæ, & ut uos ſoletis in formulis, ſic ego in epiſtolis, de eadem re alio modo. Detrahere de opera. Cic. Nec quicquam aliud uidendum eſt nobis, quos populus Rom. hoc in gradu collocauit, niſi ne quid priuatis ſtudijs de opera publica detrahamus. Remouere operam à re aliqua. Acad. Quæſt. 1. Nihili agere, pro operam perdere. Cicer. Quæ nunc, ut quidam iſtic dictitant, libertatis autores metu nobis extorquere conantur, ſed nihil agunt. Operæ. Ci. Factus eſt à noſtris impetus, fuga operarū Operas. cogere. Cic. Iſti nauē onerariā maximā Meſſanæ eſſe publicè coactis operis ædificatam. Eſſe in operis, id eſt, quod barbari dicūt, eſſe factorē alicuius ſocietatis. Cic. Quæ cum ita ſint, maiorem in modum à te peto. C. Pupium, qui eſt in operis eius ſocietatis, omnibus tuis officijs, atq; omni liberate tueare. Operoſus. Cic. de Senect. Operari. Iuuenal. Vt matutinis operatur, feſta lucernis.

Diligentia. Cic. Pergrata eſt aſsiduitas tua & diligētia in cōtrouerſia Mutiana. Diligentiā adhibere. Cic. Adhibui diligentiā, quotiescūq;, &c. Remittere de diligētia. Brut. Sed tamē nihil de diligētia remittere debetis. Frigere, p remittere de diligentia. Ci.

Mihi crede homini nõ glorioſo, planè iã Brutus frigeo.

Sedulitas. Cic. *Balbi quoq; Cornelij operam, & ſedulitatem laudare poſſum.*

Induſtria. Cic. *Omnis peregrinatio obſcura, & ſordida eſt his, quorum induſtria* Romæ *poteſt eſſe illuſtris.* Induſtriam ponere. Idem. *Nam profectò non eſt meũ, qui in ſcribendo (ut ſoles admirare) tantũ induſtriæ ponam, committere, ut negligens ſcribendo fuiſſe uidear.* Induſtriam langueſcere. Cic. *Quare non eſt, cur eorum, qui ſe ſtudio eloquentiæ dediderunt, ſpes infringatur, aut langueſcat induſtria.*

Vigilia, *uel uigilantia.* Sall. *Et ab incendio intelligebat urbem uigilijs munitam.* Terent. *Vigilantiam tuam tu mihi narras?*

Vigilare. Cic. *Quare mihi* Ruffe, *uigila primùm, ut mihi ſuccedatur.*

Aduigilare. Terent. *Nam ſatis, credo, ſi aduigilaris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.*

Euigilare. Cic. *Tanta autem induſtria eſt, tantumq; euigilat in ſtudio, ut non maxima ingenio, quod in eo ſummum eſt, gratia habenda uideatur.*

Labor. Cic. *Nam eſſet cum infinitus, tam pueriles labor.* Laborem adferre, imponere, delegare, ſuſcipere, capere, excipere. Cic. *Omnes labores te excipere uideo, timeo ne ſuſtineas..* Labori ſe dare. Cic. *Sed cum roſam uiderat, tunc incipere Ver arbitrabatur*

tur, dabat ſe labori, atq; itineribus. Laborem ſubire,
ſuſtinere, ſuſtētare. Sall. Poſtremò ſapientes pacis cau
ſa bella gerunt, laborē ſpe otij ſuſtentant. Labore fun
gi. Cic. Quanquàm tantis laboribus perfunctū ſi me
efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledi-
ctis, &c. Laborē impertiri. Ci. pMur. Labore ſe frā-
gi, id eſt, uexare & agitare. Cic. Certè ſi nihil ani-
mus præſentiret in poſterū, & ſi quibus regionibus ui
tæ ſpacium circunſcriptū eſt, eiſdem omnes cogitatio-
nes terminaret ſuas, nec tantis ſe laboribus frangeret,
neq; tot curis, uigilijsq́; angeretur, nec toties de uita
ipſa dimicaret. Laborem frangi, conſumere, detrahe-
re, leuare, uel ſubleuare. Cic Tu labores tuos, quòd
ædilis non ſis factus, fractos eſſe, & abiectos, & repu
diatos putas? Labores exanclare, compenſare. Cic.
Summi labores noſtri magna compenſati gloria miti-
gantur. Labore ſuperſedere. Cic. Superſedeas hoc la
bore itineris. Parcere labori. Idem. Sed tamē ſatisfiet
à nobis, neq; parcetur labori. Labore carere. Fā. VII.
Laborioſus actiuè: Cic. Vos laborioſos exiſtimet, qui-
bus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe. Paſ
ſiuè, Plaut. Laborioſi nil quicquam operis: Laborare
pro ſollicitū eſſe, abſolutè. Cic. Quòd epiſtolam con-
ſciſſam doles, noli laborare. Laborare cū accuſatiuo.
Ci. Quòd ego nō nimiū laboro, etiāſi minus aſſequor,

quod uolo. Laborare de. Ci. De ſama nihil ſanè laboro Laborare pro. Idem Ita cõſueuiſti p amicis laborare.

Sollicitudo Cicer. Planè dubitare non poſſum, quin tibi amplitudini iſta ſollicitudo futura ſit. Eſſe ſolicitudine. Ci. Fam. XVI. Incredibili ſum ſolicitudine de tua ualetudine, qua ſi me liberaris, ego te omni cura liberabo. Eſſe in ſolicitudine. Idem Nunc ſcitote me eſſe in magna ſolicitudine. Solicitudinem habere, adferre, ſtruere. Cic. Sed dices meipſum mihi ſolicitudinẽ ſtruere. Solicitudinẽ habere in aliquo. Cic. Nec hærere in animis horũ ſolicitudinẽ ſempiternũ. Adducere in ſolicitudinẽ. Cic. Nos confectum bellũ cũ putaremus, repentè à Lepido in ſummã ſolicitudinẽ adducti ſumus. Solicitudine afficere. Ci. Magna igitur, ut uides, ſolicitudine afficior. Solicitudinẽ cõficere, ſuſtinere, alleuare, demere, omittere. Terẽ. Proin tu, ſolicitudinẽ iſtã falſã, quæ te excrutiat, omittas. Solicitudines acuere, duplicare. Ci. Nõ intelliges duplicare ſolicitudines, quas eleuare tua te prudentia poſtulat. Eſſe ſolicitudini. Cic. Magnæ nobis eſt ſolicitudini ualetudo tua. Solicitudini ſubuenire. Cic. Hoc à te peto, ut ſubuenias huic meæ ſolicitudini. A ſolicitudine abducere, abſtrahere. Cic. Non dubito, quin tuis literis, quarũ exemplũ legi, ſe magis etiam erexerit, ab omniq; ſolicitudine abſtraxerit. Solicitudine liberare, Cic. Ne tu me ſolicitudine magna liberaris. Solicitus.

Cic. Mirificè ſum ſolicitus. quidnã de prouincijs decernatur. Ouid. Res eſt ſoliciti plena timoris amor. Solicitus eſſe. Ci. Soliciti eramus de tua ualetudine mirum in modum. Solicitus ex. Terent. Laborat e dolore, atq; ex hoc miſera ſolicita eſt. Solicitum habere, id eſt, angere. Cic. Solicitũ aũt te habebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi mei. Solicitare. Cic. Solicitat, ita uiuã, me tua, mi Tyro, ualetudo. Solicitare, pro tentare. Cæſ. Quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, ſolicitabat. Solicitatio. Terent. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuerſè trahunt, amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio.

Cõturbare, uel perturbare. Cic Viſus eſt mihi uehementer eſſe perturbatus. Perturbatio. Ci. Reſp. iacet in his perturbationibus, in quas eam ille cõiecit.

Mouere, id eſt, ſolicitũ habere. Cic. Meq; plus, quàm ſerui mors debere uidebatur, commouerat.

Commoueri. eſt perturbari. Cic. Nam primorum menſium literis tuis uehementer cõmouebar. Motus pro perturbatione. Idem. Ex epiſtolarũ mearum inconſtantia, puto te mentis meæ motum uidere.

Tãgere pro perturbare. Cic. Cætera in magnis rebus minæ Clodij, contentionesq;, quæ mihi proponũtur, modicè me tangũt: etenim uel ſubire eas mihi uideor ſumma cũ dignitate, uel declinare nulla cũ mo

Percelli, *uel perculi, pro commoueri.* Cic. *Sed hoc ſcire tuos ueteres hoſtes, nouos amicos, uehementer literis perculſos.*

Angere, *uel angi.* Cic. *Reliquũ eſt, ut te angat, quod abſis à tuis tamdiu.* Idem. *Sed angor intimis ſenſibus.* Angi de. Idem. *Sed non poſſum ſine dolore accuſare eum, de quo angor & crucior.* Angere ſe animi. Ter. *Animi ſeſe angebat facti pœnitẽs.*

Diſtringi *pro angi.* Cic. *Sed tamen ipſa repub. nihil mihi eſt charius, in qua tu non ualde te iactas: diſtrictus enim mihi uideris eſſe, quod & bonus ciuis, & bonus amicus es.*

Cruciare, *excruciare, diſcrutiare.* Cic. *In maximis meis doloribus, excruciat me ualetudo tua.* Idẽ. *Nunc quotidie nõ eſſe te, ad quẽ curſitem, diſcrutior.*

Torquere. Cic. *Nos acriter tuæ literæ diu torſerunt.*

Conficere. Cic. *Quæ me ita conficiunt, ut ij uoluerunt, qui me de mea ſententia detruſerunt.*

Exercere *pro uexare.* Cic. *Nunc me reliquiæ ueſtræ exercent.*

Mordere. Terent. *Principio ſi id te mordet, ſumptum filij quem faciunt, quæſo facito, hæc tecum cogites.* Mordere ſe, *eſt cum uehementer dolemus, nos aliquid non feciſſe.* Cic. *An tu, ſi mecum eſſes,*

qui ſcribis morderi te interdum, quòd non ſimul ſis, paterere me id facere, ſi uellem?

Pungere. *Cic. Vnum enim pungit, ne negligentiores eſſe uideamur.*

Exanimari, *eſt tanta perturbatione affici, uel perterreri, ut animam agere uideamur.* Cic. *Miraris me tanta perturbatione ualetudinis tuæ tam grauiter exanimatum fuiſſe.*

Anxietas, *uel angor.* Cic. *Angore & metu conficiuntur. Angorem capere.* Idem. *Quamobrem angor iſte, qui pro amico ſæpe capiendus eſt, non tantum ualet, ut tollat è uita amicitiam. Angore implicari.* Tuſc. V. *Angori ſe dare.* Cic. *Nec me angoribus dedi, quibus eſſem cõfectus, niſi iis reſtitiſſem. Vacuitas ab angoribus.* Cic. *Quo circa non ſine cauſa maiores motus animorum concitantur, maioraq; efficienda* Rempub. *gerentibus, quàm quietis, quo magis his & magnitudo animi eſt adhibenda, & uacuitas ab angoribus.*

Acerbitas *pro moleſtia.* Cic. *Huius acerbitatis euentũ altera acerbitate nõ uidendi fratris uitaui.*

Dolor. Cic. *Eſt enim uix conſolabilis dolor. Dolorem facere, adferre, dare, incutere, inurere.* Cic. *Videte iudices, quantum, & quàm acerbum dolorem ſociorum animis inuſſerunt iſtius iniuriæ. Dolorem*

incedere, id eſt, inuadere. Ceſ. Exercitui quidẽ omni tantus inceſſit ex incõmodo dolor, tantumq́; ſtudium infamiae ſarciendae, &c. Dolorem incurſare. Cic. In curſabit in te dolor meus, non iure ille quidem, ſed tamen feres hoc ipſum, ut omnia mea fers. Dolori eſſe. Cic. Quod feciſſem nunquam, niſi ijs dolori meus fuiſſet dolor. Eſſe dolore. Idem. Quanto fuerim dolore meminiſti. Eſſe in dolore. Cic Magno in dolore ſum, uel merore potius. Dolorem habere, pro eſſe in dolore. Cic. At habet magnum dolorẽ, unde cum honore deceſſerit, eodem cum ignominia reuerti. Dolorem impertire, capere, percipere, uel accipere, haurire, ſuſcipere, ſuſtinere. Cic. Neq; enim tantum uirium habet ulla aut prudẽtia, aut doctrina, ut tantum dolorem poßit ſuſtinere. Dolore tangi, angi, impediri, intercludi. Cic. O rem lugubrem, itaq; intercludor dolore. Dolore ardere. Cic. Is ardet dolore, & ira noſter Pompeius. Dolore diſrumpi, tabeſcere. Terent. Nam & illi animum iam releuabis, quae dolore, ac miſeria tabeſcit: & tuo officio fueris functus. Dolori ſeruire, parere, ſuccumbere. Cic. Qua in re dolori ſuo, non reipub. commodis ſeruiunt. Dolorem ulciſci, inſidere, fouere, augere, amplificare, refricare. Cic. Sui autem omnia, quae ſentio perſcripſerim, ne refricem meis literis deſiderium ac dolorem

tuum

tuum. Dolorem tegere, tenere, id eſt, comprimere. Cic. O hominem cauendum, quanquam mihi quidem, ſed tenendus dolor eſt. Dolorem emergere, caſtigare, conſolari, mollire, lenire, mitigare, minuere, frangere, leuare, detrahere, abſtergere, eripere, exhaurire. Cic. Non facile exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe uniuerſum puto. Dolori reſiſtere. Cic. Et dolori fortiter, ac fortunæ reſiſteres. Dolore liberare, priuare. Cic. Nam quoniam, cùm priuamur dolore, ipſa liberatione, & uacuitate omnis moleſtiæ gaudemus. Dolorem abijcere, depellere, deponere. Cic. Cuius in ſermone, & ſuauitate omnes curas, doloresq; deponerem. Aberrare à dolore, id eſt, dolorem intermittere, uel dolorem frangere. Cic. Credo, ſi modo homines ſint, exiſtimabunt me, ſiue ita leuatus ſim, ut animum uacuum ad res difficiles ſcribendas adferam, reprehendendum nõ eſſe: ſiue hanc aberrationem à dolore delegerim, quæ maximè liberaliſſima, doctoq; homine digniſſima eſt, laudari me etiã oportere. Doloris obliuio. Cic. Itaq; ſic literis utor: non ut ab his medicinam perpetuam, ſed ut exiguam doloris obliuionẽ petam. Dolentia. Sall. Dictitare ſeſe ex dictis illis ſpolia cepiſſe: alia præterea magnifica pro ſe, & illis dolentia. Indolentia. Cic. Qui rem expendendam, uel uoluptate, uel indolentia metiuntur.

Dolere

Dolere *abſolutè.* Cic. *Cum aliquid uidebatur caueri poſſe, tum id negligi dolebam.* Dolere cum accuſatiuo. Cic. *Erat hoc mihi dolendum, ſed multo magis illud.* Dolere uicem, *eſt alterius caſum, incommodumq́; dolere.* Cic. *Tuam uicem doleo, quòd nullam partem, per ætatem ſanæ, & ſaluæ reipublicæ guſtare potuiſti.* Dolere caſum, interitum. Cic. *Quis bonus non luget mortem Trebonij? quis non dolet interitum talis & ciuis & uiri?* Dolere iniurias. Cæl. *A te peto ut meas iniurias perinde doleas, ut me exiſtimas, & dolere, & tuas ulciſci ſolere.* Dolere cum ablatiuo. Cic. *Eius & Sillani temporis iuſtißima calamitate dolui.* Dolere de. Idem. *De Hortenſio te ſcio dolere.* Dolere ab. Plaut. *Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine.* Doleo cũ infinitiuo. Cic. *Qui autẽ uictos eſſe noſtros moleſtè ferũt, nos dolent uiuere.* Dolet mihi. Plaut. *Ego illud ſcio, quàm doluerit cordi meo.* Indolere. Cic. Phil. II.

Moleſtia. Cic. *Tu quæſo cogita quid deinde: nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt.* Moleſtiam adferre, exhibere, aſpergere. Cic. *Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola hoc aſpergit moleſtiæ, quod uideris, ne mihi moleſtus eſſes, ueritus eſſe.* Moleſtia afficere. Cic. *Cæſarq́; per literas maxima ſe moleſtia ex illa contentione affectum oſtenderet.* Moleſtiam,

trahere,

trahere, uel contrahere, capere, anticipare. Cic. *Dices, quid igitur proficis, qui anticipes eius rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis?* Moleſtiam *ſuſcipere, habere.* Cic. *Habeo etiam illam moleſtiam, quòd Dolobella noſter apud Cæſarem eſt.* Moleſtijs *cõflictari.* Idem. *A quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtijs conflictatum.* Moleſtia *fungi.* Cic. *Cæteris uero nulla perfunctis propria moleſtia, caſus alienos ſine ullo dolore intuentibus. etiã ipſa miſericorida eſt iucũda.* Eſſe *in moleſtia.* Cic. *Quare mihi crede, & memoriæ mãda, te in iſtis moleſtijs diutius non futurum.* Moleſtiam *leuare.* Cic. *Hæc tibi ad leuandas moleſtias magna eſſe debent.* Moleſtia *laxare, leuare.* Cic. *Vt nulla res alia leuare animum moleſtijs poßit.* Moleſtias *mitigare.* Cic. *Quanquàm per multa eſſent ornamenta, quibus eam mitigare moleſtiam poſſet.* Moleſtiam *diluere, uel extenuare, dimouere, delere, ſedare, depellere, demere, deponere, renouare, uorare.* Cic. *Quapropter Quirites expectate legatorum reditum, & paucorum dierum moleſtiam deuorate.* A moleſtia *abducere, uindicare.* Cic. *Te ſatis innocentia tua, & miſericordia hominum uindicat hoc tempore à moleſtia.* Moleſtia *liberare, expedire, priuare.* Cic. *Spero enim me à te impetraſſe, ut priuares me iſta moleſtia.* Ab*eſſe à moleſtijs.* Cic. *A multis, & magnis moleſtijs*

abes

abes. Vacuus moleſtijs, uel à moleſtijs. Cic. At contra nobis, non tu quidem uacus moleſtijs, ſed præ nobis beatus uideris. Aberratio à moleſtijs. Cic. Ridere igitur iniquies, poſſumus? non mehercule: ueruntamen aliam aberrationem à moleſtijs nullam habemus.

Mœror, uel mœſtitia. Cic. Statui noſtræ neceſſitudinis eſſe, meæq; in te beneuolentiæ, non tacere in tuo mœrore tãdiu. Mœrorē ad aliquē uenire, id eſt mœrore affici. Cic. Hæredem teſtamento reliquit hũc P. Quintium, ut ad quē ſummus mœror morte ſua ueniebat. ad eundē ſummus honor quoq; perueniret. Mœrorem ſuſcipere, deponere, diminuere. Cic. Permultum erit mœrore tuo diminutum. Dare ſe mœrori. Cic. Neq; totum animum tuum mœrori mecum ſimul dediſſes. Mœrore lacerari, affligi, cõfici, urgeri. Ci. Quanto mœrore urgear profectò uides. In mœrore, uerſari, iacère. Cic. Iacet in mœrore frater meus. A mœſtitia uocare. Cic. Quod me à mœſtitia uocas, multum proficies, ſi locum Fano dederis.

Mœrere accuſatiuo & ablatiuo iungitur. Cic. Si tuum te deſiderium mouet, aut ſi tuarum rerũ cogitatione mœres.

Luctus. Cic. Omnia meo diſceſu deſerta, horrida, muta, plena luctus, & mœroris fuerunt. Luctũ haurire.

haurire. Cic. Luctum non hauſimus maiorem, ille animi non minorem. Incidere in luctum. Cic. Quod de Hipoliti interitu iratus optauit, quo impetrato in maximos luctus incidit. Luctum percipere, leuare, deponere, tollere. Cic. Nam quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus uetuſtate tollit id nos præripere conſilio, prudentiaq; debemus. In luctu eſſe, manere. Cic. ~~Scio te ſemper in luctu mecum fuiſſe.~~ Luctu confici. Cic. Quare cum me afflictum, & confectum luctu audies, exiſtimato me ſtultitiæ meæ pœnam ferre grauius, quàm euenti.

in Epistol: fa. Lib: 9, Ep: 2.

Lugere. Cic. Neq; uero nunc conſilium tuum reprehendo, ſed formam reipublicæ lugeo. Elugere. Cic. Patriam eluxi iam & grauius, & diutius, quàm mater ulla unicum filium.

Aegritudo. Terent. Incertus præ ægritudine eſt animus. Aegritudinẽ oriri, adferre. Terẽt. Nulla mihi res poſthac poteſt iam interuenire tanta, quæ mihi ægritudinem adferat, tanta hercle lætitia oborta eſt. Aegritudine afficere. Cic. Quæ ægritudine Alcibiadẽ afficiebat. Aegritudini ſe dedere. Cic. Sed ne me, totũ ægritudini dedã. Ad ægritudinẽ accedere, id eſt, augere. Cic. Ad meas incredibiles ægritudines aliquid non accedit ex his, quæ de Q. fratre ad me adferũtur. Aegritudinẽ leuare, ledere, detrahere, adimere. Terẽ.

Aut

Aut ego profectò ingenio egregie ad miſeriam natus ſum aut illud falſum eſt, quod uulgo audio dici, diem adimere ægritudinẽ hominibus. Aegritudine leuare. Cic. *Longior uero tua epiſtola, non me ſolum, ſed meos omnes ægritudine leuauit.*

Triſtitia. Luc. Cic. *Sin, ſicut hic dum eras, & lachrymis, & triſtitiæ te tradidiſti. doleo.* Contriſtare, pro triſtem reddere. Idem. *Contriſtauit hæc ſententia C. Balbum.*

Lachrymare. Cic. *Lachrymulam Cypriani iudicij obiectas.* Lachrymas excutere, cadere, profundere, præbere. Cic. *Sed tu tantum lachrymas præbuiſti dolori meo, quod erat amoris, tanquàm ipſe ego.* Iacêre in lachrymis. Cic. *Te nunc mea Terentia ſic uexari? ſic iacere in lachrymis?* Lachrymis confici. Cic. *Conficior lachrymis, ſic, ut ferre non poßim.* Lachrymas tenere, exarare. Cic. *Hæc ita multis cum lachrymis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturna miſeria nos exaruiſſe.*

In fletum adducere. Cic. *Non queo reliqua ſcribere (tanta uis lachrymarum eſt) ne te in eundem fletum adducam.*

In gemitu uerſari. Cic. *Verſor autem in gemitu Italiæ, & in urbis miſerrimis querelis.*

Gemere. Cic. *Eandem uirtutem iſtam, ueniet*

tempus

tempus cnm grauiter gemes.

Flere, *uel deflere.* Cic. *Flebat uterq; non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filij morte, de patris filius.* Idem. *Nõ defleamus, ne operam et oleum Philologiæ noſtræ perierit, ſed conferamus tranquillo animo.*

Moleſtus, *uel moleſtum.* Cic. *Homo minime ambitioſus, minime in rogitãdo moleſtus.* Idem. *Quod ad me de Hermia ſcribis, mihi mehercule ualde etiam moleſtum fuit.*

Grauis, *uel graue.* Cic. *Velim ſi tibi graue non erit, certiorem me facias. Graue in populum.* Cic. *Eſt enim in populo Ro. graue, non poſſe uti ſocijs excellenti uirtute præditis.*

Grauari. Cic. *Ego non grauarer, ſi mihi ipſe, conſiderem. Grauatè.* Cic. *Grauatè ille primò.*

GAVDIVM. Cic. *Nec ſum ita ſtultus, ut te uſura falſi gaudij frui uelim. Gaudio efferri, exilire, exultare, triumphare, deſipere.* Cic. *Cũ obiurgarer, quòd nimio gaudio penè deſiperem. Cumulare gaudium, uel gaudio cumulari.* Cic. *Tamen non poſſum nõ confiteri, cumulari me maximo gaudio. Gaudium duplicare, erumpere, contaminare.* Terent. *in* Eunucho. *Ne hoc, inquit gaudium contaminet, uita ægritudine aliqua.*

Lætitia. Cic. *Eoq; maior erat hæc lætitia,*

quòd ad illa ſuperiora accedebat. Lætitiam *facere, af ferre, dare, obijcere.* Terent. *Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obijcerem.* Conijcere in lætitiã. Idẽ. *Syre mi obſecro, ne me in lætitiã fruſtra conijcias.* Lætitia *afficere, efferre, exultare.* Cic. *Exultant lætitia in Municipijs.* Lætitiam *capere, percipere.* Cic. *Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam, & uoluptatem.* Incedere *lætitijs, id eſt, exilire.* Cic. *Repente uero inceßi omnibus lætitijs.*

Gaudere. Cic. *Oratorem meum à te tantopere probari, uehementer gaudeo* Gaudere cum accuſatiuo. Cic *Nunc ſurit tam gauiſos homines ſuũ dolorẽ.* Gaudere gaudium. Terent. *Nam hũc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurum gaudia* Gaudere cũ ablatiuo. Idem. *Crede mihi, gaudebis facto: uerũ hercle hoc eſt.* Gaudere in ſinu. Pro. *In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.* Gaudere ſecum Terent. *Ita me dij bene ament, haud propterea te rogo, ut hoc proferam, ſed ut tacita mecum gaudeam.* Gaudere immortaliter. Cic. *Quod ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.* Gaudere ſibi. Cic. *Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor: à te amari, & quid agas, quidq; agatur, certior fieri uolo.*

Lætari. Cic. *Neq; mihi in omni uita res tam erit ulla propoſita, quàm ut quotidie uehementius te de*

me meritum

me meritum eſſe lætere. Lætor cum accuſatiuo. Idem. Vtrunq; lætor, et ſine dolore corporis te fuiße, et animo ualuiſſe. Lætari cũ ablatiuo. Ci. Lætor uirtute, et officio tuorum neceſſariorũ. Lætari in re aliqua. Cic. Deinde ea libidinũ turpitudo, ut in hoc ſit ſemper lætatus, quod ea faceret, quæ ſibi obijci ne ab inimico quidem poſſent uerecundo.

Lætificare. Cic. Quarum interuallo tum quaſi triſtitia quædam contrahit terram, tum uicißim, lætificat.

Exultare eſt cum inſolentiori, animi et corporis interdũ impetu, impotentiaq; geſtire, interdũ etiã ſæuire, uel ſuperbire ſignificat. Cic. Græci uero exultant. quod peregrinis iudicibus, ut ſuis utuntur. Exultantius. Pli. Cõfido in hoc genere materiæ lætioris ſtyli conſtare rationem, cum ea potius, quæ preßius, & aſtrictius, quàm illa, quæ hilarius, et quaſi exultantius ſcripſi, poßint uideri accerſita, & inducta.

Triumphare. Cic. Meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo.

Geſtire. Cic. Nihil eſt præterea, cur aduenientibus te offerre geſtias. Idem, Geſtio ſcire omnia.

Adhinnire eſt cũ impotẽti cupiditate geſtire, uel illud immoderato geſtu accerſere. Cic. Itaq; admiſſarius iſte, ſimul atq; audiuit à philoſopho uoluptatẽ

tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt, ſic ſuos ſenſus uoluptuarios omnes incitauit, ſic ad illius hanc orationem adhinniuit.

Hilaris, *uel alacris, hilaritas uel alacritas. Cic. Apparatus enim ſpectatio tollebat omnem hilaritatem. Terent. Quid tu es triſtis, quid ue alacris?*

Gratulari, *uel congratulari cũ ſolo datiuo. Cic. Sed tibi & gratulor, &, ut ſempiternæ laudi ſit tibi iſte tribunatus, exopto. Gratulari ſibi. Cic. Mihi deniq; homines præcipuè congratulabantur. Idem. Itaq; hoc mihi gratulor. Gratulari cũ datiuo et accuſatiuo. Cic. Appellat hominẽ, et ei uoce maxima uictoriã gratulatur. Gratulari cũ ablatiuo. Cic. Gratulor tibi affinitate, uiri mediusfidius optimi, nam hoc ego de illo exiſtimo. Gratulari de. Cic. Quod autem mihi de eo, quod egerim gratularis, te ita uelle certo ſcio. Gratulari pro. Cic. Sed tamen et feciantè, et facio nũc, tibiq; cũ pro rerũ magnitudine quas geſſiſti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de patria decedentem ſumma laus, & ſumma gratia prouinciæ proſecuta eſt. Gratulari, pro gratias agere: Liuius. Triumphantes in Capitolium aſcendebant, Ioui. Opt. Max, cæteriſq; dijs gratulaturi.*

Gratulatio. *Cic. Præſertim cum tanta res eſſet tantæ gratulationes de te. Gratulationem facere, decernere,*

decernere, ſignificare, habere, efferueſcere. Cic. Tibi *igitur cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum efferueſcit hæc gratulatio. Gratulatione florere. Cic. Cumq́; itinere toto urbes. Italiæ feſtos dies agerent aduentus mei, uiæ multitudine legatorum undiq; miſſorum celebrarentur, ad urbem acceſſus incredibili hominum gratulatione florebat.*

Gratificari *cum ſolo datiuo. Cic. Gratiam autē noſtrā extinguit hominū ſuſpicio, quod Pompeio ſe gratificari putāt. Gratificari cū datiuo et accuſatiuo. Idē. Cur enim tibi hoc gratificarer, neſcio: præſertim cū his temporibus audacia pro prudentia liceat uti. Gratificari cū ſolo accuſatiuo. Sall. Animo indulgens nō aſſentando, neq; concupita præbendo, peruerſam gratiam gratificans, ſed in labore patientia, boniſq́; præceptis, & factis fortibus ſeſe exercitando,*

Gratū. *Cic. Id mihi pergratum, perq́; iucundū erit. Idē. Tā mihi erit gratū, quàm quod gratiſſimū. Gratum in uulgus. Cic. Quod egregiè non modo his, qui utuntur opera, ſed etiam in uulgus gratum eſſe ſentimus. Gratum facere. Cic. In Q. Ligario conſeruando multis tu quidem gratū facies neceſſarijs tuis. Ingratum. Cic. Non enim mihi ingrata ſunt, quæ feciſti: ſed quæ ſcripſiſti, moleſta.*

Iucundum. *Cic. Tamen non tam mihi moleſtū*

fuit accuſari abs te officium meum, quàm iucundũ requiri. Iucundum accidere, pro eſſe. Cic. *Nam mihi omnia, quæ iucunda ex humanitate alterius, & moribus accidere poſſunt, ex illo accidebant.*

Amabile *pro grato*. Planc. *Si de filij tui dignitate eſſet actũ, amabilius certe nihil facere potuiſſes.*

Lætum. *paßiuè hic ponitur, ex quo lætitiã capimus*. Cic. *Omnia erant facta hoc triduò lætiora.*

Hilare. Cic. *Sed tamen omnia mihi erunt, ſi tu ueneris, hilariora.*

Suaue. *Cælius. Sed hoc uſq; eò ſuaue, quod ſi acciderit tota uita riſus nobis deeſſe non poterit.*

RES *pro negotio, uel pro rerum ſtatu*. Cic. *De cæteris rebus quicquid erit actum, ſcribam ad te diligenter*. Res integræ. Cic. *Mea ratio alia fuit, quòd neq; deſipiente populo, re integra, &c*. Rem eſſe in integro. Idem. *De centurionibus tamen, & de tribus militarium contubernalibus res eſt in integro*. Rem eſſe loco, *id eſt ſtatu*. Cic. *Noſtræ res meliori loco eſſe uidebantur*. Rem in locum adducere, *uel deducere, id eſt, ſtatum*. Idem. *In eum autem locum rem adductam intelligit, ut utriq; ſalui eſſe non poßint*. Rem adducere in diſcrimẽ, *id eſt, in eum ſtatum, qui huc uel illuc inclinaturus ſit*. Cic. *Videtur enim mihi res in propinquũ adducta diſcrimẽ*. Rem habere ſe. Cic. *Ea res ſic ſe habet*. Res magna, luculenta, opero-

ſa.Cic.Res operoſa eſt,& hominis perdiligentis.Res plurimi ocij id eſt,in qua explicanda multo otio opus eſt. Cic. Rem enim grauem complexus ſum & magnam,& plurimi otij,quo ego maxime egeo. Rerum natura,curſus,ſtatus,tumor Cic. Ne deſerere uiderer hūc rerū tumorē,cui rectè ſi poſſem mederi,odiſſe nō deberē. Rerū grauitas,aſperitas,uarietas,perturbatio, uel confuſio. Cic. Nihil habeo tanta rerum perturbatione,quod ſcribam. Rerum turba. Cic Exponerem etiam quēadmodū hic, & quanta in turba, quantaq; in confuſione rerū uiueremus. Rem in motu eſſe. Cic. Magna res in motu eſt,propterea quod aut hominū,aut legū interitus oſtēditur. Res perturbatæ, cōuerſæ,turbulentæ,dubiæ,incōmodæ,aduerſæ, deteriores,calamitoſæ,periculoſæ,deſperatæ, contractæ, perditæ, euerſæ. Cic. Nūc uerò euerſis rebus omnib. cū conſilio profici nihil poßit,una ratio uidetur, quicquid euenerit, ferre moderatè. Rerum interitus. Cic. Nam etſi quocūq; in loco quiſquis eſt, idem eſt ei ſenſus, & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & ſuarum,&c. Saluæ res,bonæ,uel optimæ, id eſt, ſecundæ. Cic Vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. Res ſecundæ,amplißimæ. Idem. Te omnibus ſecūdißimis rebus dignißimum iudico. Res familiaris. Cic. Homo in re familiari non parum diligens. Rem

ſamiliarem amplificare. Cic. *Nec uero rei ſamiliaris amplificatio, nemini nocens, eſt uituperanda.* Rem *ſamiliarem diminui, uel re ſamiliari comminui* Cic. *Nos animo duntaxat uigemus, etiam magis, quàm cum florebamus, re ſamiliari comminuti ſumus.* Rei *ſamiliaris naufragia.* Cic. *Nam neq; de monimentis meis ab ijs adiutus es, à quibus debuiſti: neq; de ui neſaria, qua cum fratre eram domo expulſus: neq; hercule in his ipſis rebus, quæ quanquàm erant mihi propter rei ſamiliaris naufragia neceſſariæ, &c.* Rem *ſamiliarem diſsipare, conficere, id eſt, profligare.* Cic. *Qui cum ſuam rem non minus ſtrenuè, quàm poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit.* De *re ſamiliari impertire.* Cic.. *Sæpe idoneis hominibus indigentibus, de re ſamiliari impertiendū, ſed diligenter atq; modoratè.* Res *ſine adiectiuo, pro re ſamiliari.* Fam. 13. Res *domeſticæ.* Cic. *Quæ ad me de tuis rebus domeſticis ſcribis, quæq; mihi commendas.* Res *militaris, pecuaria, frumentaria, pecuniaria.* Cic. *Maximus autem (niſi me fortè fallit) in repub. motus eſt inopia rei pecuniariæ.* Res *pro negotio cum uerbis, ut* Res *mouere.* Cic. *Itaq; magnæ mihi res iam moueri uidebantur.* Rem *gerere.* Cic. Rem *te ualde bene geßiſſe rumor erat.* Res *geſtæ.* Cic. *Tuæ res geſtæ, ita notæ ſunt,*

ut trans

ut trans montem Taurũ etiam de matrimonio ſit au-ditum. Rem agere. Cic. *Res ante idus acta ſic eſt, nam hæc* Idibus *mane ſcripſi. Alias res agere, eſt rei ſu-peruacaneæ operã dare, uel cùm aliquid nõ præſenti animo audimus.* Cic. *Ita furebat, ut mirare tam alias res agere populum, ut eſſet inſano inter diſertos lo-cus.* Rem *ad aliquem deferre, uel alicui committere.* Cic. *Omnem rem ad* Pompeium *deferri uolunt.* Rem *ſuſcipere, procurare, inclinari, conficere, differre, reijcere, refrigere, abijcere, facere, naſci, adoleſcere, id eſt, augeri.* Sall. *Sed res* Perſarum *breui adoleuit.* Rebus *adhibere cautionem.* Cic. *Priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorũ, iniquitatem malorum, odium in me improborum, adhibeam quandam cau-tionem, & diligentiam.* In *rem præſentem uenire.* Rem *ire, pro expediri.* Cic. *Incipit res melius ire, quàm putaram.* Res *pro facultatibus, uel utilitate.* Plaut. *Qui item, ut nos, in iureiurando malo quæ-runt rem.* In *rem ſuam conuertere.* Cic. *Et qui alijs nocent, ut in alios liberales ſint, in eadem ſunt iniu-ſticia, ut ſi in ſuam rem aliena conuertant. Satagere rerum ſuarum.* Terent. *Nam hic Clinia, & ſi is ſua-rum rerũ ſatagit, attamen habet benè, ac pudice edu-ctam, ignaram artis meretriciæ.* In *rem eſſe.* Idem. *Si in rem eſt utriq; ut fiant, accerſi, iube.* Ex *re.* Cic.

Summa erat hæc, ſtatues ut ex fide, fama, req́; mea tũ debitur. Res pro cõ:entione, *uel certamine.* Cic. *Cum huiuſmodi portento res mihi fuit.* Rem habere cũ ali quo, *id eſt, amorem.* Terent. *Poſtquàm ſenſit me tecum quoq; rem habere, fingit cauſas, ne det, ſedulò.* Ita res habet, *uel res ipſa indicat.* Idem *Quid iſti cre dam? res ipſa indicat.* Res pro imperio. Cic. *Quod ij, qui potiuntur rerũ, præſtaturi uidentur.* Res pro experientia. Teren. *Nunquã ita quiſquàm bene ſubducta ratione ad uitam fuit, quin res, ætas, uſus, ſemper aliquid apportet noui.* Res pro patrimonio. Idẽ. *Tu illos duos pro re tollebas tua* Res pro pecunia. Plaut. *Amicos res inuenit.* Rem diuinã facere. Cæſ. *Poſtero die diuina re facta, &c.* Pro re nata, *uel è re nata.* Terent. *E re nata melius fieri haud potuit, quàm factum eſt.*

Reſpublica. Cic. *Nos hic in repub. infirma, miſera, commutabilió; uerſamur,* Reipublicæ forma. Cic. *Si eſſet aliqua forma reipublicæ.* Reipub. ſtatus: *aut hoc, aut aliquo reipublicæ ſtatu.* Reipublicæ ſumma. Idẽ. *Multa dixi de ſumma* Reipublicæ. Rempublicam ſerere, *pro conſtituere.* Cic. *Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarũ aſpiciet baccã ipſe nunquàm: uir magnus leges, inſtituta, rempublicam conſeret.* Rempublicam ædificare, *conſtituere.* Cic. Hanc enim

ob cauſam

ob cauſam maxime ut ſua tuerentur, respublicæ ciui-tatesq; conſtitutæ ſunt. Rempublicam cõſtituere pro ſtabilire, uel confirmare. Cic Cùm cæterarum rerum cauſa, cupio eſſe aliquando Rempub. cõſtitutam, tum uelim mihi credas, accedere id etiam, quò magis expe tam promiſſum tuum, quo in literis tuis uteris. Rempublicam amplificare, ſtabilire, capeſſere. Cic. Mihi ſtudium fuit adoleſcentulo Rempub. capeſſere, atq; in ea cognoſcẽda multam magnamq; curam adhibui. Rempub. capeſſere, pro adminiſtrare. Cic. Capeſſentibus autem Rempub. nihil minus quàm philoſophis, haud ſcio an magis etiam & magnificentia, & deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum. Rempublicam capeſſere, pro defendere. Ci. Quare capeſſe per deos remp. & omnia aſpera, ut ſoles, peruade. Rempublicã accipere, attingere, gerere, tractare, adminiſtrare, gubernare, regere, temperare, ſuſtinere, tenere, pro gubernare. Cic. Quod non multò ſecus fieret, ſi is remp. teneret, quẽ ſecuti ſumus. In rempublicam incumbere. Cic. Vt in rempublicam omni cogitatione incũberes. A repub. deficere. Cic. Lepidus tuus affinis, meus familiaris. Prid. Calend Quintil. ſententijs omnibus hoſtis à ſenatu iudicatus eſt, cæteriq; qui unà cum illo à republica defecerunt, quibus tamen ad ſanitatem redeundi ante Calend. Sex. poteſtas facta eſt.

Rempub.

Rempub.tenere, pro occupare. Cic. *Ego ſi ab impro bis & perditis ciuibus rempub.ten eri uiderem,&c.* Rempublicam *oppugnare,capere,pro occupare,per turbare,uiolare. conuellere, opprimere,profligare. uaſtare,delere,obruere,inclinari.* Sall. *Vbi paulũ inclinata.reſp.agitari cœpit.* Rempub.*præcipitare, ca dere,uel occidere,interire,excitare.* Cic. *Qui cũ ſena tu,cũ bonis omnibus rẽpubl.afflictam excitarint,& latrocinio domeſtico liberarint.* Reipub.*interitus.* Ci. *De tuis rebus nihil eſſe,quod timeas,præter uniuerſæ reipub.interitũ,tibi cõfirmo.* Rempub. *erigere, cõ tinere, ſaluare.* Cic. *Nihil opus eſſe armis,nihil contentione, me poſſe iterũ rempublicam ſaluare,ſi ceſſiſſem:infinitam cædem fore,ſi reſtitiſſem.* Reipublicæ *ſtatus.* Cic. *Seq́; ad ſalutem reipublicæ defendendam contulerunt.* Rempublicam *reuireſcere,exurgere.* Cic. *Tamen autoritate ueſtra reſpub.exurget,& in aliquo ſtatu tolerabili conſiſtet.*

Senatus, *Et locum,in quo ipſi ſenatores cõueniũt,& ſenatores ipſos ſignificat.* Cic. *Ne antè in ſena tum accederẽ,quàm rem cõfeciſſẽ.* Senatũ *uocare, cõ uocare,cogere.* Cic. *Recordare cætera,quàm citò Se natum illo die facta ſortione coẽgerim.* Senatũ *frequẽ tem efficere, pro cogere.* Cælius. *Marcellus idem illud de prouincijs urget,ſed neq; adhuc ſenatũ frequentẽ,*

efficere

efficere potuit. Senatum dare, habere pro cogi. Cic. Cum per eos dies ſenatus de annona haberetur. Senatum eſſe, pro conuocari. Cic. *Eo die ſenatus erat futurus. Senatum cooptare, id eſt, ſenatorem conſtituere.* Cic. *Cum haberent inter ſe controuerſias de ſenatu cooptando, leges à Senatu noſtro petiuerunt.* In *ſenatum legere, id eſt, ſenatorem facere.* Cic. *Hoc autem tempore cum Cæſar in ſenatum legit.* In *ſenatum uenire, pro ſenatorem fieri.* Cic. *Vſq; ad illam ætatem in ſenatum uenire non potuit.* Mouere *ſenatu, id eſt, expellere ordine ſenatorio.* Plin. *Lucium* Flaminium *conſularem ſenatu mouit.* Ex *ſenatu reijcere.* Cic. *Atqui* C. *Attinius patrum memoria* Q. *Metelli, qui eum ex ſenatu cenſor reiecerat, &c. Senatũ dimittere, uel mittere.* Cic. *Senatu dimiſſo domum reductus eſt ad ueſperam à* P. C. *Senatũ diſcedere.* Cic. *Tum in ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe credo meas literas. Senatũ extinguere, eſt ſenatus autoritatẽ et dignitatem deprimere, uel ſenatus autoritatẽ tollere.* Cic. Extincto *enim ſenatu, deletisq; iudicijs quid eſt, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere poſſimus?* Mittere, *uel dimittere in concilium, eſt iudices in conciliũ ad ſententiam dicendam mittere.* Aſcon. Quod *etiam utraq; parte oratione conſumpta, ut in conciliũ dimitterentur, prætorẽ ſolere pronuntiare dixerunt,*

ſicq;

ſicq; iudices in concilium ibant. Concilium dimittere, eſt ſententijs dictis, aut ampliato reo, aut non liquere, pronũtiato à iudicibus, conciliũ miſſum facere. Aſco. Quo tumultu Cornelius perturbatus cõciliũ dimiſit.

Magiſtratus. Cic. Nouis magiſtratibus autem, ſi Parthicũ bellum erit, hæc cauſa primos menſes occupabit. Magiſtratum petere, creare, ordinare, cõſtituere, facere. Cic. C. enim Marius, cum in Capadotia eſſet, lege Domitia factus eſt augur. Magiſtratum legere ſuffragijs. Cæſ. His autem omnibus Druidibus præeſt unus, qui ſummam inter eos habet autoritatẽ, hoc mortuo, ſi quis ex reliquis excellit dignitate, ſuccedit, at ſi ſunt plures pares, ſuffragio Druidum adlegitur. Magiſtratum mandare, dare, adipiſci, aſſequi, deſignare, declarare, renuntiare, accipere, inire. Cic. P. Sulpitius iudex triſtis, & integer magiſtratũ ineat neceſſe eſt. In magiſtratum uenire. Lentul. Nam quòd huc properent in magiſtratum uenire, aut exercitum mittere, cauſam non habent. Magiſtratum ingredi, gerere, peragere, infringere, abrogare, deponere. Cic. Qui collegæ magiſtratum per ſeditionem abrogauit. Eſſe in magiſtratu. Tit. Liu. Fortè eo anno in ſummo magiſtratu erat Mnaſitheus quidã. Magiſtratum abdicare. Sall. Senatus decreuit, uti abdicato magiſtratu, Lentulus, itemq; cæteri in liberis cuſtodijs haberentur

haberentur. Abdicare ſe magiſtratu. Cic. *Eo die non modo conſulatu,ſed etiam libertate ſe abdicauit.* Abire magiſtratu Cic. *Atq; abeuntem magiſtratu cõtionis habendæ poteſtate priuauit.* Magiſtratum imminuere,eſt derogare iuribus, & prærogatiuis officij Cic. *Cur imminuiſti ius legationis.*

Honor,*uel honores,pro magiſtratibus,& officijs publicis.* Inde dicimus *honorum curſus.* Cic. *Tuorum autem honorũ curſus cui ſuſpectus unquàm fuit?* Honorum gradus.Idem. *Etenim honorũ gradus ſummis hominibus,& infimis ſunt pares, gloriæ diſpares.* Honorem affectare.Sall. *Quæ res Mariũ pro honore,quẽ affectabat, cõtra Metellũ uehementer accenderat.* Honores petere. Cic. *Habet honorẽ quẽ petimus,habet ſpem,quam propoſitam nobis habemus.* Ad honores aſcendere, obrepere. Cic. *Obrepſiſti ad honores,errore hominum, cõmendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil,præter colorem.* Honores aſſequi,deferre,mandare, adminiſtrare. Cic. *Incredibili ſum lætitia affectus,cũ id mihi nuntiatũ eſt:eumq; honorẽ tibi deos fortunare uolo,à teq; ex tua,maiorũq; tuorũ dignitate adminiſtrari.* Ad honorẽ euocare. Cæſ. *Sũma imperij traditur Camulageno Aulerco,qui propè cõfectus ætate tamẽ propter ſcientiã ſingularẽ rei militaris ad eũ eſt honorẽ euocatus.*

Honoribus

Honoribus fungi, uti. Sall. Catulus ex petitione pontificatus odio incenſus, quòd extrema ætate maximis honoribus uſus ab adoleſcente Cæſare uictus diſceſſerit. Honore florere. Cic. Vtinam tam facilè eum florentem, & honoribus & gratia, regere, ac tenere poſſimus, quàm facilè adhuc tenuimus. Honores miſſos facere. Cic. Nam ſi qui uoluptatibus ducantur, & ſe uitiorum illecebris, & cupiditatum lenocinijs dediderunt, miſſos faciant honores, nec attingant rempublicam: patiantur uiros laborum patientes frui.

Petere, uel petitio. Abſolutè. Cic. De his, qui nunc petunt, Cæſar certus eſſe dicitur.

Competitor. Cic. Hoc tempore Catilinam competitorem noſtrum defendere cogitamus. Petitio. Cic. Petitionis noſtræ, quã tibi ſummæ curæ eſſe ſciõ, huiuſmodi ratio eſt. Petitioni ſe dare. Cic. Iam ante hanc commutationem reip. petitioni ſe dedit. Petitionem adornare, oppugnare. Cic. Cum quidem ego eius petitionem grauiſsimis in ſenatu ſententijs oppugnaſſẽ, neq; tam illius lædẽdi cauſa, quàm defendendi.

Ambitus in petitione uerſatur, cum candidati immodicis ſtudijs ad honores contendunt. Ambitio etiam dicitur, quæ duplex eſt. Vna lege uetita, unde leges de ambitu latæ, cum tributim pecuniæ diuiſorum & ſequeſtrium miniſterio diſtribuerentur. Altera

non

non uetita, quæ ſine largitione fiebat. Cic. *Sed is ambitus extare uidetur, ut ego omnia pertimeſcam, totãq́; petitionem Lamiæ mihi ſuſtinendam putem.. Sequeſtres erant interpretes ambitus, & corrumpendarũ tribuum conductores, id eſt, qui in petitione alicuius magiſtratus rem perficiendam ſuſcipiebant, & inde lucrum faciebant, ut ſcilicet acceptis nummis, eos, qui ſuffragia laturi erant, ſolicitarent, deducerentq́; in quam uellent partem, atq; uel id gratia uel autoritate, uel ſpe precij, aut oblato munere.* Cic. *Qui aut ſequeſtres, aut interpretes corrũpendi iudicij ſolẽt eſſe.*

Comitia. *Comitium locũ ſignificat, quo conueniebat populus ad comitia.* Cic. *Forum comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus, ac ſeruis pleris q́; occupauiſſent, impetum faciunt in* Fabricium. *Comitia uerò erant populi conuentus ad creandos magiſtratus, & publica officia, uel ad promulgandas leges* Cic. *Venio ad comitia ſiue magiſtratuum, ſiue legum. Comitia edicere.* Cic. *Nam comitia ſine mora futura uidentur: edicta ſunt ad* XI. *Cal. Feb. Comitia differre, uel detrudere, habere, gerere, id eſt, habere.* Cic. *Nihil omnino actũ eſſe de nobis, præter quàm quòd comitia illa eſſet armis geſta ciuilibus. Comitia obire.* Cic. *Nunc uerò ſentio, quòd commodo tuo facere poteris, uenias ad id tempus quod ſcribis, obieris*

Q. fratris comitia. Vnde comitiales dies, qui comitijs habendis dicati erant, in quibus cum populo agi licebat, & quibus Po. Ro conuenire ſolebat ad ſuffragia ferenda Cic. Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat. Comitialis etiam dicitur morbus, à comitijs, quòd comitia uitiare diceretur. Interrumpi enim comitia ſolebant, quo die aliquis ex illo morbo concidiſſet. Cato. Quòd comitia prohibere ſolet, nec id quidem mihi uitium fuit.

Suffragia uoces erant, quæ ferebantur in magiſtratibus eligendis, deſcribebantur etiam in tabulis. Cic. Etenim ſi populo grata tabella, quæ frontes operit hominũ, mentes tegit, datq; libertatem, &c. Igitur duplicia ſuffragia ſunt Vocalia & tabellaria. Suffragia eblãdita, uel enucleata differũt, quòd alterũ ſummo iure, & æquitate. ſ. pro perſonæ uirtute, & dignitate fertur. Alterũ uel gratia, uel munera eblandimur. Cic. In quo primum illud debes putare, comitijs præſertim ædilitijs ſtudiũ eſſe populi, non iudiciũ: eblandita illa, nõ enucleata eſſe ſuffragia, eos, qui ſuffragia ferant. Idem. Suffragia largitione deuincta, id eſt, donis corrupta. Suffragijs rem permittere. Cæſ. Eódem cõueniunt undiq; frequentes multitudines: ſuffragijs res permittitur. Suffragia inire, eſt ſuffragiũ ferre. Cic. Quis eſt, qui, cùm contra me ferebatur, iniſſe ſe ſuffragium cõfiteatur? Suffragia ferre. Cic.

Ego te ſuffragiũ tuliſſe in illa lege, primũ nõ credidi.

Suffragatio *eſt ipſa uoluntatum, & animorum declaratio, qua propitia de aliquo ſuffragia ferimus.* Planc. *Nihil ad meam dignitatem accedere uolo ſuffragatione ueſtra.*

Repulſa *dicitur, cum aliquis in petendis magiſtratibus, & honoribus, quod ambit non obtinet, neq; magiſtratum aſſequitur.* Cic. *Nam Mamerco homini ditiſſimo prætermiſſio ædilitatis conſulatus repulſam attulit, id eſt, ne Conſul fieret, in cauſa fuit. Repulſam ferre, id eſt, in ſuffragijs præteriri.* Cic. *Eſt enim annus, ut repulſam tulit.* Repulſam pati, accipere, referre. Cic. *Hic ſummi & clariſſimi uiri filius in domum multiplicatam repulſam non ſolum retulit, ſed ignominiam & calamitatem.*

Præteriri *in petitionibus dicebatur, cuius non habebatur ratio, aut qui repulſam in ſuffragijs ferebat.* Cic. *At fueris dignior, quàm Plancius, de quo ita tecum contendam paulò poſt, ut conſeruem dignitatẽ tuã; ſed ut fueris dignior, non competitor, à quo es uictus, ſed populus, à quo præteritus in culpa eſt.*

Habere *rationẽ.* Ci. *Sed quãuis liceat abſentis rationẽ haberi, tamen omnia ſunt præſentibus faciliora.*

Officium *pro publica muneris functione.* Cic. *In officio boni ciuis certè non ſum reprehendendus.*

dus. Officium eſſe. Plaut. Fuit officium meum, fateor, ut id facerem Officium ſuum facere. Terent. Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo. Officio, uel officium fungi. Terent. Functus adoleſcentuli eſt officium liberalis. Officium exequi. Sall. Strenui militis, & boni Imperatoris officia ſummè exequebatur. De officio decedere, eſt officij grauitatem & dignitatē prætermittere, uel, quod ab officij functione alienum ſit, facere. Cic. Quid faceres pro homine innocēte, & propinquo, cùm propter hominem perditiſſimum, atq; alieniſſimum de officio ac dignitate decedis? & committis, ut quod ille dictitat, alicui, qui te ignorat, uerū eſſe uideatur? Officiū pro honore. Liuius. Scipionem officij cauſa conuenerant.

Partes *pro officio & munere, quibus fungimur, non quas ſectamur. Cic. Sin erit bellum, ut uideo fore, partes meæ non deſiderabuntur. Partes depoſcere. Cic. Potiſſimum tibi partes iſtas depopoſciſſe. Partes imponere, uel dare.* Cic. *Partes mihi Cæſar has impoſuit, ne quē omnino diſcedere ex Italia paterer. Partes ſuſcipere, ſumere, obtinere, agere. Ci. Cum tibi propè neceſſe eſſet eas agere partes. Partes tranſactæ dicuntur, cum ſuſcepto negotio functi ſumus. Cic. Sed hoc tamen cecidit mihi peropportunè, quòd tranſactis iam meis partibus ad Antoniū audiēdū ueniſtis.*

Munus *pro officio. Cic. Quibus tu eius mune*

ris aliquam partem conceſſeris. Munus *officij* Cic. *An'ne eas quidẽ res ſenectuti relinquemus, ut adole-ſcentulos doceat, inſtituat, ad me officij munus inſtru-at? Senectutis autẽ nullus eſt certus terminus, recteq; in ea uiuitur, quoad munus officij exequi poßis, & tamen mortem cõtemnere.* Muneris *loco deferre, pro munus deferre, uel mandare* Cic. *Accenſus fit etiã eo munere, quo enim maiores noſtri eſſe uoluerunt, qui hoc non in beneficij loco, uel in laboris, ac muneris nõ temerè, niſi libertis ſuis deferebant: quibus illi quidẽ nõ multò ſecus, ac ſeruis imperabant.* Marcel. *Accen ſum genus fuiſſe militiæ ſcribit, ad miniſtrantibus pro ximũ, eo nomine accenſum appellatũ, quod ad neceſſa rias res ſæpius acciretur, ueluti accerſitus.* Feſt. *Ac-cenſi dicebantur, qui in locũ mortuorum militũ ſubro-gabantur, & ad cenſum adijciebantur.* Optio *eſt mi-les, qui ægros antecedit, tanquã eorũ uicẽ, ſi uſus uene rit, gerere ſit paratus, ut allecti erant, qui propter ino piam patrũ conſcriptorũ ex equeſtri ordine in ſena-tus numerũ aſſumebantur.* Pædian. *Accenſus eſt no-men ordinis promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, uel cõmentariẽſis, aut cornicularius.* Varr. *Accenſos miniſtratores fuiſſe magiſtratuũ ab acciẽdõ dictos, id eſt, uocando, quòd accenſus tanquam præco, iuſſu Cõſulis acciebat Quirites ad contionẽ.* Pli. li. 7. *Accẽſum noſtri uocãt adiũctũ.*

Munus ſuſcipere Cic. Si te intelligerẽ plus co natum eſſe ſuſcipere reip cauſa muneris, quàm quan tũ præſtare potuiſſes. Munus ſuſtinere, obire, tueri, pro obire. Plan. Quod reliquũ eſt, tuũ munus tuere. Munere fungi. Cic. Is magnificentiſsimo munere ædili tatis perfunctus petit præturã. Munus exequi, cõfice re, traducere, præſtare, defugere. Cic. Inuito Capuam cepi, non quòd munus illud defugerẽ. Muneri ſuccede re. Cic. Succedam ego uicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes, quas alienas eſſe arbitrabar. Reuocare ſe ad munus. Cic. Nunc ad reliqua propredíar, méque ad meum munus, penſumq́; reuocabo.

Munia, p officijs publicis. Ci. Omnia hæc ſunt offi cia neceſſariorũ, cõmoda tenuiorũ, munia cãdidatorũ.

Meum eſt, id eſt, meæ ſunt partes. Cic. Olim arbitrabar eſſe meum, liberè loqui. Tuum eſt Cic, Non eſt porrò tuũ, uno ſenſu oculorũ moueri. Meum, tuum ſuum, ueſtrum, noſtrum, in alia ſignificatione, ad bona referuntur, aut bonorum poſſeßionem uel ad ius, & poſſeßionem cuiuſcunq; rei. Cic. Nihil in re mea familiari eſt, quòd ego malim meum eſſe, quàm tuum Ad ſuum peruenire. Cic. Inueniri ratio. C. A qui li nõ poteſt, ut ad ſuũ quiſq; quàmprimũ ſine cuiuſquã dedecore infamiaq́; perueniat. Suum tenere Ci Amici regis duo tréſue perditites ſunt: ſed ij ſuũ tã diligẽter tenent, quàm ego, aut tu. Quando ad perſonas refe=

rutur. Cic. Neceſſe eſt ſim totus ueſter, et eſſe debeã.

Proprius. Cic. Id enim cuius eſt propriũ, quo quiſq; fruitur atq; utitur.

Nomen pro fama & æſtimatione. Inde dicimus, multũ nomẽ. Ci. Nam parthico bello nuntiato, locorũ quibuſdam anguſtijs, & natura montium fretus ad Amanum exercitum adduxi, ſatis probè ornatum auxilijs, & quadam autoritate apud eos, qui me norant, nominis noſtri: multum eſt enim in his locis. Nomen amplum, clarum, celebratum. Ci. Itaq; cùm eßem biennium uerſatus in cauſis, & iam in foro celebratũ meum nomẽ eſſet. Roma. ſum profectus. Nomine dignus. Ci. Ex ijs enim qui nomine et memoria digni ſunt nec nihil optimè, nec omnia præclarißimè quiſquàm dicere nobis uidebatur. Nominis gloria. Cic. Quorum interfectores implerunt orbem terrarum nominis ſui gloria. Nomẽ captare, ducere, adipiſci, cõſequi, habere, uagari pro celebrari. Cic. Sed niſi hæc urbs ſtabilita tuis conſilijs, & inſtitutis erit, uagabitur modo nomen tuũ longè, atq; latè: ſedem quidẽ ſtabilem, & domicilium certum non habebit. Profiteri nomen, uſurpare, interponere, augere, uigere, florere. Cic. Iure tum florebat Pop. Rom. nomen, iure autoritas huius imperij, ciuitatiſq; maieſtas grauis habebatur. Nomen inuictum. Cic. Cuius uſque ad noſtram

memoriam nomen inuictum in uaualibus pugnis per manſerat. Nomini officere. *Liuius. Et ſi in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit: nobilitate, ac magnitudine eorum, qui nomini officient meo, non conſoler.*

Fama *pro nominis celebritate, & exiſtimatio ne.* Cic. *Equidem ut ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam.* Famam expetere, *uel deſiderare.* Planc. *Vt præter famam bonorum nihil deſiderare uideantur.* Famam colligere, cõficere, pro parâre. Cic. *Catulus erat quidẽ ille minimè indoctus, ut à te paulò ante dictum eſt, ſed tamẽ ſuauitas uocis, & lenis appellatio literarum, bene loquendi famam confecerat.* Famam conſequi, ſubire, inurere, tueri. Cic. *Quoad potero famam & dignitatem tuebor.* Famæ ſeruire, conſulere. Cic. *Nec tu, ſi id feciſſes, melius famæ, melius pudicitiæ conſuluiſſes.* Famam hærere ad metas, *id eſt, deprimi.* Cic. *In hoc flexu quaſi ætatis, fama adoleſcentis paulùm hæſit ad metas notitia noua mulieris, et infelici uicinitate, & inſolentia uoluptatũ.* Famam lædere. Cic. *Itaq; diutius ſuſpitionibus obſcuris lædi famam ſuam noluit.* De fama detrahere. Cic. *Sin aliter, non recuſo, quin quantum de illo libro, tantundem de mei iudicij fama detrahatur.* Fama ſpoliare. Idem. *Ne aut ſpoliaret fama probatum hominem, ſi contrà iudicaſſet.* Famam

depeculari. Cic. Aliorum famam depeculans, aliorum caput oppugnans. Famam atterere. Cic. *Poſt ubi eorum famam, atq; pudorem attriuerat, maiora alia imperabat.* Famam abijcere Cic. *Effugere autem ſi uelim nonnullorum acutè aut facetè dictorum offenſionē, fama ingenij mihi eſt abijciēda.* Famæ parcere. Cic. *Qui ſi ſemper unà fuiſſet, tamen ſumma cura, tum tuæ, tum multo etiam magis ſuæ famæ peperciſſet, id eſt, conſuluiſſet.*

Exiſtimatio. Cic. *Tamen dum exiſtimatio eſt integra, facilè conſolatur honeſtas egeſtatem.* Elegans ad hominum exiſtimationem. Cic. *Quid enim facere potuit ad exiſtimationē hominum elegantius?* Exiſtimationem colligere. Idem. *Habet exiſtimationem, multo ſudore, labore, uigilijsq; collectam.* Ad exiſtimationem dimanare. Cic. *Meus hic forenſis labor, uitæq; ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paulò latius cōmendatione, ac iudicio meorum.* In exiſtimationem uenire. Cic. *Sin autem in anteacta uita aliquæ turpitudines erunt, aut falſò ueniſſe in eam exiſtimationē dicentur, &c.* Exiſtimationē accipere, id eſt, in exiſtimationē uenire. Cic. *Nunc cū tam æquo animo bona perdas, nō eo ſis cōſilio, ut, cùm me hoſpitio recipias, exiſtimationē te aliquā putes accipere, etiam hæc leuior eſt plaga ab amico, q̃ à debitore.*

Summa erat hæc, ſtatues ut ex fide, fama, req́; mea tū debitur. Res pro cōtentione, uel certamine. Cic. *Cum huiuſmodi portento res mihi fuit.* Rem habere cū aliquo, id eſt, amorem. Terent. *Poſtquàm ſenſit me tecum quoq; rem habere, fingit cauſas, ne det, ſedulò.* Ita res habet, uel res ipſa indicat. Idem *Quid iſti credam? res ipſa indicat.* Res pro imperio. Cic. *Quod ij, qui potiuntur rerū, præſtaturi uidentur.* Res pro experientia. Teren. *Nunquā ita quiſquàm bene ſubducta ratione ad uitam fuit, quin res, ætas, uſus, ſemper aliquid apportet noui.* Res pro patrimonio Idē. *Tu illos duos pro re tollebas tua.* Res pro pecunia. Plaut. *Amicos res inuenit.* Rem diuinā facere. Cæſ. *Poſtero die diuina re facta, &c.* Pro re nata, uel è re nata. Terent. *E re nata melius fieri haud potuit, quàm factum eſt.*

Reſpublica. Cic. *Nos hic in repub. infirma, miſera, commutabiliq́; uerſamur,* Reipublicæ forma. Cic. *Si eſſet aliqua forma reipublicæ.* Reipub. ſtatus: *aut hoc, aut aliquo reipublicæ ſtatu.* Reipublicæ ſumma. Idē. *Multa dixi de ſumma Reipublicæ.* Rempublicam ſerere, pro conſtituere. Cic. *Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarū aſpiciet baccā ipſe nunquàm: uir magnus leges, inſtituta, rempublicam conſeret.* Rempublicam ædificare, conſtituere. Cic. *Hanc enim*

ob cauſam

ob cauſam maxime ut ſua tuerentur, reſpublicæ ciuitatesq; conſtitutæ ſunt. Rempublicam cōſtituere pro ſtabilire, uel confirmare. Cic Cùm cæterarum rerum cauſa, cupio eſſe aliquando Rempub. cōſtitutam, tum uelim mihi credas, accedere id etiam, quò magis expetam promiſſum tuum, quo in literis tuis uteris. Rempublicam amplificare, ſtabilire, capeſſere. Cic. Mihi ſtudium fuit adoleſcentulo Rempub. capeſſere, atq; in ea cognoſcēda multam magnamq; curam adhibui. Rempub. capeſſere, pro adminiſtrare. Cic. Capeſſentibus autem Rempub. nihil minus quàm philoſophis, haud ſcio an magis etiam & magnificentia, & deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum. Rempublicam capeſſere, pro defendere. Ci. Quare capeſſe per deos remp. & omnia aſpera, ut ſoles, peruade. Rempublicā accipere, attingere, gerere, tractare, adminiſtrare, gubernare, regere, temperare, ſuſtinere, tenere, pro gubernare. Cic. Quod non multò ſecus fieret, ſi is remp. teneret, quē ſecuti ſumus. In rempublicam incumbere. Cic. Vt in rempublicam omni cogitatione incūberes. A repub. deficere. Cic. Lepidus tuus affinis, meus familiaris. Prid. Calend Quintil. ſententijs omnibus hoſtis à ſenatu iudicatus eſt, cæteriq; qui unà cum illo à republica defecerunt, quibus tamen ad ſanitatem redeundi ante Calend. Sex. poteſtas facta eſt.

Rempub.

Rempub.tenere, *pro occupare.* Cic. *Ego ſi ab improbis & perditis ciuibus rempub.teneri uiderem,&c.* Rempublicam *oppugnare, capere, pro occupare, perturbare, uiolare. conuellere, opprimere, profligare. uaſtare, delere, obruere, inclinari.* Sall. *Vbi paulũ inclinata.reſp. agitari cœpit.* Rempub. *præcipitare, cadere, uel occidere, interire, excitare.* Cic. *Qui cũ ſenatu, cũ bonis omnibus rẽpubl. afflictam excitarint, & latrocinio domeſtico liberarint.* Reipub. *interitus.* Ci. *De tuis rebus nihil eſſe, quod timeas, præter uniuerſæ reipub. interitũ, tibi cõfirmo.* Rempub. *erigere, cõtinere, ſaluare.* Cic. *Nihil opus eſſe armis, nihil contentione, me poſſe iterũ rempublicam ſaluare, ſi ceſſiſſem: infinitam cædem fore, ſi reſtitiſſem.* Reipublicæ *ſtatus.* Cic. *Seq́; ad ſalutem reipublicæ defendendam contulerunt.* Rempublicam *reuireſcere, exurgere.* Cic. *Tamen autoritate ueſtra reſpub. exurget, & in aliquo ſtatu tolerabili conſiſtet.*

Senatus, *Et locum, in quo ipſi ſenatores cõueniũt, & ſenatores ipſos ſignificat.* Cic. *Ne antè in ſenatum accederẽ, quàm rem cõfeciſſẽ.* Senatũ *uocare, cõuocare, cogere.* Cic. *Recordare cætera, quàm citò Senatum illo die facta ſortione coẽgerim.* Senatũ *frequẽtem efficere, pro cogere.* Cælius. *Marcellus idem illud de prouincijs urget, ſed neq; adhuc ſenatũ frequentẽ,*

efficere

efficere potuit. Senatum dare, habere pro cogi. Cic. Cum per eos dies ſenatus de annona haberetur. Senatum eſſe, pro conuocari. Cic. Eo die ſenatus erat futurus. Senatum cooptare, id eſt, ſenatorem conſtituere. Cic. Cum haberent inter ſe controuerſias de ſenatu cooptando, leges à Senatu noſtro petiuerunt. In ſenatum legere, id eſt, ſenatorem facere. Cic. Hoc autem tempore cum Cæſar in ſenatum legit. In ſenatum uenire, pro ſenatorem fieri. Cic. Vſq; ad illam ætatem in ſenatum uenire non potuit. Mouere ſenatu, id eſt, expellere ordine ſenatorio. Plin. Lucium Flaminium conſularem ſenatu mouit. Ex ſenatu reijcere. Cic. Atqui C. Attinius patrum memoria Q. Metelli, qui eum ex ſenatu cenſor reiecerat, &c. Senatũ dimittere, uel mittere. Cic. Senatu dimiſſo domum reductus eſt ad ueſperam à P. C. Senatũ diſcedere. Cic. Tum in ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe credo meas literas. Senatũ extinguere, eſt ſenatus autoritatẽ et dignitatem deprimere, uel ſenatus autoritatẽ tollere. Cic. Extincto enim ſenatu, deletisq; iudicijs quid eſt, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere poſsimus? Mittere, uel dimittere in concilium, eſt iudices in conciliũ ad ſententiam dicendam mittere. Aſcon. Quod etiam utraq; parte oratione conſumpta, ut in conciliũ dimitterentur, prætorẽ ſolere pronuntiare dixerunt,

ſicq;

ſicq; iudices in concilium ibant. Concilium dimittere, eſt ſententijs dictis, aut ampliato reo, aut non liquere, pronũtiato à iudicibus, conciliũ miſſum facere. Aſco. Quo tumultu Cornelius perturbatus cõciliũ dimiſit.

Magiſtratus. Cic. Nouis magiſtratibus autem, ſi Parthicũ bellum erit, hæc cauſa primos menſes occupabit. Magiſtratum petere, creare, ordinare, cõſtituere, facere. Cic. C. enim Marius, cum in Capadotia eſſet, lege Domitia factus eſt augur. Magiſtratum legere ſuffragijs. Cæſ. His autem omnibus Druidibus præeſt unus, qui ſummam inter eos habet autoritatẽ, hoc mortuo, ſi quis ex reliquis excellit dignitate, ſuccedit, at ſi ſunt plures pares, ſuffragio Druidum adlegitur. Magiſtratum mandare, dare, adipiſci, aſſequi, deſignare, declarare, renuntiare, accipere, inire. Cic. P. Sulpitius iudex triſtis, & integer magiſtratũ ineat neceſſe eſt . . In magiſtratum uenire. Lentul. Nam quòd huc properent in magiſtratum uenire, aut exercitum mittere, cauſam non habent. Magiſtratum ingredi, gerere, peragere, , infringere, abrogare, deponere. Cic. Qui collegæ magiſtratum per ſeditionem abrogauit. Eſſe in magiſtratu. Tit. Liu. Fortè eo anno in ſummo magiſtratu erat Mnaſitheus quidã. Magiſtratum abdicare. Sall. Senatus decreuit, uti abdicato magiſtratu, Lentulus, itemq; cæteri in liberis cuſtodijs haberentur

haberentur. Abdicare ſe magiſtratu. Cic. Eo die non modo conſulatu,ſed etiam libertate ſe abdicauit. Abire magiſtratu Cic. Atq; abeuntem magiſtratu cõtionis habendæ poteſtate priuauit. Magiſtratum imminuere,eſt derogare iuribus, & prærogatiuis officij Cic. Cur imminuiſti ius legationis.

Honor,*uel honores,pro magiſtratibus,& officijs publicis. Inde dicimus honorum curſus.* Cic. *Tuorum autem honorũ curſus cui ſuſpectus unquàm fuit?* Honorum gradus. Idem. *Etenim honorũ gradus ſummis hominibus,& infimis ſunt pares, gloriæ diſpares.* Honorem affectare. Sall. *Quæ res Mariũ pro honore,quẽ affectabat, cõtra Metellũ uehementer accenderat.* Honores petere. Cic. *Habet honorẽ quẽ petimus,habet ſpem,quam propoſitam nobis habemus.* Ad honores aſcendere, obrepere. Cic. *Obrepſiſti ad honores,errore hominum, cõmendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil,præter colorem.* Honores aſſequi,deferre,mandare, adminiſtrare. Cic. *Incredibili ſum lætitia affectus,cũ id mihi nuntiatũ eſt:cumq; honorẽ tibi deos fortunare uolo,à teq; ex tua,maiorũq; tuorũ dignitate adminiſtrari.* Ad honorẽ euocare. Cæſ. *Sũma imperij traditur Camulogeno Aulerco,qui propè cõfectus ætate tamẽ propter ſcientiã ſingularẽ rei militaris ad eũ eſt honorẽ euocatus.*

Honoribus

Honoribus fungi, uti. Sall. Catulus ex petitione pontificatus odio incenſus, quòd extrema ætate maximis honoribus uſus ab adoleſcente Cæſare uictus diſceſſerit. Honore florere. Cic. Vtinam tam facilè eum florentem, & honoribus & gratia, regere, ac tenere poſſimus, quàm facilè adhuc tenuimus. Honores miſſos facere. Cic. Nam ſi qui uoluptatibus ducantur, & ſe uitiorum illecebris, & cupiditatum lenocinijs dedide runt, miſſos faciant honores, nec attingant rempublicam: patiantur uiros laborum patientes frui.

Petere, uel petitio. Abſolutè. Cic. De his, qui nunc petunt, Cæſar certus eſſe dicitur.

Competitor. Cic. Hoc tempore Catilinam competitorem noſtrum defendere cogitamus. Petitio. Cic. Petitionis noſtræ, quã tibi ſummæ curæ eſſe ſcio, huiuſmodi ratio eſt. Petitioni ſe dare. Cic. Iam ante hanc commutationem reip. petitioni ſe dedit. Petitionem adornare, oppugnare. Cic. Cum quidem ego eius petitionem grauiſſimis in ſenatu ſententijs oppugnaſſẽ, neq; tam illius lædẽdi cauſa, quàm defendendi.

Ambitus in petitione uerſatur, cum candidati immodicis ſtudijs ad honores contendunt. Ambitio etiam dicitur, quæ duplex eſt. Vna lege uetita, unde leges de ambitu latæ, cum tributim pecuniæ diuiſorum & ſequeſtrium miniſterio diſtribuerentur. Altera

non

non uetita, quæ ſine largitione fiebat. Cic. *Sed is ambitus extare uidetur, ut ego omnia pertimeſcam, totãq́; petitionem Lamiæ mihi ſuſtinendam putem.. Sequeſtres erant interpretes ambitus, & corrumpendarũ tribuum conductores, id eſt, qui in petitione alicuius magiſtratus rem perficiendam ſuſcipiebant, & inde lucrum faciebant, ut ſcilicet acceptis nummis, eos, qui ſuffragia laturi erant, ſolicitarent, deducerentq́; in quam uellent partem, atq; uel id gratia uel autoritate, uel ſpe precij, aut oblato munere.* Cic. *Qui aut ſequeſtres, aut interpretes corrũpendi iudicij ſolẽt eſſe.*

Comitia. *Comitium locũ ſignificat, quo conueniebat populus ad comitia.* Cic. *Forum comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus, ac ſeruis pleriſq́; occupauiſſent, impetum faciunt in Fabricium. Comitia uerò erant populi conuentus ad creandos magiſtratus, & publica officia, uel ad promulgandas leges.* Cic. *Venio ad comitia ſiue magiſtratuum, ſiue legum. Comitia edicere.* Cic. *Nam comitia ſine mora futura uidentur: edicta ſunt ad XI. Cal. Feb. Comitia differre, uel detrudere, habere, gerere, id eſt, habere.* Cic. *Nihil omnino actũ eſſe de nobis, præter quàm quòd comitia illa eſſet armis geſta ciuilibus. Comitia obire.* Cic. *Nunc uerò ſentio, quòd commodo tuo facere poteris, uenias ad id tempus quod ſcribis, obieris*

Ego te ſuffragiũ tuliſſe in illa lege, primũ nõ credidi.

Suffragatio *eſt ipſa uoluntatum, & animorum declaratio, qua propitia de aliquo ſuffragia ferimus.* Planc. *Nihil ad meam dignitatem accedere uolo ſuffragatione ueſtra.*

Repulſa *dicitur, cum aliquis in petendis magiſtratibus, & honoribus, quod ambit non obtinet, neq; magiſtratum aſſequitur.* Cic. *Nam Mamerco homini ditiſſimo prætermiſſio ædilitatis conſulatus repulſam attulit, id eſt, ne Conſul fieret, in cauſa fuit.* Repulſam *ferre, id eſt, in ſuffragijs præteriri.* Cic. *Eſt enim annus, ut repulſam tulit.* Repulſam pati, accipere, referre. Cic. *Hic ſummi & clariſſimi uiri filius in domum multiplicatam repulſam non ſolum retulit, ſed ignominiam & calamitatem.*

Præteriri *in petitionibus dicebatur, cuius non habebatur ratio, aut qui repulſam in ſuffragijs ferebat.* Cic. *At fueris dignior, quàm Plancius, de quo ita tecum contendam paulò poſt, ut conſeruem dignitatẽ tuã; ſed ut fueris dignior, non competitor, à quo es uictus, ſed populus, à quo præteritus in culpa eſt.*

Habere *rationẽ.* Ci. *Sed quãuis liceat abſentis rationẽ haberi, tamen omnia ſunt præſentibus faciliora.*

Officium *pro publica muneris functione.* Cic. *In officio boni ciuis certè non ſum reprehenden-*

ris aliquam partem conceſſeris. Munus officij Cic. An'ne eas quidẽ res ſenectuti relinquemus, ut adoleſcentulos doceat, inſtituat, ad me officij munus inſtruat? Senectutis autẽ nullus eſt certus terminus, recteq; in ea uiuitur, quoad munus officij exequi poßis, & tamen mortem cõtemnere. Muneris loco deferre, pro munus deferre, uel mandare Cic. Accenſus fit etiã eo munere, quo enim maiores noſtri eſſe uoluerunt, qui hoc non in beneficij loco, uel in laboris, ac muneris nõ temerè, niſi libertis ſuis deferebant: quibus illi quidẽ nõ multò ſecus, ac ſeruis imperabant. Marcel. Accenſum genus fuiſſe militiæ ſcribit, ad miniſtrantibus proximũ, eo nomine accenſum appellatũ, quod ad neceſſarias res ſæpius acciretur, ueluti accerſitus. Feſt. Accenſi dicebantur, qui in locũ mortuorum militũ ſubrogabantur, & ad cenſum adijciebantur. Optio eſt miles, qui ægros antecedit, tanquã eorũ uicẽ, ſi uſus uenerit, gerere ſit paratus, ut allecti erant, qui propter inopiam patrũ conſcriptorũ ex equeſtri ordine in ſenatus numerũ aſſumebantur. Pædian. Accenſus eſt nomen ordinis promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, uel cõmentarieſis, aut cornicularius. Varr. Accenſos miniſtratores fuiſſe magiſtratuũ ab acciẽdo dictos, id eſt, uocando, quòd accenſus tanquam præco, iuſſu Cõſulis acciebat Quirites ad contionẽ. Pli. li. 7. Accẽſum noſtri uocãt adiũctũ.

ritur. Cic. Neceſſe eſt ſim totus ueſter, et eſſe debeã.

Proprius. Cic. Id enim cuius eſt propriũ, quo quiſq; fruitur atq; utitur.

Nomen pro fama & æſtimatione. Inde dicimus, multũ nomẽ. Ci. Nam parthico bello nuntiato, locorũ quibuſdam anguſtijs, & natura montium fretus ad Amanum exercitum adduxi, ſatis probè ornatum auxilijs, & quadam autoritate apud eos, qui me norant, nominis noſtri: multum eſt enim in his locis. Nomen amplum, clarum, celebratum. Ci. Itaq; cùm eſſem biennium uerſatus in cauſis, & iam in foro celebratũ meum nomẽ eſſet. Roma. ſum profectus. Nomine dignus. Ci. Ex ijs enim qui nomine et memoria digni ſunt nec nihil optimè, nec omnia præclariſſimè quiſquàm dicere nobis uidebatur. Nominis gloria. Cic. Quorum interfectores implerunt orbem terrarum nominis ſui gloria. Nomẽ captare, ducere, adipiſci, cõſequi, habere, uagari pro celebrari. Cic. Sed niſi hæc urbs ſtabilita tuis conſilijs, & inſtitutis erit, uagabitur modo nomen tuũ longè, atq; latè: ſedem quidẽ ſtabilem, & domicilium certum non habebit. Profiteri nomen, uſurpare, interponere, augere, uigere, florere. Cic. Iure tum florebat Pop. Rom. nomen, iure autoritas huius imperij, ciuitatiſq; maieſtas grauis habebatur. Nomen inuictum. Cic. Cuius uſque ad noſtram,

memoriam nomen inuictum in uaualibus pugnis per manſerat. Nomini officere. Liuius. *Et ſi in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit: nobilitate, ac magnitudine eorum, qui nomini officient meo, non conſoler.*

Fama *pro nominis celebritate, & exiſtimatione.* Cic. Equidem *ut ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam.* Famam *expetere, uel deſiderare.* Planc. *Vt præter famam bonorum nihil deſiderare uideantur.* Famam *colligere, cõficere, proparare.* Cic. *Catulus erat quidẽ ille minimè indoctus, ut à te paulò ante dictum eſt, ſed tamẽ ſuauitas uocis, & lenis appellatio literarum, bene loquendi famam confecerat.* Famam *conſequi, ſubire, inurere, tueri.* Cic. *Quoad potero famam & dignitatem tuebor.* Famæ *ſeruire, conſulere.* Cic. Nec *tu, ſi id feciſſes, melius famæ, melius pudicitiæ conſuluiſſes.* Famam *hærere ad metas, id eſt, deprimi.* Cic. *In hoc flexu quaſi ætatis, fama adoleſcentis paulùm hæſit ad metas notitia noua mulieris, et infelici uicinitate, & inſolentia uoluptatũ.* Famam *lædere.* Cic. *Itaq; diutius ſuſpitionibus obſcuris lædi famam ſuam noluit.* De *fama detrahere.* Cic. *Sin aliter, non recuſo, quin quantum de illo libro, tantundem de mei iudicij fama detrahatur.* Fama *ſpoliare.* Idem. Ne *aut ſpoliaret fama probatum hominem, ſi contrà iudicaſſet.* Famam

depeculari. Cic. Aliorum famam depeculans, aliorum caput oppugnans. Famam atterere. Cic. *Poſt ubi eorum famam, atq; pudorem attriuerat, maiora alia imperabat.* Famam abijcere. Cic. *Effugere autem ſi uelim nonnullorum acutè aut facetè dictorum offenſionē, fama ingenij mihi eſt abijciēda.* Famæ parcere. Cic. *Qui ſi ſemper unà fuiſſet, tamen ſumma cura, tum tuæ, tum multo etiam magis ſuæ famæ peperciſſet, id eſt, conſuluiſſet.*

Exiſtimatio. Cic. *Tamen dum exiſtimatio eſt integra, facilè conſolatur honeſtas egeſtatem.* Elegans ad hominum exiſtimationem. Cic. *Quid enim facere potuit ad exiſtimationē hominum elegantius?* Exiſtimationem colligere. Idem. *Habet exiſtimationem, multo ſudore, labore, uigilijsq; collectam.* Ad exiſtimationem dimanare. Cic. *Meus hic forenſis labor, uitæq; ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paulò latius cōmendatione, ac iudicio meorum.* In exiſtimationem uenire. Cic. *Sin autem in anteacta uita aliquæ turpitudines erunt, aut falſò ueniſſe in eam exiſtimationē dicentur, &c.* Exiſtimationē accipere, id eſt, in exiſtimationē uenire. Cic. *Nunc cū tam æquo animo bona perdas, nō eo ſis cōſilio, ut, cùm me hoſpitio recipias, exiſtimationē te aliquā putes accipere, etiam hæc leuior eſt plaga ab amico, q̄ à debitore.*

Eſſe exiſtimatione. Cic. *Et mediocri me dolore putas affici, cùm audiã, qua ſit exiſtimatione Virgilius? qua tuus uicinus Octauius?* Exiſtimationi conſulere, ſeruire. Cic. *Planè ſeruiui exiſtimationi meæ.* Exiſtimationem agi. Cic. *Eius ſumma exiſtimatio agitur in eo, ut pactiones cum ciuitatibus reliquis cõficiat.* Venire in diſcrimen exiſtimationis. Idem. *Itaq; ſemper ij diligentiſſimè, laborioſiſſimeq; accuſarunt, qui ſe ipſos in diſcrimen exiſtimationis uenire arbitrati ſunt.* Venire contra exiſtimationẽ. Cic. *Ne contra amici ſummam exiſtimationẽ miſerrimo eius tempore uenirem.* Eſſe contra exiſtimationem. Cic. *Nihil autẽ feci unquàm, neq; dixi, quod contra illius exiſtimationẽ eſſe uellẽ.* Exiſtimationẽ oppugnare, uiolare, imminuere, amittere, reconciliare, conſeruare. Cæl. *Et ſecundum eius fidẽ, & ſedulitatẽ exiſtimatio tua conſeruaretur.* De exiſtimatione deperdere. Cic. *Verebatur enim uidelicet ne quid apud uos P. Q. R. de exiſtimatione ſua deperderet.* Exiſtimatione hominũ ſe uenditare. Cic. *Non aliqua re, aut ſimulatione Pop. Rom. exiſtimationi ſe hominũ uenditaſſet.* Cõmittere exiſtimationẽ alicui, uel de exiſtimatione. Cic. *Tum iſte negat ſe de exiſtimatione ſua cuiquam, niſi ſuis commiſſurum.*

Dignitas. Cic. *Tua dignitas, atq; amplitudo mihi eſt ipſa chara per ſe.* Dignitas pro decore, uel

pro oris

pro oris probitate, id eſt, morũ præſtantia in ore emi nenti, uirilíq; grauitate. Cic. *Vultus uerò, qui ſecum dum uocem plurimum poteſt, quantam adfert tum dignitatem tum uenuſtatem?* Dignitatem colligere, conciliare, adferre. Cic. *Quæ tibi ſummam dignitatem & gloriam adferat.* Dignitati eſſe. Cic. *Vt ſi parentibus nati ſint humilibus, ſi propinquos habeant imbecilliores, uel animo, uel fortuna eorum augeant opes, eisq; honori ſint et dignitati.* Dignitatem adiungere, reperire, acquirere, conſequi, habere. Cic. *At dignitatem docere non habet.* Locare in dignitate. Cic. *Duæ ſunt artes, quæ poſſunt locare homines in ampliſsimo gradu dignitatis: una Imperatoris, altera oratoris boni.* Ad dignitatem peruenire. Cic. *Quid id ad me inquies? tantum, quod ea emptione & nos bene emiſſe iudicati ſumus, & homines intelligere cœperunt, licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam peruenire.* Dignitate eſſe. Cic. *Ad eam rempub. tuendam aggreßi, quæ tanta dignita eſt, &c.* Dignitatem tueri, defendere, ſuſtinere, tenere, obtinere pro tenere, retinere. Cic. *Sine ulla moleſtia dignitatem meam retinuiſſem.* Dignitati conſulere, uel ſeruire. Cic. *Quare quid eſt, quod te hortor, ut dignitati, et gloriæ ſeruias?* Dignitatẽ ornare. Cic. *Vt illius dignitatẽ præſentis ornes, rem utriuſq; defendas*

defendas, te rogo. Dignitati fauere. Idem. *Fauebam et reipub. cui ſemper faui, & dignitati, ac gloriæ tuæ.* Dignitatis fauor. Ci. *Cuiuſq; ego dignitatis fautor ab adoleſcentia extitiſſem.* Dignitati ſuffragari. Planc. *A te peto, ut dignitati meæ ſuffrageris, & quarum rerum ſpe ad laudem me uocaſti, harum fructu in reliquum facias alacriorem.* Dignitatem augere, amplificare, oppugnare, uel impugnare, uiolare, frangere, diminuere, deformare, labefactare, attingere cõtumelia. Cic. *Sperare uideor, tantum abfuturam eſſe orationem meam à minima ſuſpicione offenſionis tuæ, te ut potius obiurgem, quòd iniquum in diſcrimen adducis dignitatem tuam, quàm ut ego eam ulla contumelia coner attingere.* Dignitatis amplificator. Cic. *Quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ.* Ad dignitatem accedere. Cic. *Quibus nihil, aut non multum ad dignitatem poſſet accedere.* Dignitati deeſſe Cic. *Nunquàm deero dignitate tuæ.* De dignitatis gradu dimouere. Cic. *Non ſentiunt uiri fortes in acie uulnera: uel ſi ſentiunt, ſe mori malunt, quàm tantummodo de dignitatis gradu dimoueri.* Dignitate ſpoliare. Cic. *Quibuſcùm coniunctiſſimo uixerat, hos in tribunatu inſtituit ſpoliare omni dignitate.* Dignitatem detrahere, amittere, deponere, reddere, reſtituere, uel recipere. Cic. *Quòd, inquit, tardius, quàm*

quàm eſt æquum, & quàm ego uellem, receperis fortunam, & dignitatem tuam. Dignitatis reliquiæ. Idem. *Tibi & illa polliceor, quæ ſupra ſcripſi, quæ ſunt adhuc mea: & ea, quæ præterea uideor mihi ex aliqua parte retinere, tanquàm ex reliquijs priſtinæ dignitatis.* Dignitatis imago, id eſt, reliquiæ. Cic. *Quicquid imago ueteris, meæ dignitatis, quicquid reliquæ gratiæ ualebũt.* Dignari eſt dignũ ducere, uel exiſtimare, poniturq́; actiuè & paßiuè. Cic. *Homo ex eo numero hominũ, qui apud nos hoc nomine dignãtur.* Dignatio eſt dignitas, uel amplitudo collecta ex magiſtratus alicuius functione, uel ex facta uirtutis ſignificatione In dignationem uenire. Liuius. *Appius interpres lectus haudita multo poſt, in principum dignationem peruenit.*

Amplitudo. Ci. *Tuæ ſapientiæ eſt, omnem amplitudinem & dignitatem tuam in uirtute poſitã exiſtimare.* Venire ad amplitudinẽ, uel deducere. Cæ. *Obſidibus ſumma cũ cõtumelia extortis, et quã infortunam quamq́; in amplitudinem deduxiſſet &c.* Amplitudinem retinere, illuſtrare. Cic. *Illuſtrabit, mihi crede, amplitudinem tuam hominum iniuria.*

Autoritas. Ci. *Magna eſt hominum autoritas, et tãta ut etiã delicti ſuſpicionẽ tegere poßet.* Autoritatẽ facere, adferre, tribuere, cõſtituere uel autoritate

conſtituere.

conſtituere. Ci. *Metram, & eum, quem tu diligenter mihi commendaras, Atheneum, importunitate Athenaidis exilio mulctatos, maxima apud regem autoritate, gratiaq́; conſtitui.* Eſſe *in autoritate*. *Liuius*. Nec *antè mouerunt de ſententia conſulem, quàm* Trib. *ſe in autoritate patrum futuros eſſe pollitici ſunt*. Auto*ritatem habere*. Cic. Nos *in cauſa autoritatem eò minorem habemus, quod tibi debemus*, Eſſe *pro autoritatem habere*. Cic. Quid Cato *ille noſter. qui mihi unus eſt pro centum milibus? id eſt, cuius iudicium, & ſententia autoritatem. uel pondus habet centum milium*. Autoritatem *obtinere, excellere, amplificare, uiolare, frangere, imminuere, uincere, exterminare, abijcere*. Cic. Nam & *ſenatus autoritatem abiecit, et ordinum concordiam diſiunxit*. Autoritate *florere*. Idem. Et *in qua urbe modò gratia, autoritate, gloria floruimus, in ea nunc ijs quidem omnibus caremus*. Autoritatem *hebeſcere, hærere, pro manere, recuperare*. Cic. Qua *in ſententia ſi conſtare uoluiſſent, ſuam autoritatem ſimul cum ſalute mea recuperaſſent*. Autoritas *pro opinio, uel iudicio*. Cic. Voluntas *Senatus, pro autoritate haberi debet, cum autoritas impeditur metu*. Autoritatem *adiungere, ponere, ſequi, ſuſcipere, pro opinionem ſequi*. Cic. Speuſippus *autem, &* Xenocrates, *qui primi* Platonis

rationem,

rationem, autoritatemq́; ſuſceperant, &c. Autoritas, pro poſſeſſionis iure. Cic. Lex iubet uſum, & autoritatem fundi eſſe biennium: hac utimur, eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur.

Maieſtas uulgò eſt omnis amplitudo, & dignitas, uel principis, uel imperatorum, uel populi, uel ſenatus. Et in oratione maieſtatem uocamus, pro graui quodam geſtu, & oris conſtantia. Cic. Quanta illi, dij immortales, fuit grauitas? quanta in oratione maieſtas? Maieſtatem conſtituere, conſeruare, retinere. Cic. Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirij cauſa continebat. Maieſtatem imminuere, uel minuere. Cic. Quid enim turpius, quàm qui maieſtatē. Pop. Roma. per uim minuerit. Maieſtatem ſoluere, pro minuere. Liuius. Horum opportunus aduentus Conſules imperij potentes fecit, cum ambitio alterius ſuam primum apud eos praua indulgentia maieſtatem ſoluiſſet. Maieſtatem lædere, Tranq. Notauit & quendam, quòd comes regis in prouincia fuiſſet, referens maiorum temporibus Raberio Poſthumo Ptolemeum Alexandriam crediti ſeruandi cauſa ſequuto, crimen maieſtatis apud iudices motum &c.

Gratia eſt hic autoritatis quidam gradus plau ſu, uel fauore confectus, ſemperq́; paſſiuè ponitur.

Cic.

Cic. Propter ipſius excellentem in eo genere, uel gratiam, uel diligentiam. Cauſa gratiæ, id eſt; ut gratia, incatur. Cic. Itaq; efficis, ut cùm gratiæ cauſa nihil facias, omnia tamen ſint grata, quæ facis. Cauſa gratiæ, cùm eſt officium conferentis. Cic. Sed ueriti ſunt, ne cauſa gratiæ facere uideantur. Gratia ineptum, id eſt, minus plauſibile. Ci. Eſt gratia ineptum, id quidem. Gratiam aucupari, quærere, colligere, acquirere, afferre, parêre, conſequi, extinguere, id eſt, minuere. Cic. Gratiam autem noſtram extinguit hominum ſuſpitio. quòd Pompeio ſe gratificari putant. Eſſe in gratia. Cic. Erat in Syria noſtrum nomen in gratia. Gratia excipere. Idem. Apertius autem hæc ago, & ſæpius, quòd nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæſare interceßit, quod ille nõ ita illuſtri gratia exceperit, ut ego eum mihi deuinctum putem. Gratiæ debilitas. Cic. Vincebatur enim fortuna ipſa debilitate gratiæ noſtræ. Effundere gratiam. Cic. Illud miror, adduci potuiße te, qui penitus noſſe deberes, ut exiſtimares, aut me tã improuidũ, qui ab excitata fortuna ad inclinatum, et propè iacentem deſciſcerem, aut tam inconſtantem, ut collectam gratiam florentißimi hominis effunderem. Gratiam inire. Cæſ. Qui ſe ſummam à Cæſare gratiam inituros putarent. Inire gratiam cum aliquo: uel apud aliquem.

quem. Cic. Quid ille ſi faciat, iam cum bonis omnibus ſummam ineat gratiam. Gratiam inire, ſine præpoſitione poſitum. Cic. Sin erunt merita, ut non ineunda, ſed referenda ſit gratia: maior cura quædam adhibenda eſt. Gratia rei alicuius, uel gratia mea. Sall. Rem omnem aperit, cuius gratia mittebatur. Gratioſus, id eſt, gratia potens. Cic, Semper fuerunt uiri boni, qui apud tribules ſuos gratioſi eſſe uellent.

Popularis populo gratus dicitur, uel, qui populi ſtudia, & fauorem, aut largitione, aut alia quauis ratione captat. Eſt interdum popularis ad populum ſpectans, uel plebeius. Cic. Popularibus enim uerbis eſt agendũ, & uſitatis cum loquamur de opinione populari. Interdum eſt eiuſdem conditionis, gentis, ſortis & fortunæ. Terent. Amicus meus ſummus, & popularis Geta. Huius loci exemplum. Cic. Nihil tam populare, quàm bonitas. Populariter eſt interdũ abiectè, humiliter, & quaſi pro populari inſcitia, atq; inſcitia, uel uulgo. Cic. Homines enim populariter annum tantummodo ſolis, id eſt, unius aſtri reditum metiuntur. Interdum pro plauſibiliter, uel ſeditioſè. Cic. Contra quorum potentiam populariter tunc dicendum fuit.

Valere abſolutè. Cic. Bibuli ſententiam ualere cupierunt. Valere i.d. Idem. Alios uidemus uelo-

citer ad curſum, alios uiribus ad luctandum ualere. Valere in. Cic. *Sed cùm leuiora nō multo eſſent, quæ audirentur, quàm quæ uiderentur, ſuſpicarer autem multum intereſſe rei familiaris tuæ, te quamprimum uenire, atq; in omnes partes ualere, putaui ea de re te eſſe admonendum.* Valere apud. Cic. *Quando apud te nihilo minus ualere me confido, quàm ualuerint ſem per omnes.* Valere ab. Plaut. *Ain' tu ualere te?* E V. *Pol ego haud à pecunia perbene.* Valere cum accuſatiuo. Cic. *Hoc uerbum quid ualeat non uident.* Valere cum ablatiuo. Idem *Qui ualeret apud illum non minus autoritate, quàm gratia.* Valere cū uerbo pro poſſe. Cic. *Potes autē, quid ueri ſit, perſpicere: hoc pro ſumma tua prudentia, & ſumma in nos beneuolentia facies, & ualebis tu unus.* Valeant pro abeant, & diſcedant, faceſſant. Cic. *Si deus talis eſt, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, ualeat.* Valere Cic. *Medico Curio Lyſoni de te ſcripſi diligentiſsimè. Salue, Vale.*

Poſſe *abſolutè.* Cic. *Sed ea plus nō poteſt quàm uis & mutatio omniū rerū atq; temporū.* Poſſe apud aliquē. Cecin. *Apud ipſum multū, apud eius omnes multum potes.* Poſſe cū ablatiuo. Cic. *Gratia tantū poſſumus, quantū uicti.* Poſſe à, pro paratum bene, uel malè à re aliqua. Terent. *Sed hic actor tantum poterit à*

facundia

ſacundia, quantum ille potuit cogitare commodè, qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum.

Pondus *abſolutè.* Cic. *In eo quantum ſit ponderis, tu uidebis.* Pondus *adferre.* Cic. *Hominūq; dignitas aliquantum orationi ponderis adferebat.* Pondus *habere.* Cic. *Idem ſcribit meas literas maximum apud te pondus habituras.* Eſſe *ponderis, uel pondere, pro pondus habere.* Cic. *Sed tuæ literæ de tua præſertim dignitate, & de noſtra coniunctione, maximi ſunt apud me ponderis.*

Momentū *propriè appellari poteſt, quodcunq; minimum eſt, ut momentū temporis, id eſt, exiguum temporis ſpacium.* Liuius. *Momento fuſi, & momento arx occupata.* Hîc *ſonat idem quod pondus.* Cic. *Non enim ignoras, quanta momenta ſint in rep. temporū.* Momentū *habere.* Idem. *Vos autem abſens orat, atq; obſecrat, ut ſua religio, laudatio, autoritas aliquid apud ueſtros animos momenti habuiſſe uideatur.* Eſſe *momenti, uel momento.* Cic. *Qui locus ita communis eſt, ut bene tractatus in hac cauſa magno ad perſuadendum momento futurus ſit.* Eſſe *momentum in.* Idem. *Neutra autem in medijs relinquebat: in quibus putabat nihil omnino eſſe momenti.*

Honor. *Cic. Hæc una eſt uia, mihi credite, et laudis, & honoris, & dignitatis.* Honoris *mei cauſa.*

Idem. Nam primò honoris cauſa in ſcenam redierant ij, quos ego honoris cauſa deceßiſſe arbitrabar. Honoris cauſa, eſt honorem à ſe alicui deferre. Cic. M. Brutus, quem ego honoris cauſa nomine cruentum pugionem tenens, Ciceronem exclamauit. Aſcendere in honorem. Cic. Sed erit duplex eius omnis ornatus ille admirabilis, propter quem aſcendit in tantum honorem eloquentia. Honorem conſequi, facere, conſtituere, exquirere, deferre, tribuere, habere. Cic. Si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui. Honorem habere in alia ſignificatione. Idem. Curio miſi, ut medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus eſſet. Honoribus procedere, abundare. Cic. Quare ſit modò aliqua Reſpublica, in qua honos elicere poßit: omnibus, mihi crede, amplißimis honoribus abundabis. Honore afficere. Cic. Si quos aliquo honore, aut imperio affectos obſeruare, & colere debemus. Honoribus decorare, ornare. Cic. Cùm eſſes ab eo ordine ornatus ſummis honoribus. Adducere in honorem. Idem. Nam dum uolunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poßit eſſe ſuauius. Eſſe honori. Cic. Quamobrem pergite, ut facitis, adoleſcentes atq; in id ſtudiū, in quo eſtis, incumbite: ut & uobis honori, & amicis utilitati,

utilitati, & reipub emolumento eſſe poſitis. Habere *honori, uel in honore.* Cic. ad Att. VII. *Quem ego propter literularum neſcio quid libenter uidi, in honore habui.* Honores *inſtituere, decernere.* Idē. *Quis honos ei non fuit decernēdus?* Honore *augere.* Cic. *Nunc illum, qui pedem porta, quo ad hoſtis cis Euphratē fuit, non extulit, honore augeri: me in cuius exercitu ſpem illius exercitus habuit, idem nō aſſe qui, dedecus eſt noſtrū.* Honores *adhibere.* Cic. *Quid eſt, quod ullos dijs immortalibus cultus, honores, preces, adhibeamus?* Honorē *effundere.* Idem. *Eos per ipſos dies effudi (ſi ita uis) honores in mortuos Hircium & Panſam.* Honorem *in aliquem confluere.* Cic. *Nam hinc ad Rempub. plurima commoda ueniunt, ſi moderatrix omnium rerum præſto eſt ſapientia, hinc ad ipſos, qui eam adepti ſunt, laus, honos, dignitas confluit.* Honorem *recipere.* Cic. *Solet, cum ſe purgat, in me conferre omnē illorū temporū culpam, ita me ſibi fuiſſe inimicū, ut ne honorē quidē à ſe recipere uellē.* Eſſe *in honore.* Cic. *Qui apud barbaros propter togæ nomen in honore aliquo fuiſſent.* Honori, *fauere, inſeruire.* Cic. *Inſeruiebam honori tuo.* Honori *uelificari, eſt in honorē quærendum totis uiribus incumbere.* Cic. *Quod ſi quis ueſtrum ſpe ducatur, ſe poſſe turbulenta ratione honori uelificari ſuo.* Ho-

norem minuere, depeculari, præfari. Cic. *Cætera addit, quæ ſi appelles, honos præfandus ſit.* Honore priuare. Idem. *Quod ſi illud iudicium putaretur, ut cæteri turpi iudicio damnati, in perpetuũ omni honore ac dignitate priuentur, ſic hominibus ignominia notatis, neq; ad honorẽ aditus, neq; in curiã reditus eſſet.*

Honorarium *eſt, quod ad honorem pertinet, inde honorarius arbiter, quẽ utraq; pars honoris cauſa facit ſummũ litis diſceptatorẽ & iudicem.* Cic. *Docere, debitũ eſt: delectare, honorariũ: permouere neceſſariũ.* Honorariũ *cũ ad donũ pertinet.* Cic. *Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? qui honorarij? ſiquidẽ poteſt ui et metu extortũ honorariũ nominari.* Honoraria opera *eſt, quæ nobis ab amicis honoris cauſa præſtatur.* Cic. *Alterũ eſt uehementiſſimũ, quod & ad grauiores res pertinet, et nõ honorariã operam amici, ſed ſeueritatem iudicis, ac uim requirit.*

Honorare. Cic. *Amphiaraum autem ſic honorauit fama* Græciæ, *deus ut haberetur: atq; ut ab eius ſolo, in quo eſt humatus, oracula peterentur.* Honoratus, *qui in honore eſt.* Cic. Hunc *ſecutus eſt curſor, homo ualde honoratus.* Honeſtus *pro honorato.* Cic. *Qui nos ſaluos, & honeſtos uelit.* Honeſtus dies. Cic. Velim *quæras, quos ille dies ſuſtinuerit, in urbe dum fuit, quàm acerbos ſibi, quàm mihi ipſi ſocero nõ*

honeſtos

honeſtos. Honeſtus in uulgari ſignificatione. Teren. Ille erat honeſta facie, & liberali.

Honeſtare, uel cohoneſtare. Cic. Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Idem. Quos cohoneſtatis, imprimiſq; me, ſi reſpub. municipij tuo ſtudio, diligentia bene adminiſtrata erit. Honeſtè eſt ſine ulla officij prætermiſſi, accuſatione aut reprehenſione. Cic. Thermum & Syluium uerè audis laudari, ualdè ſe honeſtè gerunt. Honeſtas cùm rerum eſt, pro decoro, & quadam uirtutis norma ponitur. Cic. Peruertunt homines ea, quæ ſunt fundamenta naturæ, cùm utilitatẽ ab honeſtate ſeiungunt. Honeſtas cùm perſonarũ eſt, pro dignitate, & laude ponitur. Cic. Retinenda eſt igitur uobis conſtantia, grauitas, perſeuerantia, repetenda eſt uetus illa ſeueritas: ſiquidem autoritas Senatus, decus, honeſtatem, laudem, dignitatem deſiderat.

Honorificus eſt, qui honorem habet. Cic. Nam & in me honorificus conſul fuit, & ſuauis amicus. Honorificè. Cic. Reſpondendum honorificè eſt Marrucinis, qui ignominia notandos cenſuerunt eos, qui militiã ſubterfugiſſent Honorificẽtiſſimè Cic. Laudataq; honorificẽtiſſimè, et æquitate tua, et prudẽtia.

Splendor propriè eſt rei ſplendentis claritas, ſed trãslatè nominis claritatẽ, et celebritatẽ ſignificat.

nobilis Rhetor *Iſocrates*. *Inſignis ad.* Cic. *Sunt enim nõ tam inſignia ad maximã laudẽ, quàm neceſſaria.* Inſignis, *uel nobilis in malam partem.* Cic. *Os hominis, inſignemq; impudentiam cognoſcite.* Nobilitare. Idem. *Opifices etiam poſt mortem nobilitari uolunt.* Nobilitare *in malam partem.* Cic. *Nec uerò ulla uis imperij tanta eſt, quæ premente motu poßit eſſe diuturna, teſtis eſt Phalaris, cuius eſt præter cæteros nobilitata crudelitas.*

Inſignitus. Cic. *Si quam rem deformabimus: turpem, ant cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam iudicemus, quo magis inſignita ſit forma.* Inſigniter, *uel inſignitè.* Cic. *Quis autem rex unquã fuit tam inſigniter impudens, ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni uenalia.*

Clarus. Cic. *Amplißimus & clarißimus uir.*

Illuſtris. Cic. *Teſtes erant ij, qui quæſtorẽ me in prouincia cognouerant, & hinc homines maximè illuſtres.*

Illuſtrare. Cic. *Illuſtrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria.*

Illuminare, *eſt lumen adferre.* Cic. *Illam autem concinnitatem, quæ uerborum collocationem illuminat his luminibus, adhibet quidem hic ſubtilis.*

Nouus *eſt, qui nulla nèq; generiſ, neq; gentiliũ*

 nobilitate

nobilitate cõmendatur, quẽ Cicero terræ filium uocat. Cic. Quos quaſi nouos, & aſcriptitios ciues in cœlum receptos putant. Homo à ſe ortus, id eſt, nouus. Cic. Quid enim non debeo uobis Quir. quem uos à ſe ortum hominibus nobiliſſimis omnibus honoribus protuliſtis. Nouitas. Cic. Simul quod uideo, non ut antehac, putabam, nouitati eſſe in uiſum meæ.

Ignobilis. Ci. Eodem tempore Athenis apud Demetrium Syrum ueterem, & non ignobilem dicendi magiſtrum ſtudioſè exerceri ſolebam. Ignobilitas. Idem. Aderit enim malorum, ſi mala illa dicimus, turba quædam, paupertas, ignobilitas, humilitas.

Obſcurus. Cic. Tua uero nobilitas S. Sulpiti, tametſi ſumma eſt, tam hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior, populo uerò, & ſuffragatoribus eſt, obſcurior.

Decus eſt nominis celebritas, quam ex rebus geſtis conſequimur: latè tamen patet, et rei omni, quæ nobis, aut honori, aut ſplendori eſt, conuenit. Cic. Verum decus in uirtute poſitum eſt, quæ maximè illuſtratur magnis in rempub. meritis.

Gloria. Propriè eſt conſtans, & confirmata de aliquo opinio, & fama ſed cũ laude et exiſtimatione ſingulari. Et paſſiuè perpetuò ponitur. Ci. Vt mihi ad ſummã gloriã nihil deſit, præter nomẽ oppidi.

Gloria

Gloriæ ſtimulus. Cic. Nunc inſidet quædam in optimo quoq; uirtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat. Gloriæ æſtus Cic Sed hunc quoq; abſorbuit gloriæ æſtus quidam non inſolitæ adoleſcentibus gloriæ. Curſus ad gloriam. Cic. Vnus autem eſt hoc præſertim tempore per tot annos republica diuexata, Reipublicæ bene gerendæ curſus ad gloriam. Iter gloriæ. Idem. Illud magis uereor, ne ignorans uerum iter gloriæ, glorioſum putes, plus te unum poſſe quàm omnes. Gloriæ inſignia Ci. Perſpexeram te magis iudicio bonorum, quàm inſignibus gloriæ delectari. Gloriæ umbra Ci. Nõ ut leuitatis eſt, inanẽ aucupari honorẽ, et omnes umbras etiã falſæ gloriæ cõſectari. Gloriæ ſeges & materia. Cic. Quid enim odiſſet Clodiũ Milo ſegetẽ, ac materiẽ gloriæ ſuæ? Gloriæ naſci. Ci. Sed mihi omnis oratio eſt cum uirtute, nõ cũ deſidia: cũ dignitate, nõ cũ uoluptate: cũ ijs, qui ſe patriæ qui ſuis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, nõ qui ſomno, et cõuiuijs, et delectationi natos arbitrantur. Gloriã appetere, uel expetere. Ci. Ipſum quidẽ gloriã per ſe nũquàm putaui expetendã. Gloriæ auidus. Ci. Sum .n. auidior, quàm ſatis eſt, gloriæ. Gloria uſus. Cic. Etiam hominẽ peruſtũ, et inanẽ gloria uolũt incendere. Gloriæ expers. Idem. Expers debet eſſe gloriæ eius imperatoris, atq; exercitus. Gloriam acquirere, quærere,

parere

parere dare, naſci. Cic. *In quo ſicut in reliqua uita, fa-teor ea me ſtudioſè, ſecutũ, ex quibus uera gloria na-ſci poſſet.* Gloriæ eſſe. Cic. *Sed quòd illorum artem cum ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat.* Gloriæ *ducere.* Cic. *Neq; te tui piget homo leuiſſime, cum ea culpas, quæ in hiſtorijs gloriæ mihi ducis?* Ponere in *gloria.* Sall. *Qui ciuitatis incommodum in gloria, ſua ponit.* Gloriam in ſe tranſmouere. Terent. *La-bore alieno magno partam gloriam uerbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem, qui in te eſt.* Gloriam *cõparare, adipiſci, conſequi, capere, alere, tenere, re tinere, augere, amplificare, multiplicare, duplicare, minuere, uel imminuere, cadere, abijcere, infringere.* Cic. *Nunquàm exiſtimaui ſpem ullam eſſe habi-turos Milonis inimicos ad eius non ſalutem modo ex-tinguendam, ſed etiam gloriam per tales uiros in-fringendam.* Gloria afficere. Cic. *Magna me af-feceris non modò lætitia, ſed etiam quodammodo gloria.* In gloriam uenire. Idem. ad. Att. 11. *Nouo quo dam genere in ſummam gloriam uenit.* Gloria cir-*cumfluere.* Cic. *Itaq; ille noſter amicus inſolens infa-miæ, ſemper in laude uerſatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quò ſe conferat, ſcit.* Eſſe gloria, pro gloria circumfluere. Idẽ. Ad Att. 11. *Tamen quia ſunt de ſuis ciuibus benemeriti,*

tanta

tanta hdoie gloria ſunt, non in Grecia ſolum, ſed etiã apud nos. Gloria *præſtare, florere.* Cic. *Qui cum in optima* Republica, *& honoribus & rerum geſtarum gloria florerent, &c.* Gloriæ *ſeruire.* Cic. *Sin autem, ſeruire meæ laudi, & gloriæ mauis, egredere cum im portuna ſceleratorum manu.* Refrenare, *uel reuocare à gloria.* Planc. *Quæ mens eum, aut quorum conſilia, à tanta gloria, ſibi uero etiam neceſſaria, ac ſalutari reuocarint.*

Glorióſus, *pro laude & gloria dignus, uel plenus, ut glorioſa uictoria.* Cic. *Cuius mors ita glorioſa fuit, ut eandem concupiſceret filius.*

Florere *propriè eſt arborum, ſed eleganter ad res alias transfertur, dicimurq́; re aliqua, uel in re aliqua florere, cùm in ea re ſumma ſumus gloria.* Cic. *Nihil enim ſemper floret, ætas ſuccedit ætati.* Florere in. Idem. *Quibus temporibus florere in foro maximè potuit.* Florere re aliqua. Cic. *Non fuit ille quidem ci uibus ſuis utilis, ſed ita eloquentia floruit, ut literis, doctrinaq́; præſtaret.*

Flos *ponitur pro re maximè præſtanti.* Ci. *Poſſum fortiſsimos uiros Sabinos tibi probatiſsimos, totumq́; agrum Sabinum, florem Italiæ, robur reipublicæ proponere.*

Vigere *eſt ualere, uel excellere.* Cic. *Alia quædam di-*

dam dicendi molliora, ac remiſsiora genera uiguerūt. Vigere *in re aliqua.* Cic. *Vigebat in ea domo patritius mos, ac diſciplina.* Vigere *re aliqua.* Cic. *Itaq; ſoli, qui memoria uigent, ſciunt, quid & quatenus, & quomodo dicturi ſunt: cui reſpōderint, quid ſuperſit.*

Viuere *pro uigere.* Cic. *Omnes in eodem uirtutis imitandæ genere uerſati, quorū quandiu manſit imitatio, tamdiu genus illud dicendi ſtudiūq; uixit.*

Regnare. Cic *Illum hortatus ſum, ut in ſua uita conſeruanda primùm regnare diſceret.* Regnū *pro celebritate ſingulari.* Cic. *Dionyſius tyrannus, cùm Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe: ſic ego ſublatis iudicijs, amiſſoq; regno forenſi ludum quaſi habere cœperim.*

In *cœlo eſſe dicitur, qui autoritate, gratia, atque potentia plus omnibus ualet, uel rebus omnibus fœlix eſt.* Cic. *Bibulus hominum admiratione, & beneuolentia in cœlo eſt.* In *cœlo eſſe, quum eſt lætitia geſtientis.* Cic. *Si uerò quæ de me pacta ſunt, ea non ſeruantur, in cœlo ſum.* Digito *cœlum attingere.* Cic *Nunc uerò quum equitatus ille, quem ego in cliuo Capitolino te ſignifero, ac principe collocaram, ſenatum deſeruerit: noſtri autem principes digito ſe cœlum putent attingere, ſi muli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant, alij autem negligant: nonne tibi*

ſatis

ſatis prodeſſe uideor,ſi perficio,ut nolunt obeſſe, qui poſſunt? De cœlo detrahere. Cic. *Collegam quidem de cœlo detraxiſti,effeciſtiq́; non tu quidem etiam nunc ut ſit ſimilis tui,ſed certè ut diſsimilis eſſet ſui.*

Decidere ex *aſtris*. Cic. *Nam quia deciderat ex aſtris,lapſus potius quàm progreſſus uidebatur.*

Aequare *propriè*. Cic. *Enna autem,ubi ea, quæ dico,geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo, atq; edito:quo in ſummo eſt æquata agri planities, & aquæ perennes* Hac ratione dicitur *mare æquor, quòd planum ſit,cum nullis procellis turgeſcit:æquor tamen non ſolum de mari dicitur, ſed etiam in terra eſt.* Cic de Diuinatione.1. Translatè *æquare aliquid, uel cum aliquo æquari dicimur,cùm ad ipſum, quod ſupra nos eminet,aſpiramus atq; peruenimus.* Cic. *Inuentum eſt temperamentũ,quo tenuiores cũ principibus æquari ſe putarint,in quo uno fuit ciuitatis ſalus.*

Adæquare. Cic. *Senatorum enim urna copioſè abſoluit,equitum adæquauit.*

Exæquare. Ci. *Pecunia omniũ dignitatẽ exæquat.*

Aequatio. Cic. *Capitalis omnino oratio eſt, ad æquationem bonorum pertinens.*

Aequalitas. Ci *Qua in ſorte ſapiẽs prætor,qui is hic fuit,offenſionẽ uitat æqualitate decernẽdi.* Aequabilitas

bilitas dicitur certus quidam rerum modus & conſtantia,uel ſibi conſtans, & nulla parte in uitium inclinans ratio. Cic. Elaborant alij lenitate,& æquabilitate,& puro quaſi quodam, & candido genere dicendi. Aequalis ad res omnes pertinere poteſt,ſed eleganter ad ætatem refertur. Vocamus enim æquales noſtros, qui pares nobis ſunt annis & ætate:uel qui eadem,qua nos,ætate uixerunt. Cic. Quæ ex eo peccata naſcuntur,æqualia ut ſint oportet. Aequalis pro coæuo Cic. Quæ uis non modò ſenior eſt,quàm ætas populorum, & ciuitatum, ſed æqualis illius cœlum, atque terras tuentis, & regentis dei. Aequabilis. Idem. In quo igitur prætoris eſt,diligentia requirenda?in numero nauium? & in deſcriptione æquabilis ſumptus? Aequaliter. Cic. Vt noſtra in amicos beneuolentia,illorum erga nos beneuolentiæ pariter, æqualiterq; reſpondeat. Aequabiliter. Cic. Ille autē,qui archipirata dicitur,niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut occidetur à ſuis, aut relinquetur. Aequè eſt æqualiter,uel iuxtà,uel pari ſtudio,aut attentione. Aequè abſolutè. Cic. Honore & gloria,& beneuolentia ciuium fortaſſe non æquè omnes egent Aequè cum ac,atq;,uel ut. Terent. Quis miſer æquè,ac ego? Aequè cum atq;. Ci. At ij quidem coluntur æquè,atq; illi, apud quoſdam etiam multò magis. Aequè cum ut. Ci.

Simul

Simul quòd æquæ ea, quæ ſunt, ut ea, quæ certè futura ſunt, uidere non poſſum. Aquè *cum quàm.* Plaut. *Ridiculus æquè nullus eſt, quàm dum eſurit.*

Excellere *non ſemper ſignificat ſuperiorem eſſe, ſed interdum uigere eſt, & florere, uel præſtantem eſſe.* Cic. *Nunc Lælius & ſapiens (ſic enim eſt habitus) & amicitiæ gloria excellens, de amicitia loquitur.* Excellere in re *aliqua.* Cic. *Nam & Siculi in eo genere, & Rhodij, & Bizantij, & præter cæteros Attici excellunt.* Excellere inter. Cic. *In oratoribus uero Græcis quidem admirabile eſt, quantum inter omnes unus excellat.* Excellere *pro ſuperare.* Cic. *Hic miramur hunc hominem tantũ excellere cæteris.* Excellentia. Ci. *Atq; illud ſuperius ſic ferè definiri ſolet, decorũ id eſſe, quod cõſentaneũ ſit hominis excellẽtiæ.*

Præſtare *pro excellere.* Cic. *Quos conſtat dicẽdi gloria præſtitiſſe.* Præſtare ad. *Nulla eſt enim inſatiabilior ſpecies, nulla pulchrior, & ad rationem, ſolertiamq; præſtãtior.* Præſtare *abſolutè poſitum pro melius eſſe.* Sall. *Quouſq; patiemini tandem ò fortiſſimi uiri? nónne emori per uirtutem præſtat, quàm hanc uitam miſeram, atq; inhoneſtam, ubi alienæ ſuperbiæ ludibrio fuerimus, per dedecus amittere?* Præſtare *pro ſuperare cum datiuo.* Cic. *Tantò ille ſuperiores gloria uicerat, quantò omnibus præſtitiſſe.* Præſtare

alicui re aliqua. Cic. *Hoc enim uno præſtamus uel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo ſenſa noſtra poſſumus. Præſtare aliquem re aliqua.* Quintil *Præſtat tamen ingenio alius alium Præſtare in eadem ſignificatione cum ſolo ablatiuo.* Cæſ. *Nam quicunq; alterum obſidere conati ſunt, perculſos atq; infirmos hoſtes oborti, aut prælio ſuperatos, aut, aliqua offenſione permotos continuerũt, cũ ipſi numero militũ, equitũq; præſtarẽt. Præſtãtia.* Ci *Quarũ eſt excellẽs in animorũ laude præſtãtia*

Pluris *eſſe, pro excellere, & præſtare.* Cic. *Quis Carthaginienſium pluris fuit Annibali conſilio uirtute, rebus geſtis? qui unus nobiſcum tot annos de imperio, de gloria decertauit?*

Anteſtare. Cic. *Etenim quodã tempore Crotoniatæ multum omnibus, corporum uiribus, dignitatibus anteſteterunt, atq; honeſtiſsimas ex gymnico certamine uictorias domum cũ maxima laude retulerũt.*

Anteire. Sall. *Cum omnes gloria anteiret, omnibus charus erat.*

Antecedere. Cic. *Totaq; ea res longè cæteris & ſtudijs, & artibus antecedat.*

Præcedere. Cæſ. *Qua de cauſa Heluetij quoque reliquos Gallos uirtute præcedunt.*

Anteeſſe. Sall. *Sciebam ſæpe numero Po. Ro. parua manu cum magnis legionibus hoſtium conten-*

diſſe, cognouerã paruis copijs bella geſta cũ opulentis regibus, ad hæc ſæpe fortunæ uiolentiam tolerauiſſe, fæcũdia Græcos, gloria belli Gallos, Rom. antefuiſſe.

Antecellere cũ datiuo. Ci. Quapropter non ſolum illa gloria militaris ueſtris formulis, atq; actionibus anteponenda eſt, uerumetiam dicendi conſuetudo longè, & multum iſti ueſtræ exercitationi ad honorem antecellit. Antecellere cum ablatiuo. Cic. Qui eloquentia cæteris antecellis.

Præcellere. Cic. Priuatus uerò ne quis uir & animo & uirtute præcellens pro noſtro imperio periculo ſuo dimicaret, ſanxiſſet.

Comparare. Cic. Equi fortis, & uictoris ſenectuti comparat ſuam. Comparare cum. Idem. Non comparat ſe tecum gratia Pub. Quintius. Comparare inter ſe. Cic. Sed hæc etiam inter ſe comparare, & de his dubitare, turpiſſimũ eſt. Cõparare ad. Terent. Hau, non cõparandus hic quidẽ ad illũ eſt. Comparare cũ accuſatiuo ſolo. Cic. Vt antè occupet, quod putat opponi: ut comparet ſimilitudines, ut utatur exẽplis.

Conferre. Cic. Cum mehercule ambulatiuncula, atq; ſermone omnes prouinciæ fructus non cõfero.

Anteponere. Ci. Vera quidẽ laude pbitatis, diligẽtiæ, religiõis neq; me tibi neq; quenquã antepono.

Anteferre. Cic. Cum uel iniquiſſimam pacem

k 2 iuſtiſſimo

iuſtiſsimo bello anteferrem.

Præferre. Cic. Quid enim non debeo uobis, quem uos hominem à ſe ortum hominibus nobiliſsimis omnibus honoribus prætuliſtis? Præferre, pro, præ ſe ferre, eſt quod ferre antè, uel ſigno illuſtri indicare, id in nobis eſſe. Ci. Tenuitas hominis eiuſmodi eſt, ut diſsimulari non queat, atq; eò magis eluceat, quò magis occultatur, auaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipijs, cognatiq; fortunis cum alieniſsimo.

Primæ, ſubintelliguntur partes. Cic. Amoris uerò erga me, cùm à fraterno amore, domeſticoq; diſceſsi, primas defero. Primas dare. Cic. Pater tuus, quo utebar ſene adoleſcens, homo ſeuerus & prudens primas omnium ciuiū. P. Naſicæ, qui Tiberiū Gracchū interfecit, dare ſolebat. Primas ferre. Idem. Ex ijs Cotta, et Sulpitius, cum meo iuditio tum omnium facilè primas tulerunt. Primas tenere. Idem. Erat excellens iuditio uulgi, & facilè primas tenebat.

Superior. Cic. Spero ſuperiores fore nos.

Primarius. Cic. Quid ad hoc iudicium legatus publicè cum Arthemone, & Meniſco primarijs uiris miſſus eſt.

Primores, uocantur, qui primariæ ſunt autoritatis, uel qui primum locum in re aliqua obtinēt, uel primores in ciuitatibus dicuntur optimates. Liuius.

Tunc

Tunc inter primores duorum populorum res geritur.

Par. *Cic. Nec putaui, cum integri pares non fuiſſemus, fractos ſuperiores fore. Par ac, uel atque Cæſ. Pari ſtudio tranſmiſſus, atq; in Gallia, eſt in Britanniam. Par ſubſtantiuum maſculinum. Cic. Tu es auſus in circo Flaminio productus cum tuo illo pari dicere, te ſemper miſericordem fuiſſe. Neutrum. Cæl. Rectè hoc par habet.*

Accedere, *pro parem eſſe. Cic. Proximè ad deos acceßit Clodius, propius quàm tum cùm ad ipſos penetraret.*

Inferior, *infimus, poſterior, uel poſtremus. Cic. Tu cum omnibus rebus inferior ſis, hac una in re te mihi anteferri putas oportere. Teren. Tace tu, quē ego eſſe puto infra omnes infimos homines.*

Secūdarius *dicitur, qui nō primas fert, ſed qui ſecūdæ eſt claßis, uel cui ſecūdæ deferūtur. Ci. Quod idē faciebat Q. Arrius M. Craßi, quaſi ſecundarius.*

Princeps *eſt, non qui rerum, aut regni alicuius potitur: ſed qui primas in re aliqua tenet, uel qui primaria eſt autoritate: uel qui acrius ſtudium in re aliqua ſuſcipienda profitetur, & operam paratißimam defert. Cicer. Principem tamen habuimus Panſam tui ſtudioſißimum, mei cupidum. Principalis*

pro primario, uel quod in re principem locum tenet. Ci. Vt enim & ingenioſi, & tardi ita naſcantur antecedentibus cauſis: itemq; ualentes & imbecilli, non ſequitur tamē. ut etiā ſedere eos, & ambulare, & rem agere principalibus cauſis definitum & conſtituū ſit. Princeps cum genitiuo. Cic. Veſtri enim pulcherrimi facti ille furioſus me principem dicit fuiſſe. Eſſe in principibus. Cic. Quem tamen illi eſſe in principibus facilè ſunt paßi, euolare altius certè noluerunt. Principem locum tenere, uel obtinere. Cic Qui in mea ſalute principem ſemper locum, autoritatemq; tenuiſtis. Principatus. Cic. Quod quanquam intelligo me cum multis eſſe facturum, tamen appetam huius rei principatum. Principatum tenere. Cic. Multa in noſtro collegio præclara ſunt, ſed hoc, de quo agimus, in primis: quòd ut quiſq; ætate antecellit, ita ſententiæ principatum obtinet.

Deus, pro principe in re aliqua, & eo qui floret præ cæteris. Cic. In qua tu mihi ſemper deus uideri ſoles, id eſt, princeps. Deus ac parēs fortunæ, ac nominis mei, id eſt, autor et tutor. Cic Cuius ego patrem deū, ac parentem ſtatuo fortunæ, ac nominis mei & fratris, rerumq; noſtrarum.

Diuinus pro excellenti, & diuinitas pro præſtantia, & diuinitus pro admirabiliter Cicer. Idibus

bus Maijs Senatus frequens diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio denegãda. Idem. Multis cum alijs ſem per admirari ſolebã, unde eſſet illa tãta tua in cauſis diuinitas. Idem. Ille locus inductus eſt à me diuinitus.

Inuidia actiuè, eſt actus ipſe inuidẽdi, uel eſt do lor ob alienam fœlicitatẽ ſuſceptus. Ci. Is pro honore meo puſillorũ, & maleuolorũ obtrectatiiones, et inuidias non proſternat, atq; obterat? Inuidia æſtuare. Sall. Nanq; anteà pleraq; nobilitas inuidia æſtuabat, & quaſi pollui ſenatum credebat, ſi eum quamuis egregius, nouus homo adeptus foret Inuidiam depone re. Ci. Huic ſubuenire uult ſuccũbenti, iam oppreſſo Syllanis oneribus, graui ſua lege, ut liceat illi inuidiã deponere. Inuidentia eſt ægritudo animi, quæ propter res ſecũdas alterius cõtrahitur. Ci. Ab inuidendo inui dentia rectè dici poteſt, ut effugiamus ambiguũ nomẽ inuidiæ, quod uerbũ ductũ eſt à nimis intuẽdo fortunã alterius. Inuidia paſſiuè, eſt uel dicto, uel facto in alte rum maleuolentiæ concitatio. Cic. Quo ſtudio prouidit, ne qua me illius temporis inuidia attingeret? Inuidiam quærere in aliquem. Ci. Pro Rab. Poſthu mo Quod iudices ne faciatis, oro obteſtorq; uos, atq; eo magis ſic aduentitia pecunia petitur ab eo, cui ſua non redditur. Nam in eum, cui miſericordia opitulari debeat, inuidia quæſita eſt. Inuidiam concitare,

cõmouere, conflare, facere, parare. Cic. *Multo verò te opinio feſellit, qui mihi parare putaſti inuidiam ex re mea familiari.* In inuidiam adducere. Cic. *In ſummam enim inuidiam L. Quintius concionibus cũ quotidianis, ſeditioſis, & turbulentis adduxerat.* Rapere in inuidiã. Cic. *Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit?* Inuidiam transferre, aſſumere, ſubire. Cic.. *Poteriſne eius orationis ſubire inuidiam?* Inuidiam conferre in aliquem. Cic. *Mortis illius inuidiam in L. Flaccum Lælius conferebat.* In inuidiam uenire. Idem. *In inuidiam porrò magnam illa iudicia uenerant.* Habere inuidiam, id eſt, eſſe in inuidia. Cic. *Cùm Scaurus nonnullam haberet inuidiam ex eo, quòd Phrigius Pompeij locupletis hominis bona ſine teſtamento poſſederat.* In inuidia eſſe. Cic. *Nõ enim poterimus ulla eſſe in inuidia, ſpoliati opibus, et illa ſenatoria potentia.* Eſſe inuidia, pro in inuidiam. Cic. *Comitiorũ quotidie ſinguli dies tolluntur obnuntiationibus magna uoluntate bonorũ omnium. Tanta inuidia ſunt* C O S S. *propter ſuſpitionem pactorum à candidatis præmiorum.* Inuidiam ſuſtinere, augere, inflammare, lenire, ſedare, comprimere, reſtinguere, uel extinguere, decedere. Sall. *Metellus interea Romam profectus, contra ſpem ſuam lætiſsimis animis accipitur, plebi patribusq́;*

postquàm

poſtquàm inuidia deceſſerat, iuxtà charus. Ex inuidia laborare. Cic. Quod ſi omnes qui eodē loco nati ſunt, facerent, & reſpub. ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarent. Inuidia premi. Cic. Cùm & inuidia, & odio populi tum Gallia premeretur. Inuidia flagrare, redundare, ardere. Cic. Res ardet inuidia. Deonerare ex inuidia. Cic. Quid cùm commiſerari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traijcere ceperit? &c. Mittere inuidiæ ſanguinem, pro inuidiam decedere. Cic. Miſſus eſt inuidiæ ſanguis ſine dolore. Inuidiam poni, pro deponi. Cic. Deniq; illa definitio iudiciorum æquorum, quæ nobis à maioribus tradita eſt, retineatur, ut in iudicijs, & ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidiam ponatur. Leuare inuidia, liberare. Cic. Balbum leuari inuidia per nos uelim, ſed ne ipſe quidē id fieri poſſe confidit, itaq; alia cogitat. Inuidioſum actiuè eſt, qui inuidet. Ouid. Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas. Omnia deſtruitis. Paßiuè eſt idem, quod inuidia preſſum, uel odioſum. Cic. Quare ſibi habeant ſapientiæ nomen, & obſcurū & inuidioſum.

Odium. Cic. Quid enim tam peruulgatum, quàm illius in me odium? Odium excitare, uel concitare. Cic. Qua de cauſa dicamus excitatū eſſe in aratores tam infeſtum odium. Odium ſtruere, conciliare,

 creare

Vt quod odiũ ſcelerati homines, & audaces in Rempublicam, & in omnes bonos conceptũ iamdiu contineret, id in me uno potius, quàm in optimo quoq;, & uniuerſa ciuitate deficeret. Odium ſuſcipere, *uel capere actiuè.* Cic. *Sed ſi qui ſunt, quibus infinitum ſit odium, in quo ſemel ſuſceptũ ſit, quos uideo eſſe nonnullos, cum ducibus ipſis, non cum comitatu, aſſectatoribusq; confligant.* Eſſe odio in aliquem, *id eſt, odium habere.* Cic. *Tametſi in hunc hoſtili odio, & crudelitate eſt, mater inquam appellabitur.* Odio flagrare, *pro odium habere.* Idem. *Neq; enim facilè eſt perficere, ut iraſcatur ei, cui tu uelis, iudex, ſi tu ipſe id lentè ferre uideare: neq; ut oderit eum, quem tu uelis, niſi teipſum flagrantem odio antè uiderit.* Odium habere, profiteri, indicare, exprome re, ſaturare, explere, lenire, ſubleuare. Cic. *Sed mehercule non multum M.* Octauius *eorũ odia, qui Hirrum premunt, quæ permulta ſunt ſubleuat.* Odium aliquem tenere. Cic. *Summum me eorum ſtudium tenet, ſicut odium iam cæterarum rerum.* Odium eſſe alicui cum aliquo. Cic. *Cur eadem Reſpublica, quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non poßit? quod mihi odium cum P. Clodio fuit? &c.* Odium mitigare, ſedare, placare, reſtinguere, ſorbere, *uel conquere.* Cic. *Sed me ab eo ita obſcurari*

obſcurari ſcio, ut eius iſta odia non ſorbeam ſolùm, ſed etiam concoquam. Odium effundere Ci. Sic odium quod in ipſum attulerant, id in eius imaginē ac ſimulachrum profuderunt. Odium deponere, depellere, propulſare, renouare, uel reuocare ad odium. Ci. Animos equitum Roman. apud quos tum iudices cauſa agebatur, ad Quinti Cepionis odium, à quo erat ipſi propter iudicia abalienati, renouabam atq; reuocabam. Odium incendere. Idem. Cedamus igitur, & bellum Italiæ terra, mariq; inferamus, & odia improborum, rurſus in nos, quæ extincta ſunt, incendamus. Odium, pro tædio, uel moleſtia. Terent. Nunquàm tuo odio me uinces. Odioſus pro moleſto. Plaut. Tandem es odioſus mihi? Odioſus, pro eo, qui odio habetur. Cic. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium.

Maleuolentia. Ci. Voluptatis autem partes hoc modo deſcribunt, ut maleuolentia ſit uoluptas ex malo alterius ſine emolumento. Maleuolentia ſuffuſus uel infuſcatus, id eſt, maleuolus. Ci. Laudãda eſt uel etiam amanda uicinitas retinens ueterem illum officij morem, non infuſcata maleuolentia, non aſſueta mendacijs, nõ fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis, uel ſuburbano, uel etiam urbano. Maleuolentiæ occurrere. Brut. Maleuolẽtiæ hominũ in me, ſi

poteris

poteris occurres. Maleuolentia liberare. Cic. *Non eſt tibi his ſolis utendum exiſtimationibus ac iudicijs, qui nunc ſunt hominũ: ſed his etiam, qui futuri ſunt, quanquam illorum erit uerius iudicium obtrectatione, & maleuolentia liberatum.*

Inimicitiæ Ci. *Id poſtquam reſciit, excanduit. & me cauſam inimicitiarum quærere clamitauit.* Inimicitia. Cic. *Inimicitia eſt ira ulciſcendi tempus obſeruans.* Inimicitias *appetere, indicere, denunciare, concipi, ſuſcipere, adire.* Cic. *Sudandum eſt ijs pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, ſubeundæ ſæpe pro republica tempeſtates, cum multis audacibus, improbis, nonnunquàm etiam potentibus dimicandum. Vocare ad inimicitias.* Brut. *Vocemus te ad nullas inimicitias, ſed tamẽ pluris noſtram libertatem quàm tuam amicitiam æſtimemus. Ad inimicitias uenire* Cic. *Ad inimicitias res ueniſſet. Ad inimicitias, deſcendere.* Idem. *Qui non odio inimicitiarum ad accuſandum, ſed qui ſtudio accuſandi ad inimicitias deſcenderunt. Eſſe inimicitias alicui cum aliquo.* Cic. *Erant ei ueteres inimicitiæ cũ duobus Roſcijs Amerinis.* Inimicitias *eſſe inter aliquos.* Ci. *Inimicitias enim inter ipſos fuiſſe confiteor.* Inimicitias *intercedere cũ aliquo.* Idem *Quod quidem facerẽ uehementius, niſi intercederent mihi inimicitiæ cũ iſtius mulieris uiro.*

In

In inimicitias conuertere. Cic. *Cauendum uerò eſt, ne etiam in graues inimicitias conuertant ſe amicitiæ: è quibus iurgia, maledicta, contumeliæ gignantur.* Inimicitias *habere, exercere, gerere, explere, perſequi, extinguere, donare, concedere.* Cic. *Si mihi non licet, per aliquos gloriari, me dolorē, atq; inimicitias meas* Reipublicæ *conceßiſſe.*

Simultas. Ci. *Sin autem iam ſuberat ſimultas, extincta erat conſuetudo, diſsidium extiterat.* Simultatem *ſuſcipere, ſubire, habere cum aliquo.* Cic. *Qui, enim poterat in gratiam redire cū* Oppianico *Cluentius, qui cum matre habebat ſimultatem?* Simultatem *eſſe alicui cum aliquo.* Cæl. *Cum quo ſimultates ſi tibi non fuiſſent, liberius tibi de tota re eſſet.* Simultatem *gerere cum aliquo.* Ci. *Patere, obſecro, te, pro repub. uideri geßiſſe ſimultatem cum patre eius: non contemꝑſeris hanc familiam.* Simultatem *exercere, deponere.* Cic. *Qui ſimultatem humaniſsimè deponerent.*

Obtrectatio. *Cic. Quorum maleuolentißimis obtrectationibus nos ſcito de uetere illa noſtra, diuturnaq; ſententia propè iam eſſe depulſos.* Habere *obtrectationem id dicitur, in quod cadere poteſt obtrectatio, ſcilicet in quo obtrectationis cauſa ineſſe uideatur, uel quod obtrectationis argumentū præbeat.* Ci.

Accidit

Accidit mihi, quod homini prudenti, & cupido ſatis faciendi Reipublicæ, bonisq́; omnibus accidere ſolet, ut conſilium ſequerer periculoſum magis, dum me, probarē, quàm tuũ, quod habere poſſet obtrectationē.

Obtrectare Cic. Mihi in animo eſt legum lationem expectare, ſi obtrectabitur, utor autoritate Senatus, et potius uita, quàm patria carebo. Obtrectare alicui. Idem. Non tam id laboro ut, ſi qui mihi obtrectent, à te refutētur, quàm intelligi cupio me à te amari. Obtrectare aliquem. Cic. Hanc tibi conſuetudinē pleriſq; in rebus bonos obtrectandi ſi quis detraxerit. qui tibi uelit detrectare, non relinquetur. Detrectare cum accuſatiuo. Sall. Quipppe res humanæ ita ſeſe habēt, in uictoria uel ignauis gloriari licet: aduerſæ res etiam bonos detrectant.

Detrahere pro obtrectare. Cic. Quantum poteſt, de autoritate ſenatus detrahit. Obtrectator. Cic. Habes obtrectatores, quos equidem facilimè ſuſtineo, ſed impediunt tamen.

Inuidere. Ci. Sed quæ eſt inuidia, aut quid mihi inuideri poteſt? Inuidere in re aliqua Ci. Ego uero ita feciſſem, niſi interdum hoc Craſſo paulùm inuiderem. Inuidere cum datiuo & accuſatiuo. Verg. Liber pampineas inuidit collibus uuas.

Aemulari. Cic. Cumq́; corporis facibus inflāmari

mari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates, eoq; magis incendi, quod his æmulemur, qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus.

Inuidus, *uel æmulus. Terent. Iſtum æmulum, quoad poteris, ab ea pellito. Cic. Quod ſi id crimen, homini nouo eſſe deberet, profecto mihi, neq; inimici neq; inuidi, defuiſſet.*

Diſrumpi *eſt ui rumpere, uel uehementer agitare. Cic. Quare diſrumpatur iſta furia atq; audiat hæc ex me.*

Flagrare *inſania. Cic. Conſules flagrant inſania, quod C. Memmius candidatus pactionem in Senatu recitauit, id eſt, inuidia diſrumpuntur, uel dolore grauiter afficiuntur.*

Odiſſe. *Ci. Eſt bellum aliquem odiſſe libenter, quemadmodũ non omnibus ſeruire. Odiſſe cũ quibuſdã aduerbijs elegãter ponitur. Ci. Quo neminẽ ueterani peius oderunt. Idem. Hunc ſi acerbè, & penitus oderat, nõ eũ quàm diutiſsime uiuere uelle debebat.*

Inimicus. *Cic. Quos tibi partim inimicos intelligis, propter propugnationem tuam ſalutis, partim inuidere propter illius actionis amplitudinẽ. Idẽ. Cui te inimicum meo nomine eſſe uolo.*

Maleuolus. *Cic. Ille ſi omnibus eſt maleuolus, quod nunquàm exiſtimaui, minus offendor in me.*

Hoſtis

Hoſtis eſt, quiſquis nobiſcum inimicitias gerit, aut qui nobis grauius aduerſatur. Cic. Omnibus inimicis reipublicæ eſſe me acerrimum hoſtem præ me fero. Hoſtis pro eo qui bellum infert. Cic. Hoſtem eſſe in Syria negant ullum.

Emiſſarius is eſt, qui paratus eſt inuehi in aliquem. Cæl. Et præterea de ui reus, à quodam ſuo emiſſario eſt factus. Vel eſt cōciliator furtorum, atq; internuntius eorum, quæ à magiſtratibus, uel dominis committuntur. Cic. Næuius Turpio quidam iſtius excurſor, & emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu deterrimus.

Oppugnare. Cic. Hammonius regis legatus apertè pecunia nos oppugnat. Idem. Non ego oppugnaui fratrem tuum, ſed fratri tuo repugnaui.

Impugnare. Cic. Vt et in præſens ſceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem.

Inuehi eſt inuadere, uel oppugnare. Cic. Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt. Inuehens pro inuectus, Cic. Hærebat nebulo, quò ſe uerteret, non habebat: quippe in his ipſis temporibus domi Cæſaris percuſſor ab iſto miſſus deprehenſus dicebatur eſſe cum ſica: de quo Cæſar in Senatu apertè in te inuehens, queſtus eſt.

Inuadere, eſt inuehi, uel in aliquem ex-

candeſcere. Cic. Vt in eum non inuaſiſſe, ſed incurriſſe uideatur.

Incurrere eſt inuehi. Cic. Cùm etiã ſi odio par fuerit in eos, quos læſit, tamẽ certè non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate uerborũ incurreret.

Irruere. Cic. In quem quiſq; per homines concitatos irruerit, in quem impetum pertulerit.

Inſectari, uel conſectari. Cic. Deſine locum petulentiſſima conſectari lingua, deſine morbo procacitatis iſto uti, deſine unum quenq; moribus tuis æſtimare. Idem. Scribis me maximo ocio egiſſe, ut inſectarer Antonios.

Inſequi pro inſectari. Cic. Sed homines beneuolos, qualeſcunq; ſunt, graue eſt inſequi contumelia.

Perſequi. Sall. Accepta iniuria ignoſcere, quàm perſequi malebant.

Inſectatio. Brut. Nec tamẽ impetraturũ confido: tanta eſt hominũ inſolentia, & noſtri inſectatio.

Lædere eſt iniuria uel contumelia afficere, & ad omne inſectationis genus transfertur. Cic. Nam prior lex nos nihil lædebat.

Violare eſt uim adferre, uel lædere, uel offendere. Cic. Nemo ab eo ciuis uiolatus, multi beneficio, & miſericordia liberati.

Pungere eſt irritare, uel offendere. Cic. Extrema

trema pagella pupugit me tuo chirographo, id eſt, offendit, uel læſit.

Repungere. Cic. *Quoniamq; illi haberent ſuum Publium, darent mihi ipſi alium Publiũ, in quo poſſem eorum animos mediocriter laceßitus, leuiter repungere.*

Aculei *pro inſectatione.* Cic. *Fuerunt nõnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio.*

Mordere. Cic. *Inuidere omnes mihi, mordere clanculum, ego uerè flocci pendere.*

Tangere *pro mouere.* Cic. *Minæ Clodij, contentionesq;, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt, etenim uel ſubire eas uideor mihi cum ſumma dignitate, uel declinare nulla cum moleſtia poſſe.*

Laceſſere *eſt prouocare, tentare ad pugnam, & ad concertationem.* Cic. *Scio enim te nõ eſſe procacem in laceſſendo.*

Irritare. Terent. *Quam primum abſoluito te: ne ſi magis irritatus ſiet, aliquà ad patrem hoc permanet, atq; ego tunc perpetuò perierim.*

Tentare *pro irritare.* Cic. *Erat enim metus iniectus ijs nationibus, quas nunquam pop. Rom. neq; laceſſendas bello, neq; tentandas putauit.*

Incendere *pro iratiorem reddere* Virg. *In-*

cenditq; animum dictis, atq; aggerat iras.

Stomachus *pro indignatione. Cic. Superiori epiſtolæ quid reſpondeam, nihil eſt, quæ plena ſtomachi, & querelarum eſt. Facere ſtomachum. Cic. Ita mihi uidetur non minus ſtomachi noſtro Cæſari feciſſe. Stomachum mouere. Idem. In quo tamen ille mihi riſum magis, quàm ſtomachum mouere ſolet. Stomacho eſſe. Cic. Et multa prætereo, quæ tum mihi maiori ſtomacho fuerunt quàm ipſi Quinto. Stomachum habere. Cic. Nec tam animum me, quàm ſtomachum habere arbitrantur. Stomachum erumpere in aliquem. Cic. Hunc tu Tralatum, & in Macrocollum lege in arcano conuiuis tuis, ſed, ſi me amas, hilaris, & bene acceptis, ne in me ſtomachum erumpant, cùm ſint tibi irati. Stomachari pro indignari. Cic. Sed ſtomachari deſinamus, tempori pareamus. Stomachari cum accuſatiuo. Terent. Id equidem aduenieris mecum ſtomachabar modò. Stomachari cum præpoſitione. Cic. Ex quo genere etiã illud eſt, quod Scipio apud Numantiam, cùm ſtomacharetur cum C. Metello, dixiſſe dicitur: ſi quintum pareret mater eius, aſinum fuiſſe parituram*

Bilis, *pro mouere, commouere & concire. Cic. Etſi, ut ſcribis, bilem id commouet, & latoribus, & auſpicibus legis curiatæ, egregium ſpectaculum.*

Ira

Ira. Cic. *Quæ autē libidini ſubiecta ſunt, ea ſic diffinit: ut ira ſit libido puniendi eius, qui uideatur læſiſſe iniuria.* Iram concire. Terent. *Fortaſſe unum aliquot uerbum inter eas iram hanc conciuerit.* Iram oriri. Terent. *Omnē rem narrabit, ſcio, cōtinuò ſola ſoli, quæ inter uos interuenit, unde ortū eſt initiū iræ.* Iram eſſe inter. Idē. *Iræ ſunt inter Glicerium & gna tum meum.* Iram inter aliquos intercedere. Idem. *Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe* Parmeno, *unde ira inter eas interceßit, quæ tam permanſit diu.* Ira incendi. Cic. *Sæpe incenſum ira uidi, ſæpe placatum.* Iram gerere, euomere in aliquem. Teren. *Nihil eſt, quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam, ut iram hanc in eos euomam omnē.* Iram deferueſcere. Cic. Rogandi *ſunt, orandiq;, ut ſi quam habent ulciſcendi uim, differant in tempus aliud, dum deferueſcat ira.* Iram expedire, pro ſedare iram. Terent. Rem *cognoſces, iram expedies, rurſum in gratiam reſtitues.* Iram miſſum facere. Idē. Nam *ſi com perit crimini tua ſe falſò uxor crediſſe, miſſam iram faciet.* Iram abſcedere ab aliquo, uel decedere. Idem. Decedet *iam ira hæc.*

Iracundia. Cic. Non *laboraui ſcilicet, nec ho minis alieni iniuſtißimam iracundiam mihi curandam putaui.* Ad iracundiā adducere. Cic. *Cohortatio eſt,*

quæ aliquod peccatum amplificans, auditorē ad iracūdiam adducit. Iracūdia efferri, inflammari, ardere, furere. Ci. Quē poſteaq̃ uidit nō adeſſe, dolere ardere, atq; iracundia furere cœpit. Iracundiam exercere, reprimere, remittere, omittere, dimittere, continere, ſedare. Cic. Vterq;, cum ciuis egregius fuiſſet, populi ingrati pulſus iniuria, ſe ad hoſtes cōtulit, conatumq; iracūdiæ ſuæ morte ſedauit. Iracundiæ ſeruire, id eſt, obſequi. Ci. Sed ego in hac ſentētia dicēda nō parebo, dolori, nec iracūdiæ ſeruiam. Iracūdiæ reſiſtere. Cic. Quotidieq; meditere reſiſtendū eſſe iracūdiæ. Iracūdè. Ci. Nimis iracūdè hoc quidē, et ualde intēperāter.

Iraſci. Terent. Ille continuò iraſci, neq; negare audere. Iraſci cum aliquo. Cic. Mihi uerò ne Scipio quidem ille pont. Max, qui hoc Stoicorum uerum eſſe declarauit, nunquàm iratum eſſe ſapientem, iratus uidetur fuiſſe cum Trib. Graccho, tum, cùm conſulem, languentem reliquit.

Indignari cōmoueri ſignificat, uel offenſione aliqua, uel ingenuo & libero, aut oblato faſtidio. Cic. Duodecimus locus eſt, per quē indignamur, quod nobis hoc primis acciderit. Indignatio. Cic. Ad quā uolemus indignationem animum auditoris adducemus.

Exardere. Cic. Hic cum homini uehementi, et diſerto, & in primis forti ad reſiſtendum Philippo,

quaſi quaſdam faces admouiſſet, non tulit ille, & grauiter exarſit.

Excandeſcere. Cic. Hæc nullam habet uim, niſi ira excauduit fortitudo. Excandeſcentia Ci. Excandeſcentia eſt ira naſcens, & ſine modo exiſtens.

Fremere propriè eſt undarum, & procellarum, quæ tempeſtate ſublatæ fremunt. Vnde fremere ponitur, pro uehementius commoueri, atq; id ferè nõ ſine ſtrepitu, & tumultu, aut perſpicuò indignationis ſigno. Ci. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem. ut fremitũ aſſueſceret uoce uincere. Tranſlatè. Ci Conſulares duce Fauonio fremũt.

Iniuria dicitur, quicquid, nõ iure fit, ſiue re, ſiue uerbis Ci. Nulla meipſum priuatim pepulit inſignis iniuria. Iniuriam facere. Idem. Rurſus ſtultè iniuriam illi faciam illuſtrem. Iniuriam conflare, naſci. Ci. At enim inter hos ipſos exiſtunt graues controuerſiæ, multæ naſcuntur iniuriæ, magnæ contentiones cõſequuntur. Iniuria afficere. Cic. Qui affecti iniurijs ad opẽ iudicũ ſupplices, inferioresq; cõfugiunt. Iniuriã imponere. Ci. Aut iniuriã ſine ignominia ſibi imponerent. Iacere, uel immittere iniuriam in aliquem. Cic. Iactam & immiſſam à te nefariam in me iniuriam ſemper duxi tamen proueniſſe ad me nunquàm putaui. Iniuriam offerre, uel inferre. Cic.

Sed iniuſtitiæ duo ſunt genera, unum eorum, qui infe runt: alterum eorum, qui ab ijs, quibus infertur, ſi poſſint non propulſant iniuriam. Iniurijs onerare, reſi ſtere. Cic. *Cæteris iniurijs, quæ propoſitæ ſunt à Catone, facilè ut ſpero, reſiſtemus.* Iniuria lacerare. Cic. *Cùm fructus diripiebantur aratorum, atq; omni lace rabantur iniuria.* Iniuriam accipere, leuare, perſequi, inſectari, ulciſci. Cic. *Quam eius iniuriam inſector?* Iniuria affligi, prohibere, abſtinere. Cic. *Quotus enim quiſq; reperietur, qui impunitate, & ignoratione omniū propoſita, abſtinere poßit iniuria.* Iniuriam hærere in aliquo. Cic. *Ea natura rerum eſt, & is temporum curſus, ut non poßit iſta, aut tibi, aut cæteris fortuna eſſe diuturna: neq; hærere in tam bona cauſa, et in tā bonis ciuibus tā acerba iniuria.* Detrahere ab iniuria. Ci. *Quē cū cōperiſſē omnē ſui tribunatus conatū in meā perniciē parare, atq; meditari, egi cum Clodia uxore tua, & cū ueſtra Sorore Mutia, ut eū ab ea iniuria detraherent.* Iniurias reuellere. Idem. *Inde oppidis ijs, quæ erant mirabiliter accepti perilluſtres fuimus, honorificisq; uerbis omnes iniurias reuellimus, ſuperiores.* Iniurias propulſare. Cic. *Si metuis: ab eo ne aliquid metuis, quem uides ipſum ab ſeſe tam atrocem iniuriam propulſare non poſſe?* Iniurioſum. Cic. *Quòd ſi uerò non intelligamus, ab inuito emere,*

iniurioſum

iniurioſum eſſe, ab non inuito quæſtuoſum. Iniurius, pro eo qui facit iniuriã. Terẽt. Enimuero reticere nequeo, multis modis iniurius Clitipho, neq; ferri potis eſt. Iniurium eſt, iniquum. Plaut Si mihi dat operam, me illi iraſci iniurium eſt. Iniurioſè. Cic. Quæ in magiſtratibus iniurioſè decreuerant, eodem ipſis priuatis erat iure parendum. Iniuria in ablatiuo, pro abs re. Cic. Hoc horret Milo, nec iniuria.

Contumelia paulo durior eſt, & aſperior, quàm iniuria, fitq; & re, & uerbis. Cic. Multa dixit, & fecit cum quadam mea contumelia. Aculei contumeliarum. Cic. Sed ut in Scæuolam, continuit ea Craſſus, atq; illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, cauſam illam, diſputationemq; luſit. Ad contumelias deſcẽdere. Cæſ. de bell. Ciuil. III. Iam de ſacerdotio. Cæſar. Domitius, Scipio, Spinterq; Lentulus quotidianis contentionibus ad grauiſſimas contumelias palàm deſcendunt. Contumeliam iácere in aliquem. Cic. Equidem uehementer lætor, eum eſſe me, in quem tu, cum cuperes, nullam contumeliam iácere potueris, quæ non ad maximam partem ciuium conueniret. Contumeliam dicere, facere, intorquere, imponere, accipere, pati. Brutus. Neque uſquàm exul eſſe poſſum, dum ſeruire, & pati contumelias,

peius odero malis omnibus. Contumelijs onerare. Cic. Omnibus enim cõtumelijs onerasti, quem patris loco, ſi ulla pietas in te fuiſſet, colere debebas. Contumelijs operire, lacerare. Cic. Cùm uerborum contumelijs optimum uirum inceſto ore laceraſſet tum uerberibus ac tormentis, quæſtionem habuit pecuniæ publicæ, &c. Contumelia uexare Idem. Multis uexatus contumelijs, plurimis agitatus iniurijs, non turpis ad te, ſed miſer confugit. Vertere in contumeliam Cæſ. Is reliquo ſermone confecto, cuius rei cauſa uenerat, habere ſe à Pompeio ad eum priuati officij mandata demonſtrat, uelle Pompeiũ Cæſari purgatum, ne ea ſe quæ Reipub. cauſa egerit, in ſuam contumeliam uertat. Contumelioſus. Cic. At quam contumelioſus in edictis? quàm barbarus? quàm rudis?

Ignominia. Cic. Hæc iniuſta eſt à te, à te inquam, mortuo Cæſari nota ad ignominiam ſempiternam. Ignominiam habere. Cic. Quod uero ita auocatur à Mutina, ut ab urbe tanquam peſtifera flamma arceatur, quàm habet ignominiam? Ignominia afficere, notare, appetere. Cic. Ignominijs omnibus appetitus. Ignominia deformare. Cic. Quo ſe uertet miſer? domúmne? ut eam imaginem clariſſimi uiri parentis ſui, quàm paucis ante diebus Laureatam in ſua gratulatione cõſpexit, eandem deformatam ignominia

minia lugentemq; uideat? Ignominiam inurere. Idem. Hanc inſignem ignominiam, quoniam uin præter ſe inuſta eſt, putet eſſe leuiorem. Ignominiam cadere in aliquem. Cic. In illo communi incommodo nulla in quemquàm propria ignominia nominatim cadebat. Ignominiam accipere, ferre. Cic. Ignominiam & infamiam ferunt ſine dolore.

Conuitium. Cic. Epiſtolam hanc conuitio efflagitarunt codicilli tui. Conuitium facere. Idem. Cùm enim magnum conuitium fieret cuncto à Senatu. Conuitio iactare. Cic. Cùm pro Miloni diceret, clamore, conuitioq; iactatus eſt. Conuitiũ ſuſtinere. Cic. Improborum conuitia ſuſtinere non poteram.

Maledictum. Cic. Maledicto quidem ideirco nihil in hiſce rebus loci eſt, quòd omnia laus occupauit. Maledictum arripere. Idem. Quare cùm iſta ſis autoritate, nõ debes Marce arripere maledictũ ex triuio, aut ex ſcurrarũ aliquo conuitio. Maledicta in aliquẽ dicere. Cic. Cùm omnia maledicta, uerſus etiam obſcœniſſimi in Clodium, & Clodiam dicerentur, ille furens & exanguis, &c. Maledicti loco ponere, uel, obijcere in loco maledicti. Cic. Túne etiam immaniſſimum ac fœdiſſimũ monſtrum auſus es meũ diſceſſum illũ teſtem ſceleris, & crudelitatis tuæ, & maledicti & contumeliæ loco ponere? Maledictum in aliquem

conijcere

conijcere. Cic. Atq; hæc, nec ulla alia ſunt conieƈta maledicta in eius uitam: de cuius uos pudore, religione, integritate dubitatis. Maledicta in aliquem conferre, congerere. Cic. At quàm cõtumelioſus in edictis, quàm barbarus? quàm rudis? primũ in Cæſarẽ maledicta congeßit, deprompta ex recordatione impudicitiæ, & ſtuprorũ ſuorũ. Maledictorũ notis inurere. Cic. Pergit in mea maledicta, quaſi uerò ei pulcherrimè priora præceſſerint, quæ ego iniuſtum uerißimis maledictorũ notis tradam hominum memoriæ ſempiternæ. Maledictis figere, uexare. Cic. Zeno quidem non eos ſolùm, qui tum erant Apollodorum, Syllam, cæterosq; figebat maledictis, ſed Socratẽ ipſum parentem philoſophiæ. Maledictum extinguere, effugere. Cic. Qui in uberrima re turpi compendiũ, in maledicentißima ciuitate, in ſuſpicioſißimo negotio maledictum omne, nõ modò crimen effugit. Maledictio. Cic. Maledictio aũt nihil habet propoſiti præter cõtumeliam, quæ ſi petulantius iactatur, conuitiũ: ſi facetius, urbanitas nominatur.

Probrum *ſignificare dicimus iniuriam, uel infamiam, quoquo modo conflatam. Cic. Tuum ſcelus, meũ probrũ putas eſſe oportere. Probrũ obijcere. Cic. Quòd ſi in iſto tuo maledicto probrum nõ modò mihi nullum obiectas, ſed etiam laudẽ illuſtras meam,*

quid

quid te aut fieri, aut fingi dementius poteſt? Probrum inferre. Cic. *Ne probrum caſtis, labem integris, infamiam bonis inferat. Probrum ingerere.* Liuius. *His freti occurſant portis, ingerunt probra, ægrè abſtinent, quin caſtra oppugnent. Probro eſſe.* Cic. *Vitãq; hanc ruſticam, quam tu probro & crimini putas eſſe oportere, & honeſtiſsimam & ſuauiſsimam eſſe arbitrantur. Probris uexare.* Cic. *Atque hoſpitem meum probris omnibus, maledictisq; uexat. Ex probris emergere.* Cic. *Quapropter nulla res eſt, quam ob rem ego iſtum nolim ex paternis probris ac uitijs emergere.*

Vituperare *eſt crimini, uel culpæ dare: uel de dignitate, & autoritate alicuius detrahere, uel deformare.* Cic. *In illorum enim numero mauult* T. An*nius eſſe, qui à te uituperãtur. Vituperatio.* Ci. *Gloriã in morte debent ij, qui in Republica uerſantur, non culpæ reprehenſionem, & ſtultitiæ uituperationem relinquere. In uituperationem adducere.* Cic. *Adductus erat in ſermonẽ, inuidiã, uituperationẽ. In uituperationẽ cadere, uenire.* Ci. *Nunquã .n. ſi denarijs quadringentis cupidinẽ illũ putaſſet, commiſiſſet, ut propter eum in ſermonẽ hominum, atque in uituperationẽ ueniret. Vituperationem ſubire.* Cic. *Poſtremò ſe libenter uituperationem ſubire, quod amaret etiã mortuum*

nitur. Cic. Cuius ut adoleſcentiæ maculas, ignominiaſq; prætercam. Maculam concipere. Cic. Sic ſe res habet iudices magnam uim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus, maternusq; ſanguis: ex quo ſi qua macula concepta eſt, non modo laui non poteſt, uerum uſq; eò permanat ad animum, ut ſummus furor, atq; amentia conſequatur. Eſſe maculæ. Cic. Ne iſta ſua turpitudine ordini honeſtiſſimo maculæ, atq; dedecori ſit. Maculam inurere, ſuſcipere, eluere, delere. Cic. Delenda eſt nobis illa macula Mytridatico bello ſuperiori ſuſcepta. Maculis aſpergere. Cic. Hunc tu uitæ ſplendorem maculis aſpergis. Macula afficere. Cic. In re tanta, quæ publicè geſta, atq; commiſſa ſit, qui non negligentia priuatum aliquod commodum læſerit, ſed perfidia, legationis ipſius ceremoniam polluerit, maculaq; affecerit, qua is tandem pœna afficietur?

Maculare. Cic. Quis non eius uoce maculari, Rempublicam, ſeq;, ſi eum audiret, ſcelere non aſtringi arbitraretur.

Nota pro labe, & turpitudine. Cic. O turpem notam temporum. Notam inurere, uel nota inuri. Cic. Quæ nota turpitudinis nō inuſta uitæ tuæ eſt? quod priuatarū rerū dedecus nō hæret infamiæ? Notā ſubire. Cic. Vos autē ſempiternas fœdiſſimæ turpitudinis

tudinis notas ſubieritis. Notare. Cic. *Hunc tu ætatem pernitioſa peſtis exulem appellare auſus es, cùm tantis ſceleribus eſſes, & factis notatus.*

Turpitudo. Cic. *Vt te cuius teſtimoniū propter turpitudinem uitæ, ſordesq́; domeſticas nullius momenti putaretur tacitus dimitterem.* Turpitudinem habere, delere. Cic. *Vos aliquot tam per annos conceptam huic orbi turpitudinem, atque infamiam poteſtis.* Turpitudine notari, fœdare. Cic. *A Sexto Serrano ſanctiſsima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inædificata, oppreſſa, ſumma denique turpitudine eſſe fœdata, neſcimus? In turpitudinem uenire.* Cic. *Si mehercule hæc tecum duo uerba feciſſes: quid ago? reſpiraſſet cupiditas, atque auaritia paululum: aliquid loci rationi, & conſilio dediſſes: tu te collegiſſes: non in eam turpitudinem ueniſſes, ut hoc tibi eſſet apud tales uiros confitendum.*

Turpis. Cic. *Eas dum lego, minus mihi turpis uideor.* Turpe eſſe, pro non decere, uel culpandum eſſe. Cic. *Turpe erit tibi, Pantheras græcas me non habere.* Turpare, uel turpificare. Cic. *An eſt ullum maius malum turpitudine? quæ ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis, quanta illa deprauatio fœditas turpificati animi debet uideri.* Idem. *Et Iouis aram ſanguine turpari.*

ſalabes

Labes Ci Quid dices ô neſanda, & pernitioſa labes ciuitatis. Labem aſpergere. Cic. Ne qua ex tua indignitate labes illius dignitati aſpergi uideatur. Labem eluere. Idem. Animi labes nec diuturnitate uaneſcere, nec manibus illis elui poteſt. Labes pro terræ hiatu, uel eſt uiolenta quædam, uel aquæ illuuies, uel tempeſtatis, grandinisúe impetu importata calamitas, & ruina, aut cum terra in altiſsimum hiatum aperitur. Cum autē labes fit, terra deſidere dicitur, quando ſcilicet magnis imbribus, uel ignota alia cauſa, hiatum facit. Cic. Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræq́; deſederint. Labes in eadē ſignificatione translatè. Ci.. An innocentiæ labem aliquam, aut ruinam fore putatis?

Deſidere. Cic. Hinc ille Gigas inducitur à Platone, qui cùm terra deſediſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit.

Labefactare. Cic Quam autem dicam uoluptatem iam uidetis, ne inuidia uerbi labefactetur oratio tua.

Deformare eſt turpem reddere, contaminare uel deprimere Cic. Sed ne id uiros optimos diutius delectet, legant hanc eius contionē, de qua loquor, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? Extra perſonam. Idem. Qui ſunt, qui Italiam deformauerunt?

m Cartha

Carthaginenſes.Deformis.Cic. Nam quod obiectum eſt de pudititia.quodq; omnium accuſatorum, non criminibus,ſed uocibus,maledictisq; celebratum eſt, id nunquam tam acerbè foret M. Cælius, ut eum pœniteat non deformem eſſe natum.Cic.Iocus in turpiculis, & quaſi deformibus ponitur. Deformoſitas pro quauis turpitudine.Cic. An corporis prauitates,ſi erunt perinſignes,habebunt aliquid offenſionis?animi deformitas non habebit?

Infamia *pro omni turpitudine, & dedecore. Cic.Impunitas enim peccatorum data uidetur eis, qui & ignominiam & infamiam ferunt ſine dolore. Eſſe infamia,eſſe in infamia,eſſe infamiæ.Ci. Rem eſſe inſigni infamia. Terent.Tum id clàm cauit, ne unquam infamiæ ea res ſibi eſſet,ut uirum fortem decet. Infamiam conflare,concipere,inferre. Cic. Ne probrum caſtis,labem integris,infamiam bonis inferat. Infamia aſpergere.Idem Qui iſtius facti non modò ſuſpicione,ſed ne infamia quidem eſt aſperſus. Infamiam habere.Cic.Oppreſſus eſt,C.Antonius,eſto,habuit quandam ille infamiam ſuam.Infamia flagrare,id eſt, ſumma infamia laborare, uel malè audire. Cic.in Verr. Act.2.Infamiā ſubire.Idem Qui mihi aut inimicitias putet periculoſas ſubeundas fuiſſe,aut infamiam ſempiternam.Infamiā fugere,uel effugere. Cic.Pompeiū & hortari, & orare, & iam liberius accuſare, &*

monere, ut magnam infamiam fugiat, non deſiſtimus Ab *infamia auertere.* Cic. *Quòd me à tanta infamia auerterit.* Infamia *leuare.* Cic. *Poteſtas erat iſti homini integro, atq; innocenti data, ut in Apronium cùm animaduertiſſet, ſeſe grauißima leuaret infamia.* Infamiā *delere.* Cic. *Vos aliquot iā per annos cōceptā huic ordini turpitudinē, atq; infamiā delere poteſtis.*

Infamis. Cic. *Quo in oppido multas familias in perpetuum infames tuis ſtupris, flagitijsq; feciſti.* Infamare. Cic. *Tu uelim animo ſapienti, fortiq; ſis, ut tua moderatio, & grauitas aliorum infamet iniuriam.*

Dedecus. Cic. *Iiſdem temporibus M. Brutus: in quo magnū fuit Brute dedecus generi ueſtro.* Eſſe *dedecori* Idem. *Sed uereor, ne, nihil cùm proficiam, etiā dedecori ſim.* Dedecus *concipere, admittere.* Cic. *Non ſum inquam (mihi crede) mentis compos: tantum mihi dedecoris admiſiſſe uideor.* In *dedecus incurrere.* Cic. *Pleriq; autem, quòd tenere, atq; ſeruare id, quod ſtatuerūt, nō poſſunt, uicti & debilitati obiecta ſpecie uoluptatis tradunt ſe libidinibus conſtringendos, nec quid prouenturum ſit, prouident: ob eamq; cauſam propter uoluptatē & paruam & nō neceſſariam, tum in morbos graues, tum in damna, tum in dedecora incurrūt.* In *dedecore uolutari.* Cic. *Num iuſiurandum cōtempſiſti? nō amicos prodidiſti? num parētē*

manus intuliſti? num denique in omui dedecore uolutatus es? Dedecus imprimere. Cicer. *Quorum lectione duplex imprimeretur Reipublicæ dedecus.* Dedecus ſuſcipere. Ci *Sed aliquod aut in Aſia ſuſceptũ, aut ex Aſia deportatum flagitium, ac dedecus, &c.*

Indignitas Cic. *Habet hic præmium, tua indignitas, ut adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate, & ſordibus tuis obtegatur.*

Indignum. Cic. *Nónne cùm multa indigna, tum uel hoc indigniſſimum eſt?*

Importunus. Cic. *Repentè exorta eſt mulieris importunæ nefaria libido.* Importunitas pro indignitate. Cic. *Huius importunitatem matris à filij capite depellite.*

Flagitiũ. Cic. *Horum flagitiorum iſte ueſtigijs omnia municipia, præfecturas, colonias, totam deniq; Italiam impreſſit.* Flagitium eſſe. pro turpe eſſe. Terent. *Non eſt flagitium, facere hæc adoleſcentulum.* Facere flagitium Cic. *Intelligitur Iudices id quod iam antè dixi, imprudente L. Sylla hæc, & flagitia fieri?* Flagitium concipere, admittere, committere, ſuſcipere. Cic. *Tantum eximia conſulis dignitas ualuit, ut omne is flagitium ſe committere putaret, ſi quis non ueniret.* In flagitijs uerſari. Cic. *Cuius aures unquam hoc reſpuerunt, contaminatum eſſe hominem à pueritia,*

ritia, non ſolùm intemperantia & ſcelere: ſed etiam conſuetudine, & ſtudio in omni flagitio, ſtupro, cæde uerſatum? Flagitijs inquinare, nobilitare. Terent. Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitijs, & eundem indicas. In flagitio uolutari. Cic. Ne, cùm omnes in omni genere & ſcelerum & flagitiorum uolutentur, noſtra nobiſcum, aut inter nos ceſſatio uituperetur. Ingurgitare ſe in flagitium. Idem. Quos utinam ita audires, ut erant audiendi, nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes. Flagitioſus. Cicer. Nec uerò audiendi ſunt Cynici, aut ſi qui fuerunt Stoici penè Cynici, qui reprehendũt, & irridẽt, quòd ea, quæ turpia re non ſint, uerbis flagitioſa dicamus. Flagitioſè Cic. Hortenſius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitioſè & turpiter.

Scelus. Cic. Non poteſt dici ſatis, ne cogitari quidem, quantum in illo ſceleris, quantum exitij fuerit. Scelerum machinator, uel architectus. Cic. Atque horum omnium ſcelerum improbiſſimum machinatorem Cymbrum Gabinium ſtatim ad me nihildum ſuſpicantem uocaui. Scelus concipere, moliri. Cic. Sexcenta alia ſcelera moliri. Scelus facere, perficere, admittere, ſuſcipere, edere. Cic. Infinita ſunt ſcelera, quæ ab eo in patriam ſunt edita. Scelere ſe contaminare. Cic Nomen quidem Po. Ro. tanto ſce-

lere contaminauit,ut id nulla re poßit,niſi ipſius ſup plicio,expiari. Scelere ſe deuincire. Idem. Eodem ſce lere conſcientiæ ſe deuinxit. Scelere ſe alligare,aſtrin gere. Cic. Metuit homo doctus, & ſapiens,ne L. Flac cus nunc ſe ſcelere alliget. Scelus ſcelere cumulare. Cic. Quòd ab his tot maleficijs ſceleris abeſſe uide tur: tamen hæc alijs nefarijs cumulant,atq; adaugēt. Eſſe in ſcelere. Cic. Vitricum tuum in tanto fuiſſe ſce lere fatebare, pœna affectum querebare. Sceleri affi nis. Ci. Circunſpicite paulißper mētibus ueſtris,ut alia omittamus,hoſce ipſos homines,qui huic affines ſcele ri eſſe uoluerunt. Scelere affluere,imbuere. Idem Cū autem ſemel gladium ſcelere imbuiſſet,nulla res ei fi nem cædendi,niſi defatigatio & ſacietas attuliſſet In ſcelere uolutari. Idem. Cùm omnes in omni genere & ſcelerum & flagitiorū uolutentur. Scelere cooperiri. Cic. Si qui ipſum tot,tantis, tam nefarijs ſceleribus coopertū iurati ſententia ſua liberarent. Abeſſe à ſce lere. Cic. Non longè abſum à ſcelere. Scelus prætermit tere,uel præterire. Idem. Quid Libonem prætermiſ ſurum ſceleris putas. Scelere ſolutus. Cic. Atq; hunc ille uir ſummus ſcelere ſolutū,periculo liberauit. Sce lere,uel à ſcelere liberare. Cic. Niſi hac æſtate abſolu tum erit,non putabo me ſcelere liberatū. Scelus expia re. Cic. Tua ſcelera dij immortales in noſtros milites expiauerint. Scelus, pro ſcelerato. Idem. Et tamen cæ

ptum eſſe moueri aliquot locis ſeruitiũ ſuſpicor. Terent. Scelus quemnam hic laudat? Sceleſtus, uel ſceleratus, ſceleroſus. Cic. Quæ mente ſcelerata, ac nefaria cupierunt. Idem. Clodium nihil arbitror malicioſè: quanquàm ſceleſte quidem egerit.

Facinus in bonam partẽ. Sall. Qui aliquo negotio intenti præclari facinoris, aut bonæ artis famã quærunt. Facinus in malam partẽ. Cic. Ibi noſtri coloni delecti ad omne facinus, à decemuiris collocabantur. Facinus ſceleris. Cic. Deniq; uti C Verrem, ſi eius omnia ſunt inaudita, & ſingularia facinora ſceleris, audaciæ, libidinis, auaritiæ, crudelitatis, etc. Adducere uel impellere ad facinus. Cic. Quem ne utilitas quidem uideatur impulſura fuiſſe ad facinus. Facinus facere, uel conficere. Cic. Si enim ita eſt, uide ne facinus facias, cùm mori ſuadeas potius. Facinus cõmittere, uel admittere. Cic Quod flagitiũ Lentulus non cũ Antronio cõcepit? quod ſine eo demũ illo Catilina facinus admiſit? Facinus ſuſcipere, obire. Cic. Ad huius uitæ ſtudiũ meditati illi ſunt, qui feruntur, labores tui: iacêre humi nõ modò ad obſiſtendũ ſtuprũ, uerumetiã ad facinus obeundũ. Facinoroſus. Cic. Quod ſi pœna, ſi motus ſupplicij, nõ ipſa turpitudo terret ab iniurioſa, facinoroſaq; uita, nemo eſt iniuſtus. Profligatus. Cic Hæc tu omniũ mortaliũ pfligatiſſimè ac perdi

tiſsimè, cùm ſcires, cùm audires quotidie, cũ uideres, ſi ſine tuo maximo quæſtu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere? atq; concederes? Perditus. Idē. *O conſilia diſſoluta, atq; perdita.* Proiectus. Cic. *Eſt idem Verres, qui fuit ſemper, ut ad audendum proiectus, ſic paratus ad audiendum.* Nequam. Cic. *Dij iſti Segulio maleſaciant, homini nequiſsimo omnium, qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt.* Nefarius. Cic. *Subitò exorta eſt nefaria Catonis promulgatio.*

Nequitia. Cic. *Sed ſi quis eſt inuidiæ metus, non eſt uehementius ſeueritatis, ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ, ac nequitiæ pertimeſcenda.* Nequiter. Cic. *Cur igitur nō bene? quia quod bene, id rectè, frugaliter, honeſtè. Ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat.*

Crimen *pro accuſatione, ſeu calumnia.* Cic. *Et ex ea crimen aliquod in P. Syllam quæris.* Crimen *pro ſpecie, uel forma delicti.* Cic. *Sceleris uerò crimine, furoris, parricidij, immunes ſint.* Crimen *pro ipſo delicto.* Idem. *Primùm ipſam multitudinem, & atrocitatem criminum pertimeſcebam.* Crimen conflare. Cic. *Atq; ei grauius etiam minari cœpit, quòd in ſe tantum crimen, inuidiamq; conflarit.* In crimen uocare. Idem. *Hoc tu igitur in crimen uocas, quòd cum ijs fuerit? id eſt crimini das?* In crimen uocare, *pro accuſare.* Cic. *Adſunt pari ſtudio Pompeiani, qui ab*

illis etiam in crimen uocantur: qui ita de ambitione, & de ſuffragijs ſuis cum colonis diſſenſerũt. Crimen *conijcere, uel conferre in aliquem.* Cic. H*æc omnia ſectatorum, ſpectaculorum, prandiorũ item crimina à multitudine in tuam nimiam diligentiam Serui cõiecta ſunt.* Crimen *adferre, uel inferre alicui.* Idem. Accu*ſatoris officium eſt, crimina inferre.* In *crimine ponere.* Cic. *Si illæ ſeditiones ſaluti huic ciuitati fuiſſent, non continuo, ſi quis motus populi factus eſſet, id* C. *Norbano in nefario crimine, atq; in fraude capitali eſſe ponendum.* Crimine *accerſire, uel accerſere.* Cic. *Nec, ſi ſibi ſemel periculum ambitus ſubeundum putaret, ipſe alterum iterum ambitus crimine accerſiret.* In *crimen incurrere, id eſt, uenire, uel incidere.* Idem. *Non deſino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumq; grati.* E*ſſe in crimine.* Cic. Vt *is eo crimine damnaretur, ne ipſe eſſet in crimine.* Crimen *hærere in aliquo.* Cic. In *quo non modò crimen non hærebat, ſed uix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio.* Crimen *diſſoluere, ponderare, deriuare, effugere, extenuare.* Cic. *Si hoc crimen extenuare uellet.* E*labi ex crimine.* Idem Q*uis erit tam amens, qui te ex tot, tantisq; criminibus elapſum, poſt quinquennium ſtatuarum nomine accerſat?* A *crimine abeſſe.* Cic. *Longè abſum ab eiuſmodi crimine.* Crimine *ca-*

rere. Cic. Ergo hæc duo tempora carent crimine.

Crimínoſum. Ci. Quos tu ſi ſodales uocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. Criminari eſt, crimini dare. Ci. Apud quem tu etiam nos criminari ſoles, qui illi fuimus amiciſsimi. Criminatio. Idem. Nunquid eſt cauſæ Quirit. quin illa criminatione, qua in me abſentem uſus eſt, non ſolum meam, ſed etiam ueſtram diligentiam, prudentiamq́; deſpexerit? Crimini dare, pro criminari. Ci. Ego etiam, quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum, quòd te non prohibuerit. Eſſe crimini. uel loco criminis. Idem. Sunt enim, qui cùm meus interitus nihil fuerit Reipub. profuturus, criminis loco putant eſſe, quòd uiuam.

Dare uitio, uel uitio uertere. Terent. Nunc quam rem uitio dent, quæſo animo aduertite. Idem. Ne quis tibi hoc hodie uitio uertat. Ponere in uitio. Ci. Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in uitio ponitur. Eſſe uitio. Cic. Hoc quidem eſt in uitio, diſſolutionem naturæ tam ualde perhorreſcere.

Fraudí eſſe. Cic. Id erit eius uitrico fraudi, ac crimini.

Maleficium, & pro animi uicio ponitur, & pro damno, quod ab homine maleficio infertur. Cic.

Omnes

Omnes hanc quæſtionem te Prætore manifeſtis maleficijs, quotidianoq́; ſanguine demißius ſperāt futurā. **Maleficium** *ſuſcipere, facere, committere, uel admittere.* Cic. *Hæc cum ſint omnia, tamen extent oportet expreſſa ſceleris ueſtigia: ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium ſit admißum quæ niſi multa et manifeſta ſunt, profectò res tam ſceleſta, tam atrox, tam nefaria credi non poteſt.* **Maleficio** *ſe contaminare.* Cic. *Videte iam porrò cætera Iud. ut intelligatis fingi maleficium nullum poſſe, quo iſte ſe non contaminarit.* **A maleficio** *ſe temperare.* Cic *Cui mirum uidebitur iſtum à maleficio propter acerrimam formidinem nō tēperaſſe.* **Probibere** *à maleficio.* Cæſ. *Finitimis imperauit, ut ab iniuria, & maleficio ſe ſuosq́;, probiberent.* **Maleficium** *perſequi.* Sall *Res autem monet cauere ab illis magis, quā quid in illos ſtatuamus, cōſultare: Nam cætera maleficia tum perſequare, ubi facta ſunt hoc, niſi prouideris ne accidat, ubi euenit, fruſtra iudicia implores.* **Maleficioſus** Idē. *Cùm hoc nouæ litis genus tam maleficioſæ intenderet, placuit, Cecinnæ de amicorum ſententia conſtituere, quo die rem præſentem ueniretur.*

Vitium Ci. *Bellū eſt enim ſua uitia noſſe. Trāſfertur interdū ad corpus, unde uitioſum mancipium, uel iumentum id eſt, morboſum.* Gel. lib. 4. cap. 2.

Vitium pro uituperatione. Cic. *Eſt ſenectus natura loquatior,ne ab omnibus eam uitijs uidear uindicare.* *Vitium etiam ad res pertinet. Vt ædes uitioſæ,tabulata uitioſa,quæ uitium faciant,cum minas agunt,& minantur ruinam.* Cic. *Si ædes exeſæ corruerunt, uitium ne fecerunt,quarum uſus fructus legatus eſt,etc.* *Vitium pro uitioſitate.* Idem. *Fingendus eſt nobis oratione noſtra detractis omnibus uitijs orator, atq; omni laude cumulatus. Vitium pro culpa.* Cic. *Huc ſi, perueneris,me tibi primum quidq; concedente, meū uitium fuerit,ſin ipſe tua ſponte proceſſeris,tuum.* *Vitium pro ſtupro.* Terent. *Qui miſeræ per uim uitium intulit. Vitiorum gurges & uorago.* Cic. *Is erat Appronius ille,qui ut ipſe non ſolum uita,ſed etiam corpore,atq; ore ſignificat,immenſa aliqua uorago, eſt, aut gurges uitiorum, turpitudinumq; omniū. Delabi in uitium.* Idem. *Vt iſte,qui ſe uult dicacem uideri,& mehercule eſt. Appius: ſed nonnunquàm in hoc uitium ſcurrile delabitur. Vitium concipere.* Idem. *Ego autem nobilium uita,uictuq; mutato mores mutari ciuitatem puto: quò pernitioſius de re pub. merentur uitioſi principes, quòd non ſolum uitia concipiunt ipſi,ſed ea infundunt in ciuitatem. Vitio affinis* Cic. *Sed nulli affinis poterit uitio reus antè admiſſo demonſtrari. &c. Vitijs,inquinare,uel contaminare.*

taminare, cumulari. Ci. *Hoc uitio cumulata eruditiſſima illa Græcorum natio.* A *uitijs abſtinere.* Idem. *Vt ab ijs ſe abſtineant maximè uitijs, in quibus alterum reprehenderunt.* Vitia *declinare, uel effugere.* Off 1. *Quibus uitijs declinatis, quod in rebus honeſtis, & cognitione dignis operæ, curæq; ponetur, id iure laudabitur.* Vitio *carere.* Cic. *Etſi hoc uitium eſt eo me non carere confiteor.* A *uitio abeſſe.* Cic. *A quo tandem abeſt iſte uitio? quid eſt* Iud. *cur uelitis eum liberare?* Vitium *ponere.* Cic. *Idq; ſi feceris, multa, ut arbitror, hic hodie uitia ponemus.* Vitium *alicui in bonum conuertere.* Cic. *Vox permanens, uerùm ſubrauca natura: ſed hoc uitium huic uni in bonum conuertebat.* Vitioſus, *id eſt, uitijs plenus, & deprauatus.* Cic. *Ille alter uno uitio minus uitioſus, quòd iners, quòd ſomni plenus, quòd imperitus.* Vitioſitas. Cic. *Vitioſitas autem eſt habitus, aut affectio in tota uita inconſtans, et à ſeipſo diſſentiens.*

Culpa. Cic. *Multorum eſt enim & uaria culpa.* Culpam *commerere, committere, contrahere.* Ci. *Ea enim eſt à nobis contracta culpa, ut omni ſtatu, omniq; populo eundem exitum habitura uideatur.* Culpa *ſe contaminare.* Cic. *Quare non imprudentiæ ſe defendit, ſed culpa cōtaminabitur.* Culpæ *affinis, uel reus.* Cic. *Hunc affinem culpæ iudicatote.* Culpam *eſſe in*

aliquo. Cic. Sed omnium iſtiuſmodi querelarum in moribus eſt culpa, non in ætate. Eſſe in culpa. Idem. Si neſcis tibi ignoſco: nos in culpa ſumus. Culpam ſuſcipere. Idem. Vt aliquid culpæ ſuſcipere ſe putarent recuſando. Culpã reſidere in aliquo. Ci. Atq; huiuſmodi incommodi culpa ubi reſideat, facilius poſſum exiſtimare, quàm ſcribere. Culpam hærere in aliquo, uel conſiſtere. Cic. In quò non modò culpa nulla, ſed ne ſuſpicio quidem potuit conſiſtere. Culpa teneri Cic. Si aliqua culpa tenemur erroris humani, à ſcelere certe liberati ſumus. Culpam conferre, uel transferre in aliquem. Cic. Atticæ meæ uelim ita me excuſes, ut omnẽ culpam in me transferas. Culpam deriuare in aliquẽ, uel conijcere. Cæſ. Tunc facto prælio, remiſerunt, & in petẽda pace eius rei culpam in multitudinem conie cerunt. In culpam conuertere. Cic. Nolite igitur fortunã conuertere in culpam. In culpa poni. Idem. Non eſt igitur circumuentus, nõ eſt oppreſſus pecunia, nõ ut illæ Quintianæ cõtiones habebãtur, omnes qui Oppianicum condemnarunt in culpa ſunt, ac ſuſpitione ponendi. Culpam coarguere, ſuſtinere præſtare, redimere, dimouere. Ci Quemadmodũ autẽ accuſator, cũ ab alijs culpam dimouebit, defenſoris locis utetur. Ex culpa eximere. Ci. Poſtremo quas ad defenſionem rationes reo dabimus, ijs accuſator ad alios ex culpa

eximendos

eximendos abutetur. Culpa liberare. Idem. Ego & librarios tuos culpa libero, neq; te accuſo. Abeſſe à culpa. Cic. Hæc res, ſicut in amicitia, ita in dicendo, ſi loco fit, maximè facit, ut et illi, qui audiunt, à culpa abſint: & nos qui dicimus, amici eorum, & ueritatis eſſe uideamur. Culpam eſſe procul ab aliquo. Terent. Poſtremò, quando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul, neq; pretiũ, neq; rem ullam intercesſiſſe illa, aut me indignam Geta, experiar. Culpam abeſſe à. Cic. Quicquid acciderit, à quo mea culpa abſit, animo forti feram. Eſſe extra culpam. Idem. Dico omnes extra culpam fuiſſe, aut ſi uni attribuenda culpa ſit, &c. A culpa abhorrere, id eſt, remotum eſſe. Cic. Nam cauſa facti parũ firmitudinis habet, niſi animus eius, qui inſimulatur, in eam ſuſpitionẽ adducetur, ut à tali culpa nõ uideatur abhorruiſſe. Culpa uacare, carere. Idẽ. Deniq; nihil indignius eſſe, quàm eum qui culpa careat, ſupplicio nõ carere.

Noxa culpam ſignificat. Cic. De parricidio cauſa dicitur: ratio ab accuſatore reddita non eſt, quam ob cauſam patrem filius occiderit, quod in minimis noxis, & in his leuioribus peccatis, quæ magis crebra, &c. Nocere autem noxam antiqui dicebant, id eſt, culpam crimenq; admittere. Liuius. Quandoquidem hiſce homines iniuſſu Pop. Rom.

foedus

fœdus ictum iri ſpoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt, ob eam rem hoſce homines uobis dedo. Inde *noxæ dediti ſerui dicuntur, qui ob delictum, & damnum datum cæduntur. Eſt enim noxæ dedere, pœnæ dare, ſiue tradere ob noxam.* Inde *noxales actiones, quæ non ex contractu, ſed ex noxa, atq; maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur, quarũ actionum ius, & poteſtas hæc eſt, ut ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione corporis, quod deliquerit, euitare litis æſtimationẽ.* Noxæ *eximere eſt, gratiam criminis facere, hoc eſt, remiſsionẽ dare.* Et, *ſeruus noxa ſolutus, eſt, uel qui noxam nullam nocuit, uel certè, cuius nomine caput noxa ſequi, id eſt, cuius nomine dominus noxali actione conueniri non poteſt.* Obnoxius *eſt quaſi reus.* Brut. *Viuat hercule Cicero, qui poteſt ſupplex, & obnoxius, ſi neq; ætatis, neq; bonorum, neq; rerum geſtarum pudet.* Munera *autem obnoxia, & officia apud antiquos dicebantur, quorum functio uilis, & probroſa erat, quæq; libertatem ingenuitatemq́; imminuebat.* Noxa *pro damno.* Suet. *Spurinamq; irridens, & ut falſum arguens, quòd ſine ulla ſua noxa* Idus Martiæ *adeſſent.*

Peccatum. *Cic.* *Nullum eſt meum peccatum, niſi quód ijs credidi, à quibus nefas putabam eſſe me decipi.* Peccatum oriri. Terent. *Ego in hac re nihil, reperio,*

reperio, quam ob rem lauder tantopere Hegio, meũ officium facio, quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo. Peccatum portare, id eſt, habere. Terent. Neſcio quid peccati portet hæc purgatio. Peccatum trãſferre, corrigere, ſedare. Terent. In ipſa turba, atq; in peccato maximo, quod uix ſedatum ſatis eſt, potaſti ſcelus, quaſi re bene geſta? Peccato carere. Cic. Tu, ſi me diligis, fruere iſto otio, tibiq; perſuade, præter culpam, ac peccatum, quo ſemper caruiſti, & carebis, homini accidere nihil poſſe, quod ſit horribile, aut pertimeſcendũ. Peccare. Ci. Peccaui, ſceleratéq; feci. Peccare in aliquẽ. Terent Obſecro, uide ne in cognatũ pecces. Peccare cum accuſatiuo. Cic. Nihil eſt iam, quod in hac cauſa peccare Iud. quiſquam, niſi ueſtro periculo poſſit. Peccari, uel peccari aliquid. Terent. Ita res eſt fateor, peccatũ à me maximè eſt. Peccare ſyllabam Plaut. Si unam peccauiſſes ſyllabam, fieret corium tam maculoſum, quàm eſt nutricis pallium.

Errare pro falli, translatè. Cic. Quòd ſcribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ uenient, ſi per hoſtem licuerit, non erraris. Aberrare. Idem. A cuius inuentis tibi uideor non longè aberrare. Erratum. Cic. Illud de Flauio, & faſtis, ſi ſecus eſt, commune erratum eſt. Error. Idem. Nunc uerò erroris cauſa ſublata eſt. Errorem ſuggerere. Cic. Nunc au-

tem, ſimulatq; editi in lucem, & ſuſcepti ſumus, in omni continuo prauitate, & in ſumma opinionum peruerſitate uerſamur, ut penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe uideamur. Errori imbui. Idem. *Cùm uerò parentibus redditi, deinde magiſtris traditi ſumus tum ita uarijs imbuimur erroribus, ut uanitati ueritas, & opinioni confirmatæ natura ipſa cedat.* Errorem gignere, obijcere, creare, coarguere, eripere. Cic. *Si uera ſunt, ignoſces: ſi falſa, me libente eripies mihi hunc errorem.* In errorem inducere. Cic. *Ita laudaſti quoſdam oratores, ut imperitos poſſes in errorem inducere.* Errore duci, capi. Idem. *Vnde autem iſta ſuſpicio? ex pacis patrocinio repentino, quod ſubitò ſuſcepit, eodem captus errore, quo nos.* Rapi in errorem. Idem. *Non enim Quinte rectè exiſtimamus, quæ pœna diuina ſit, & opinionibus uulgi rapimur in errorem, nec uera cernimus.* Errore affici, inflari. Cic. *Eſt'ne quiſquam tanto inflatus errore, ut ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit?* Erroris complere. Plaut. *Erroris ambos ego illos, & dementiæ complebo.* In errore uerſari. Cicer. *Hoc enim uos in errore uerſari diutius non oportet.* Errorem in re aliqua uerſari. Idem. *Hodierno enim die primùm ueteris iſtius criminis diluendi*

endi poteſtas eſt data: ante hoc tempus error in hac cauſa, atque inuidia uerſata eſt. Errorem depellere, extorquere, tollere, deponere. Cic. *Cæteris autem, ſi errorem ſuum depoſuerint, & in Reipublicæ gratiam redierint, ueniam & impunitatem dandam puto.* Errore exoluere. Terent. *At eaſdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognouerint, nam illas errore, & te ſimul ſuſpitione, exolues.* Auertere ab errore, uel deducere. Cic. *Idemque languentem, labentémque populum, aut ad decus excitare, aut ab errore deducere.* Errore leuare, carere. Cic. *Sed non egeo medicina, me ipſe conſolor, & maximè illo ſolatio, quòd eo errore careo, quo amicorum diſceſſu pleriq; angi ſolent.*

Delictum. Cic. *Idque accidere nullo ipſius delicto, ſumma mea culpa.* Delictum committere, uel admittere. Terent. *Ita uelim me promerentem ames, dum uiuas, mi pater, ut me hoc delictum admiſiſſe in me, id mihi uehementer dolet, me tui pudet.* Delictum comprimere. Cic. *Neque unum eius, nec paruum, ſed multa magna delicta compreſſi.*

Delinquere. Cicer. *Nihil enim à me fieri ita uidebunt, ut ſibi ſit delinquendi locus.* Delinquere in re aliqua. Cicer. *Philoſophus in ratione*

uitæ peccans, hoc turpior eſt, quòd in officio, cuius magiſter eſſe uult, labitur, artemq́; uitæ profeſſus, delinquit in uita.

Committere *in, uel contra, id eſt, delinquere, uel ſcelus admittere. Cic. Multa enim & in deos, & in homines impiè nefarieq́; commiſit, quorum ſcelerum pœnis agitatur, & à mente conſilioq́;, deducitur,*

Merere, *pro delinquere. Cic. In qua uidetur illud eſſe crudele, quòd ad liberos, qui nihil meruerunt pœna peruenit.*

Hallucinari *eſt aberrare, & non conſiſtere, atq; diſſolui, obſtupefieri, atq; tardari. Varro. Et aßiduò oſcitantem uidit, atq; illius quidem delicatißimas mentis & corporis hallucinationes. Alij hoc uerbum ad oculos referunt, eſſeq́; dicunt idem, quod in contuendo, & conſpiciendo errare, & falli, dum alterum pro altero capimus. Col. Cuſtodis officium ſublimem, celſißimamq́; oculorum ueluti ſpeculam deſiderat, ut neq; tardiores grauidas, dum cunctantur, neq; agiles, & fœtas dum procurrunt, ſeparari à cæteris ſinat: ne fur aut beſtia hallucinantem paſtorem decipiat. Hallucinari aliquid. Cic. Iſte enim à uobis quaſi dictata redduntur, quæ Epicurus oſcitans hallucinatus eſt, cùm quidem gloriaretur, ut uidemus in ſcriptis,*

ptis, ſe magiſtrum habuiſſe nullum.

Titubare propriè eſt pedibus inſiſtere non poſſe: quod ebrijs & bene potis accidit, aut ijs, qui morbi grauitate, & diuturnitate uires, corpusq́; ami ſerunt. Cic. Si tantulum offenſum, titubatumq́; ſit, ut ea, quæ ſingulatim, ac diu collecta ſunt, uno tempore uniuerſa perdamus. Titubare re aliqua. Cic. Si uerò titubarint, quò reuertantur non habent. Titubanter. Cic. Deinde poſt occiſionem, iſtum multa nocte domũ rediſſe conſtat: poſtera die titubanter, & inconſtan ter de occiſione illius loquutum.

Vacillare eſt quaſi claudicare, & alterno motu inconſtantem eſſe. Cic. Accepi tuam epiſtolam uacillantibus literulis, nec mirum tam graui morbo.

Claudicare propriè loripedis eſt, translatè autem eſt id, quod ſuis partibus rectum nõ eſt. Cicer. Quid eſt cur claudicare, aut inſiſtere orationem malint, quàm cùm ſententia pariter excurrere?

Labi eſt celeriter cadere, ſed translatè ad quoſuis errores tranfertur. Cic. Lapſus eſt per errorem. Labi pro diſsipari. Cic. Serpit enim deinde res, quæ procliuis ad perniciem, cùm ſemel cœpit labitur. Eodem modo lapſos facultatibus Iuriſperiti uocant.

Labi pro diuertere, uel ſedare. Cicer. *Vos autem ueremini, ne labar ad opinionem, & aliquid adſciſcam, & comprobem incognitum.* Labi re aliqua. Cic. Phil 10. *Nam te inopia uerbi lapſum putarem, niſi tuam in dicendo facultatem noſſem.* Labi in re aliqua. Idem. *Empedocles autem multa alia peccans in deorum opinione turpiſſimè labitur.*

Offendere. Cic. *Quis eſt enim tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat?* Offenſio. Idem. *Illud tibi affirmo, ſi rem iſtam ex ſententia geſſeris, fore ut abſens à multis: cum redieris, ab omnibus collaudare, offenſionem eſſe periculoſum, propter interpoſitam autoritatem religionemq́; uideo.*

Corrigere *indifferenter rei omni uitioſæ conuenit, quæ diligentia, induſtriaq́; noſtra emendatur.* Cicer. *Id ſi correxeris, mihi ualde gratum erit.*

Caſtigare *eſt uerbis reprehendere, ſcilicet poſt lapſum, & delictum.* Cic. *Et quoniam de imprudentia diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem.*

Punire *eſt pœna afficere propter delictum.* Cicer. *Tibi uexatio, direptioque ſotiorum impunita fuit, ac libera.* Puniri. Idem. *Tu me iratum Sexte*

putas

putas tibi? cuius tu inimiciſsimũ multo crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ poſtulare?

Coërcere *propriè dicimus res, quæ aut difflu unt, aut præter modum erumpunt.* Ci Is dedit operã, *ſi modò id conſequi potuit, ut nimis redundantes nos, & ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quaſi extra ripas diffluentes coerceret.* Coercere *pro continere, cõplecti, & cõprehendere.* Ci. *Reſtat ultimus, et à domicilijs noſtris altiſsimus omnia cingẽs, ac coërcens cœli complexus, qui idẽ æther uocatur, hic pro reprehenſione & animaduerſione ponitur.* Cic. *Cùm igitur præcipitur, ut nobis metipſis imperemus, hoc precipitur ut ratio coerceat temeritatem* Coërcere à. Cic. *In* Galliam *inuaſit* Antonius, *in* Aſiam Dolobella, *alteri ſe* Brutus *obiecit, impetumq́; furentis atq; omnia diuexare, & diripere cupientis, uitæ ſuæ periculo colligauit, à progreſſu coercuit, à reditu refrenauit.*

Mulcta *re eſt cõdemnare, uel pœna afficere, uel lædere, uel opprimere.* Cic. *Cenſet eos, qui hæc delere conati ſunt, morte eſſe mulctandos* Mulcta. *Mulctam dicere tum antiqui dicebant, cnm ad populum, & in comitio mulcta diſceptanda irrogabatur, quod, ipſi certare mulctã dicebãt.* Liuius *Sp. &* L. *Carulij, cùm rem inuiſam, infamemq́; cernerent, ducentum* Pli. lib. 18, cap. 3.

multum æris mulctam M. *Poſthumio dixerunt.* **Mulctam petere.** Cic. *Atq; etiam iudicium in prætura publicum exercuit* (*nõ enim prætereundũ eſt .ne id quidem*) *petita mulcta eſt apud iſtum prætorem à* Q. *Opimio.* Mulctam irrogare. Idẽ. *Diem mihi credo dixerat, mulctam irrogarat, actionẽ perduellionis intenderat.* Mulctatio. Cic. *Miſera eſt ignominia iudiciorum publicorum, miſera mulctatio bonorum, miſerum exilium, ſed tamen in omni calamitate retinetur aliquod ueſtigium libertatis.*

Mactare *propriè eſt ſacrificare uictimis cæſis.* Aliquid pro *augere ponitur.* Ci. *Ferunt laudibus, mactant honoribus.* Pro *afficere, interficere, uel plectere.* Cic. *Nónne hunc in uincula duci? non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis?* Macte *eſt uox exhortantis cum genitiuo.* Marc. *Macte animi, quem rarus habet, morumq; tuorum.* Cum *ablatiuo.* Cic. *Macte uir uirtute eſto.* Aduerbialiter. Plaut. Erat *herus* Athenis *mihi adoleſcens optimus, is amabat meretricem mactè* Ahenis Atticis, *& illa illum cõtrà, qui eſt amor cultu optimus.* Mactare deos, *pro dijs mactare.* Cic. *in* Vatinium.

Animaduertere. Cic. *Etenim paulò antè in contione dixerat, ei qui in alios animaduertiſſet indicta cauſa, ad dicendum ipſi poteſtatem fieri non oportere.*

oportere. Animaduertere ſine propoſitione. Terent. *O facinus animaduertendum. Animaduerſio.* Cic. *Statuerunt enim ita maiores noſtri, ut ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur, ut metus uidelicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret, quod idem facere cenſores in delectu dignitatis & in iudicio ciuium, & in animaduerſione uitiorũ, qui conuenit? Animaduerſionem remittere, pro condonare.* Fam. V. *Meam animaduerſionẽ, & ſuppliciũ quo uſurus eram in eum, quem cepiſſem remitto tibi & condono.*

Supplícium *pro ſupplicationibus & uotis, quæ à populo fiunt in rerum turba, periculoq; inſtanti.* Varro. *Boues ad uictimas faciunt, atq; ad deorum ſupplicia. Supplicium pro pœna.* Cic. *Sũmo cruciatu, ſupplicioq; Varius homo importuniſſimus periit. Suppliciũ cõſtituere, exquirere, excogitare, inuenire, irrogare, adferre* Ci *Quæ crux huic fugitiuo poteſt ſatis ſupplicij adferre? Ad ſuppliciũ rapi, uel trahi* Ci. *Quamobrẽ materies omnis ridiculorũ eſt in iſtis uitijs, quæ ſunt in uita hominũ, neq; charorũ, neq; calamitoſorum, neq; eorum qui ob facinus ad ſupplicium rapiendi uidentur. Supplicio afficere.* Cic. *Maximè ſi minus ſupplicio affici, at cuſtodiri oportebat. Supplicio coërcere, conſtringere.* Cic. *Tum qui ſcelus,*

fraudemq́; nocentis poßit dicendo ſubijcere, odium ciuium, ſupplicio conſtringere. Supplicium inhibere, id eſt, adhibere, uel adferre. Cic. Quid huic facias, quæ hæc literis, memoriæq́; mandarit? ita ſibi conueniſſe cum Dolabella, ut ille Trebonium, & ſi poſſet etiam Brutum Caßium diſcrutiatos necaret, eademq́; inhiberet ſupplicia nobis. Supplicio addicere. Cic. Non tamen ſententijs prius iudiciũ conuinceretur, quàm ſupplicio addiceretur. Ad ſuppliciũ deprimere. Ci. Quẽ uirtutis gloria cũ ſumma laude ad cœlũ extulit, eundẽ inimicorũ inuidia indignißimè oppreſſũ deprimit ad ſuppliciũ. Supplicium ſumere, ſubire, dare, ferre. Plaut. Dabitur pol ſuppliciũ, mihi de tergo ueſtro.

Exemplum *pro ſupplicio. Ci. In hoc ego reo ne quod pernitioſum exemplum prodatur, pertimeſcam? Exemplum ſtatuere. Idẽ. In quo homine tu ſtatueris exemplum huiuſmodi, quod tum propter iniquitatem rei, tum etiam propter hominis dignitatem acerbum omnibus atq; intolerandum uideretur. Exẽplum ædere. Cæſ. Crudeliter imperare obſides, nobilißimi cuiusq́; liberos poſcere, & in eos omnia exempla, cruciatusq́; edere, ſi qua res nõ ad nutum, aut ad uoluntatem eius facta ſit.*

Pœna *pro ſupplicio. Cic. Pœna eſt, ut opinor. Dorylai grauior, quàm apud alios falſarum & corruptarum*

ruptarum literarum. Pœnam *conſtituere.* Cic. *In qui bus non modò tamen nullius ineſt peccati infamia, ſed omnis dolor eſt, quòd optimè factis pœna eſt maxima conſtituta* Pœnam *comparare.* Idem. *Qui parẽtes ha betis, oſtendite iſtius ſupplicio, uobis homines impios non placere: quibus liberi ſunt, ſtatuite exemplum, quantæ pœnæ in ciuitate ſint hominibus eiuſmodi com paratæ.* Pœnas *perſequi.* Cic. *Qui cùm* Trib. Pleb. *pœnas à ſeditioſo ciue per bonos uiros iudicio per-ſequi uellet, exemplum præclariſſimum in poſterum uindicandæ ſeditionis de* Repub. *ſuſtulerunt.* Paren*tare, pro pœnas ab aliquo perſequi.* Cic. *Non prius* Dolobella *imperatori ſuo, quàm* Antonius *etiam collegæ, parentaſſet.* Pœnam *petere ab aliquo.* Sall. *Hunc Marius anxium aggreditur, atq; hortatur, ut contumeliarum in imperatorem cum ſuo auxilio pœnas petat.* Pœnas *expetere, repetere, pro expetere.* Cic. *Hæ ſunt impijs aſſiduæ, domeſticæq́; furiæ, quæ dies, noctesq́; parentum pœnas à conſceleratiſſimis filijs repetẽt.* Pœna *afficere.* Ci. *Per eos, ſi quid importetur nobis incõmodi, propulſemus, ulciſcamurq́; eos, qui nocere nobis conati ſunt, tãtaq́; pœna afficiamus, quãtũ æquitas, humanitasq́; patitur.* Pœ*nas cõuerti in aliquẽ.* Ci. *Iã fateor in Gabinio me nefariũ fuiſſe, quippe uides pœnã illã à te in aliã inſtitutã*

in teipſum

in teipſum eſſe conuerſam. *Pœnam appropinquare, peruenire ad aliquem*. Cic. *In qua uidetur illud eſſe crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit*. *Pœnam ſubire, ſuſcipere, ſuſtinere, ferre, capere, pendere*. Cic. *Maximas pœnas pendo temeritatis meæ*. *Pœnas dependere, dare, debere, ſoluere, perſoluere, luere*. Cic. *Nec uerò me fugit, quàm ſit acerbum, parentum ſcelera filiorum pœnis lui*. *Pœnas reddere, id eſt, luere*. Sall. *Vt ille, qui nunc ſceleribus ſuis ferox, atq; præclarus eſt, omnibus malis excruciatus fratris mei necis, mearumq́; miſeriarũ graues pœnas reddat*. *Pœna teneri*. Idem. *Lexq́; de ijs ferretur, ut qui non deceßiſſent, ea pœna, quæ eſt de ui, tenerentur*. *Pœnam effugere*. Cic. *Non potes effugere huius culpæ pœnam te patrono*. *Pœna liberare*. Cic. *Tum qui ſcelus, fraudemq́; nocentis poßit dicendo ſubijcere odium ciuium, ſupplicioq́; conſtringere: idemq́; ingenij præſidio innocentiam, iudiciorum pœna liberare*.

Cruciatus. Cic. *Quorum ego de acerbißima morte, crudelißimoq́; cruciatu dicam*. *Cruciatum edere in aliquem, admouere, ciere*. Cic. *Nihil igitur hunc uirum ſagittæ, quas ab Hercule acceperat, tum conſolabantur, cum è uiperino morſu uenæ uiſcerum, ueneno imbutæ tetros cruciatus cierent*. *Cruciatu*

ciatu afficere, uel conficere. Cic. Cum tot homines innocentes necarit, cùm ciues Romanos morte, cruciatu, cruce affixerit. Agere in cruciatum. Idem. Non tu hoc loco Gauium, non unum hominem neſcio quem ciuem Romanum, ſed communem libertatem, & ciuitatis cauſam in illum cruciatum, & crucem egiſti. Dare in cruciatum. Cic. Poſtulabant autem pro homine miſerrimo, atq; infelicißimo, qui uel ipſe ſeſe in cruciatum dare cuperet, dum de patris morte quereretur.

Tormentum & ſupplicio conuenit, quod infligitur ad extorquendam ueritatē, et pro ijs etiam ponitur, qui cruciatum inferunt. Cic. Cùm iam tortor, atq; tormenta eſſent ipſa defeſſa, neq; tamen illa finem facere uellet, &c. Eſt quoq; generale uocabulum omnium machinarum, ſaxa, tela, & id genus alia torquentium, atq; immittentium. Cic. Ante Conſules, oculosq; legatorum tormentis Mutinam uerberauit. Hic pro cruciatu. Cic. Nec grauiora uerò ſunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum. Tormenta adhibere. Cic. Cùm enim quærimus, ſi poßint celare, quid facturi ſint, non quærimus poßint ne celare, ſed tanquàm tormenta quædam adhibemus, ut ſi reſponderint ſe impunitate propoſita facturos, quod expediat, facinoroſos ſe eſſe fateantur.

Dare

Dare ſe in tormenta. Cic. *Dabit ſe in tormenta uita beata, & iuſticiam, temperantiam, imprimiſq; fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam proſecuta, cùm tortoris os uiderit conſiſtet.*

Carcer *pro loco ubi continentur criminis alicuius accuſati.* Cic. *Sed quàm longe uidetur, à carcere, atq; à uinculis eſſe debere, qui ſeipſum iam dignũ cuſtodia iudicauerit? In carcerem mittere, ducere, uel deducere.* Sall. *Ipſe diſpoſitis præſidijs Lentulum in carcerem deducit: cæteris idem ſit per prætores. In carcerẽ conijcere, cõdere.* Cic. *Quod per M. Acilium Glabrionẽ licitũ eſt, qui poſtulante me produci, atq; in carcerem eos condi imperauit. Carcere emittere.* Idem. *Emiſſus aliquis è carcere: equidem emiſſus neceſſarij hominis, optimiq; adoleſcentis rogatu.*

Ergaſtulum *propriè locus eſt, ubi lapides, metalláue fodiuntur, ſed quoniã ad hæc opera damnati ad ergaſtula mitti ſolebant, ut illic metalla eruerẽt, latini pro carcere uſurparunt. Interdum etiam pro ipſis damnatis, ſeruíſue fodientibus ponitur.* Varro. *Miſitq; mox eo nuntium, qui tota ergaſtula donaret libertate. Ergaſtula ſoluere.* Brut. *Quacunq; iuit, ergaſtula ſoluit, omnes arripuit.*

Vincula *pro carcere.* Cic. *Ergo hos quidẽ ut famulos, uinculis, ac cuſtodia arceamus. In uincula*

abripi,

abripi, conijcere. Cic. *Et fratres meos, inquit, quòd erant conſcij, in uincula coniecit.* Vinculis mandare. Cic. *Itaq; homo mitiſsimus, atq; leuiſsimus non dubitat* P. *Lentulum æternis tenebris, uinculisq; mandare.* In uinculis retinere. Sall. *Itaq; conſulente Cicerone frequens ſenatus decreuit* Tarquinij *iudicium falſum uideri, eumq; in uinculis retinendũ.* Leuari uinculis. Cic. *Nos uerò ſi quid tale acciderit, ut à deo denunciatũ uideatur, ut exeamus è uita, læti, & agentes gratias pareamus, emittiq; nos è cuſtodia, & leuari uinculis arbitremur, ut aut in æternã & planè noſtram domũ remigremus: aut omni ſenſu, moleſtiaq; careamus.* Emittere ex uinculis. Cic. *Quare hoc commentemur, diſiungamusq; nos à corporibus, id eſt, cõſueſcamus mori.* Hoc, *& dũ erimus in terris, erit illi cœleſti uitæ ſimile, et cùm illuc ex his uinculis emiſsi feremur, minus tardabitur curſus animorũ.* Vincula rumpere. Cic. *Adiungit grauem pœnam municipibus, ſi quis eorũ uincula ruperit, horribiles cuſtodias circundat.*

Cuſtodia *pro carcere.* Cic. *Id ſi ita eſt, ut optimi cuiusq; animus in morte facillimè euolet, tanquàm è cuſtodia, uinculisq; corporis, cui cenſemus curſum ad deos faciliorem fuiſſe, quàm* Scipioni. In cuſtodiam dare. Cic. *At hic & Sueſſæ iugulauit eos, quos in cuſtodiam dederat.* In cuſtodiã tradere. Cic.

Hominem

Hominem comprehendit, & in cuſtodiam Epheſi, *tradidit.* In *cuſtodia collocare.* Idem. *Idcirco in hac cu ſtodia, tanquàm in ſpecula collocati ſumus, ut uacuum metu* Pop. *Romanum noſtra uigilia, & prouidentia redderemus.* In *cuſtodijs haberi, teneri.* Cic. Tum De *cius Iunius Syllanus primus ſententiam rogatus (quòd eo tempore conſul deſignatus erat) de ijs qui in cuſto dijs tenebantur.*

OPINIO Cic. *Ego tuas opiniones de his re bus expecto.* Opinionem eſſe. Idem. *Nonnulla comitiorum opinio eſt.* Vt fert opinio, pro puto. Cic. *Iis ego conſilijs, ſi te præſentem habuiſſem, ut mea, fert opinio, eſſem uſus eiſdem.* Opinionem aucupari. Cic. *Vt igitur in eiuſmodi re, quæ mendacio nixa ſit, quæ ad ſcientiam non ſæpe perueniat, quæ opiniones hominum, & ſæpe errores aucupetur, ita dicam, ſi cauſam putatis eſſe, cur audiatis.* In opinionem irrepere. Cic. *Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiæ patuerit, eſſe facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat?* Opinione inflari, Cic. *Tale enim nos eſſe putamus, ut iure laudemur, ex quo naſcuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, & in maximis uerſentur erroribus.* Opinionem facere, adferre, præbere, tradere, inſerere, peruadere, imbibere, accipere, cõprehẽdere, habere.

habere. Cic. Ego *admiratione quadam uirtutis eius, ille uiciſsim opinione fortaſſe nonnulla, quam de meis moribus habebat,me dilexit.* In *opinione relinquere. Cic. Verum id mihi non ſumo* Iud. *& hoc non modò in oratione mea non pono, ſed ne in opinione quidem cuiuſdam relinquo.* Opinione *imbuere. Cic. Quod nulla gens tam fera, nemo omnino tam ſit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Dirigere ad opinionem. Ad Att.* 14. In *opinionem adducere. Cic.* In *eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere uideatur.* In *opinionem incidere. Cic. Igitur nemo in hanc incideret opinionem, ſi ab uno exempla ſumpſiſſent.* In *opinionem diſcedere, uenire. Cic.*Ex *multis prætereà ſignis in eam opinionem diſceßi,ut mihi tua ſalus dubia non eſſet.* Eſſe *in opinione,pro opinionem habere, Cic.*His *ego literis lectis in eadem opinione fui, qua reliqui omnes, te cum omnibus copijs ad Corfinium eſſe uenturum. Opinionem tenere, confirmare, duplicare. Cic. Præſtaboq́; & enitar, ut in dies magis, magisq́; hæc naſcens de me duplicetur opinio. Opinioni reſpondere.* Idem. *Non quòd uerear, ne tua uirtus opinioni hominum non reſpondeat. Opinionem uincere, uel ſuperare. Cic. Opiniones omnium ſuperauit. Opinionem fallere, inueteraſcere, deponere,*

 amittere,

amittere, euellere, uel conuellere. Cic. *Euellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus inſitam? tam uetuſtam?* Mouere opinione Cic. *Nec me ex ea opinione, quam à maioribus accepi de cultu deorum immortalium ullius unquam oratio aut docti, aut indocti mouebit.*

Exiſtimatio. Cic. *De comitijs conſularibus incertiſsima eſt exiſtimatio.*

Sententia. Cic. *Coniunctiſsima mecum fuiſti, & ſententia & uoluntate.* Ducere in ſententiam, uel adducere. Cic *Vt aut te in ſententiã meam adducam: aut certe teſtatum apud animũ tuum relinquam, quid ſenſerim.* Perducere ad ſententiam. Cic. *Veteranos, qui Caſilini, & Calatiæ ſunt, perduxit ad ſuam ſententiam, nec mirum, quingentos denarios dat.* Traducere ad ſententiam. Idem. *Cùm ego, quæ mihi uiderentur, dicerem, traduxit me ad ſuam ſententiam: affirmabat enim lachrimans, non ſe cupidiorem ciuitatis retinendæ, quàm exiſtimationis.* Sententia inclinare. Cic. *Nunc quicquid eſt, quocunq; ueſtræ mentes inclinant, atq; ſententiæ, ſtatuendum uobis ante noctem eſt.* Ire in ſententiam, id eſt, aſſentiri. Idem. *Perſpiciebant enim in Hortenſij ſententiã multis partibus plures ituros.* Sententiam ſequi, deſtinare, confirmare. Cic. *Cum hominis ampliſsima fortuna, autoritate,*

ritate, gratia fluctuantem ſententiam confirmaſſem. Sententiam habere & ad res, & ad perſonas. Habet enim oratio ſententiam eam, in quam ſcripta, uel prolata eſt. Habemus autem ſententiam, quam ſequimur. De rebus. Cic. Curionis ſermo poſtridie eandem habuit ferè ſententiam, niſi quòd apertius ſignificauit, ſe earum rerũ exitum non uidere. De perſonis. Idem. Eſt enim & philoſophi, & pontificis, & Cottæ, de dijs immortalibus habere non errantem, & uagam, ut Academici, ſed ut noſtri ſtabilem, certamq́; ſententiam. Eſſe in ſententia, manere, conſtare, perſeuerare. Cic. Reliquum eſt Quirit. ut uos in iſta ſententia, quam præ uobis fertis, perſeueretis. Sententiam tenere, uel retinere Cic. Sunt autem hæ de finibus, ut opinor retentæ, defenſæq́; ſententiæ. Sententiã frangere, mutare, repudiare. Idẽ. Intelligo à uobis Quirites hanc ſententiam repudiari, neq; iniuria. De ſententia deterrere, deducere, depellere, deijcere, detrudere. Cic. Quæ me ita conficiunt, ut ij uoluerunt, qui me de mea ſententia detruſerũt. De ſententia, uel à ſententia mouere. Cic. Tantũ abeſt, ut ille me à ſententia moueat, ut ualde ego ipſi, quod de ſententia ſua deceſſerit, pœnitendũ putem. De ſententia decedere. Idem. Quis enim poteſt iſtis, quæ te, ut ais, delectant, breuibus, et acutis de ſententia decedere? A ſententia

diſcedere cæſ. Marcellus perterritus conuicijs à ſua ſententia diſceßit, Sententia, uel à ſententia deſiſtere. Ci. Itaq; cū ſunt docti à peritis, deſiſtunt facilè ſententia. A ſententia abeſſe. Idē. Equidē tum abſum ab iſta ſententia, ut nō modo nō arbitrer ſubſidiū ſenectutis in eorū &c. Ex ſētētia. Cic. Sanè feliciter, et ex mea ſententia Rempublicam geßimus. Ex animi ſententia in alia ſignificatione. Sall. Nam me quidem ex animi ſententia nulla oratio lædere poteſt. Eſſe in ſententia. Cic. Me miſerum, quàm omnia eſſent in ſententia, ſi nobis animus, ſi conſiliū, ſi fides eorum, quibus credidimus, non defuiſſet. De ſententia. Ci. Ait ſe de conſulum ſententia rem ad ſenatum reieciſſe. In eam ſententiam, id eſt, in eandem rationem. Cic. Pluraq; in eandem ſententiam ab eiſdem contra uerecundiam diſputantur. In eam uel in eandem rationem, pro in eam uel in eandem ſententiam. Idem. Hæc cùm omnes ſentirent, & cùm in eam rationem pro ſuo quiſq; ſenſu, ac dolore loqueretur, omnes ad eam domum, in qua iſte diuerſabatur, profecti ſunt. In ſententiam meam. Idem. Eo. S. C. in meam ſententiam facto.

Iudicium, habet quid latentis & quaſi præcipuæ elegantiæ in ſe, cum aliquid iudicio fieri dicimus, id eſt, certa prudentia, uel tanquàm de induſtria, ac præcipua quadam animi inductione, non caſu. Cic.

Iudicio

Iudicio tuô, non caſu in ipſum rerum diſcrimen contuliſti tribunatum tuum. Idem. *Quòd ſi, ut ſcribis, ita ſentis, non magis te, quàm de te iudicium repræhendo meum. Tuum eſt iudicium, uel tui eſt iudicij.* Idem. *Tu quid de hac re ſentias, tui iudicij eſt.* Iudicium habere. Cic. *Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre iudicium.* Iudicium ſubire. Ant. Cic. *Quòd ſi bonitas reſpõderit iudicio meo, quod ſemper habui de te, gaudebo.* Facere iudicium. Cic. *Ab ijs initijs noſter in te amor profectus auxit paternam neceßitudinem, & eo magis quod intellexi, ut primum per ætatem iudicium facere potueris, quanti quiſq; tibi faciendus eſſet.* Cum genitiuo. Idem. *Redeoq́; ad illud, quod initio ſcripturam, totius facti iudicium non tam ex conſilio tuo, quàm ex euentu homines eſſe facturos.* Cum propoſitione de. Cic. *Sed mihi uenit in mentem, multum fore ſermonem, me iudicium iam de cauſa publica feciße.* Cum præpoſitione ex. Cic. *Sed ſubita ex criminatione, quæ confingi facilè poßit, non ex anteacta uita, quæ neq; ad tẽpus fingi, neq; ullo modo immutari poßit, facere iudiciũ.* Iudicio ſtare. Idem. *Cuius ego cùm ſatis cognoßẽ mores, tuo tamen potius ſtabã iudicio, quàm meo.* Iudiciũ cõfirmare, flectere, mutare. Sall. *Profectò exiſtimabũt me magis merito, quàm ignominia iudicium animi mutaſſe.*

O 5 Senſus.

Senſus. Cic. *Non eſt porrò tuum, uno ſenſu ſolùm oculorum moueri, cùm illud idem auribus percipias.* Senſus cùm ad animum refertur. Idem. *Meus enim me ſenſus, quanta uis fraterni ſit amoris, admonet* In ſenſum allici. Cic. *Cum uerò in hunc ſenſum et alliciar beneficijs hominũ, & complectar iniurijs, facilè patior ea me de Repub. ſentire, ac dicere, quæ maxime cum mihi, tum etiam reipub. rationibus putem conducere.* Conuertere ſe ad ſenſum alterius. Cic. *Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius non modò ſenſum, ac uoluntatem, ſed etiam uultum, atq; nutum conuertitur?* Senſum deponere, amittere. Cic. *Sed te non præterit, quàm ſit difficile ſenſum in Repub. præſertim rectum, & confirmatum deponere*, ſenſum in neutro genere. Cic. *Exprimere dicendo ſenſa poſſumus.*

Sentire pro percipere. Cic. *Meæ quidẽ aures & perfecto, completoq; uerborum ambitu gaudent, & curta ſentiunt, nec amant redundantia.* Quando magis ad animum inclinat. Terent. *Sine modò, mori malim, ſentiet, qui uir ſiem.* Sentire, pro intelligere. Cic. *Vt ſentiret ſibi cum uiro forti, & conſtanti eſſe pugnandum.* Sentire pro æſtimare, uel iudicare. Idem. *Nos hoc ſentimus, ſi exploratum tibi ſit, te*

illius regni poſſe potiri, non eſſe cunctandum. Sentire de. Cic. De amicitia omnes ad unum idem ſentiunt. Sentire cum aliquo, id eſt, eiuſdem eſſe opinionis. Cic. Hic quod cum cæteris animo ſentiebat, id magis, quàm cæteri, & uultu promptũ habuit et lingua.

Iudicare. Cic. Totum iudicabis, quale ſit, &, quod in miſerrimis rebus minime miſerum putabis, id facies. Iudicare, pro putare. Cic. Profectò omnibus meis officijs efficiam, ut ita eſſe uerè poßis iudicare. Aliquem iudicare, id eſt, in numero habere, uel in loco ponere. Cic. Nam eſt hoſtis à ſenatu non uerbo appellatus, ſed re iam iudicatus. Haberi in ea ſignificatione. Cic. Ii graues, ij principes, ij duces, ij autores huius ordinis, & dignitatis, atq; imperij ſemper habiti ſunt. Iudicare de. Cic. Sed, ut mihi uideris, non re iudicas de Catone. Iudicare ex. Terent. Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habet, fidem atq; ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.

Dijudicare eſt diſcernere, uel diſtinguere, & accuſatiuum regit, nonnunquam præpoſitionem admittit. Cic. Iſtud aut nunquam dijudicari poterit, aut ita dijudicabitur. Dijudicare de. Idem. Audiamus, de rationibus, & controuerſijs ſocietatis uult dijudicari, ſerò, uerum aliquando tamen concedamus.

& inſulſa cum efflagitatione tranſtulerunt, exputare non poſſum.

Arbitrari *pro obſeruare.* Plaut. *Huc, & illuc potero, quid agant arbitrarier. Aliquãdo eſt conſtituere, modumq́; & rationem, quaſiq́; formam operis faciundi delineare, & præſcribere, hic eſt putare, uel exiſtimare.* Cic. *Quid uitæ ratio cum ratione uitæ decerneret, idcirco nobis etiam magis te iudice opus eſſe arbitrati ſumus.*

Ducere. Cic. *Regis Deiotari & uoluntatem & copias, quantæcunq; ſunt, noſtras eſſe duco.* Duci *cum datiuo.* Cic. *Neq; te cui piget homo leuiſsime, cùm ea culpas, quæ in hiſtorijs gloriæ mihi ducis.* Ducere *cum uarijs præpoſitionibus.* Cic. *Diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum: et tamen, cum ita uiuit, neminẽ præ ſe ducit hominẽ.* Ducere *pro æſtimare.* Cic. *Nec enim ſequitur, ut, cui cor ſapiat, ei nõ ſapiat palatus, ſed quia parui id duceret.*

Opinari *eſt putare, ſuſpicari, uel opinionem habere, & eſt tam paſsiuum, quàm deponens.* Cic. *Itaq; quoad opinatus ſum, me in prouinciam exiturum, quæ ad te ultro attulerim, meminiſſe te credo.* Opinioſus. Cic. *Quid? duo uel principes dialecticorum Antipater, & Archidemus opinioſiſsimi homines, nónne multis in rebus diſſentiunt?* Opinator *eſt*

qui omnia in dubium uocat, nihil ſatis diſputatum, aut certum habens. Cic. Nec tamen ego is ſum, qui nihil unquàm falſi approbem: qui nunquàm aſſentiar: qui nihil opiner. Opinabilis. Idem. Aruſpicum reſponſio, omniſq; opinabilis diuinatio, conteƈtura enim nititur, ultra quàm progredi nō poteſt. Opinatio. Idem. Illud certe opinatione, et perceptione ſublata ſequitur. Inopinatum. Cic. Sentit omnia repentina & inopinata eſſe grauiora. Ex inopinato. Cic. Quibuſdam etiam, machinatio quædam, atq; ſolertia: ut in araneolis, aliæ quaſi rete texunt. ut ſiquid inhæſerit, conficiant: aliæ autem ex opinato obſeruant, & ſi quid incidit, arripiunt, idq; conſumunt. Necopinans. Cic. Necopinantes mors opprimit. Necopinatum. Idem. Adrantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, & præter opinionem ſuam animaduertunt: ſeparatim antè in ſingulis, ſi perſpiciunt necopinato. quidē bona. Necopinato. Idē. Quod cū accidiſſet, ut alter alterū necopinato uideremus, ſurrexit ſtatim.

Reri. Cic. Tum uero eſt ratus, ſe poſſe, quoniam togatum domeſtici belli extinƈtorem nefario ſcelere fœdaſſet, illum etiam, illum externorum bellorum, hoſtiumq; uiƈtorem affigere.

PROBARE. Cic. Locatur opus id, quod mea pecunia reficiatur, ego me refeƈturum, eſſe

eſſe dico. Probatio futura eſt tua, qui locas. Cùm alijs aliquid probamus Cic. *Spero me cauſam tibi probaſſe.* Probare ſe. Cic. *In qua me ſæpe illi probaui.* Probare de. Cic. *Quibus de meo celeri reditu nõ probabã.* Probare pro. Terẽt. in Eunuchi *Quandoquidem illarum, neque quiſquàm te nouit, neq; ſcit, qui ſies: prætereà forma, ætas ipſa eſt, facilè, ut pro* Eunucho *probes.*

Fidem facere. Cic. *Quid opus eſt de* Dyoniſio *tam ualde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem?*

Probari. Cic. *Quæ enim facimus, ea prudentiſsimo cuiq; maxime probata, eſſe uolumus* Probatus homo, *id eſt, gratus.* Idem. *Homo, & patrono, & patroni neceſſarijs probatiſsimus.* Probari in uulgus. Cic. *Cato autem perfectus mea ſententia Stoicus, & ea ſentit, quæ non ſanè probantur in uulgus, & in ea hæreſi eſt, quæ nullum ſequ itur florem orationis, neque dilatat argumentum. ſed minutis interrogatiunculis, quaſi punctis quod propoſuit, efficit.* Probare cum eſt acceptum habere. Cic *Nobis autem erant ea perpetienda, quæ ſcilicet* Sp. Melius *probauiſſet.*

Approbare. Cic. *Neq; ſolùm dixi, ſed etiã facio dijs, hominibusq; approbantibus.*

Comprobare

Comprobare. *Cic. Sed ſcito ea, quæ nos pro ſalute patriæ geßimus, orbis terræ iudicio, ac teſtimonio comprobari.*

Probator. *Cic. Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorē? aut quid refert, utrū uoluerim fieri, an gaudeam factū?* Probatio uel approbatio. *Cic. Panſa tuas literas recitauit, magna Senatus approbatio conſecuta eſt cum ſummo gaudio.* Approbationē mouere. *Idem. Vt enim pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepôre conſentiunt, ſic hoc decorum, quod elucet in uita, mouet approbationē eorū, quibuſcum uiuitur, ordine, & conſtantia, moderatione dictorū omnium, atq; factorum.*

Probabilis. *Cic. Quare & ſi minus ueram cauſam habebis, tamē uel probabilē aliquam poteris inducere.* Probabile, pro gratum & acceptū haberi. *Cic. Fuit etiam facilis, & expeditus ad dicendum, & uitæ ſplendore multo, & ingenio ſanè probabili.* Probabilitas. *Idē. Quod habeat rationē, ne cui falſò aſſentiamur, néue unquā captioſa probabilitate fallamur.*

Improbare. *Cic. Honos alit artes, omnesq; incenduntur ad ſtudia, gloria: iacentq; ea ſemper, quæ apud quoſq; improbantur.*

Accipere *pro probare.* Cic. *Etſi ob eam rem miraris, accipio cauſam.*

Placere. Cic. *Sed nec mihi placuit, nec cuiquã tuorum, quicquam te abſente fieri, quod tibi, cum ueniſſes, non eſſet integrum.* Placitum *eſt, pro placuit.* Idem. *Quamobrem placitum eſt mihi, ut Brunduſium ducerem hanc copiam, quam ego habeo mecum.*

Videri. Cic. *Nihil hæc uidentur, id eſt, placent.* Cæſ. *Ad hæc, quæ uiſum eſt, Cæſar reſpondit.*

Libere. Cic. *Non libet fugere, aueo pugnare.* Collibitũ *eſt.* Idem. *Vt ſimulac mihi collibitũ ſit de te cogitare, illud occurrat.* Libitũ *eſt.* Idem. *De quo genere libitum eſt paulò plura, quàm oſtenderam dicere.*

Ratum *pro firmo.* Cic. *Attamẽ iſtæc ipſa, quæ te emiſſe ſcribis non ſolum rata mihi erunt, ſed etiam grata.* Ratum habere. Cic. *Negat enim probari oportere eos, qui leges ſcripſerunt, ratum habere iudicium, ſi totum corruptum ſit.*

Irritum. Cic. *Teſtamentum irritum fecit, quod etiam infimis ciuibus ſemper obtentum eſt.*

Nullum *pro irrito ponitur, idemq́; eſt, quod inane, & nullius uis.* Cic. *Minutius quidam mortuus eſt, eius teſtamentum erat nullum: lege hæreditas ad gentem Minutiam ueniebat.*

Aſſentire, *uel aſſentiri.* Cic. *Sedens his aſſen*

ſi, qui

ſi,qui mihi leuiſsimè ſentire uiſi ſunt.

Aſſentiri *alicui.* Cic. *Huic aſſentiuntur reliqui conſulares. Aſſentiri aliquid alicui.* Cic. *Quòd aliter cecidiſſe rem exiſtimas, atque opinatus ſis, id tibi nullo modo aſſentior. Aſſentiri ad.* Cic. *Ad ea quæ ſcripſiſti, ualde tibi aſſentior. Aſſentiri de* Cic. *De triumpho tibi aſſentior, quem quidam totum facilè, & libenter abiecero Aſſenſor.* Cic. *Tamen quotidie commemorabam te unum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, & me tibi. Aſſenſio.* Cic. *Iudicatum eſt res aſſenſione, aut autoritate, aut iuditio alicuius, aut aliquorum comprobata. Aſſenſionem captare* Cic. *Inductio, eſt oratio, quæ rebus non dubijs captat aſſenſionē eius, quicum inſtituta eſt. Aſſenſus.* Ci. *Quid ni ita eſſet, qui potuiſſet aſſēſu omniū dicere Ennius. Ire ꝑ aſſentiri.* Ci. *Frequēs ſenatus in alia omnia inijt.*

Diſcedere *in.* Cic. *Frequens eum Senatus reliquit, & in alia omnia diſceſsit. Diſceſsionem facere.* Idem. *Nemo eſt enim qui neſciat, quo minus diſceſsio fieret per aduerſarios tuos eſſe factum.*

Conſentire. Cic. *Animorum conſentientium multitudine completum eſſe mundum. Conſentire alicui.* Idem. *Pax denique per eum, & per liberos eius cum præſtantiſsimis ciuibus confirmata eſt, atque ijs principijs reliqua conſentiebant. Conſen-*

ſentire inter ſe. Cic. *Vt enim pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cum quodam lepôre conſentiunt, ſic hoc decorum, quod elucet in uita, mouet approbatianem eorum quibuſcum uiuitur.*

Conſentire *cum*. Idem. *Quoniam cum conſilijs tuis mea facta, & conſilia conſentiunt.* Conſentire *ad*. Cic. *Omnes ordines ad conſeruandam Remp. mente, uoluntate, ſtudio, uirtute, uoce conſentiunt.* Conſentire *de*. Idem *Iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium eſſet fama conſentiens.* Cõſenſus. Idem. *Accedit eódem uulgi uoluntas, uel potius conſenſus omniũ.* Conſenſio. Idem *Populi uerò Romani, totiusq́; Italiæ mira conſenſio eſt.* Conſenſionem facere. Cic. *Quid igitur? nullíue motus in Sicilia ſeruorum Verre prætore? nullæ'ue conſenſiones factæ eſſe dicuntur.*

Conſentaneus. Cic. *Hæ igitur diſciplinæ ſi ſibi cõſentaneæ uelint eſſe de officio nihil queãt dicere.*

Conuenire *abſolutè*. Terent. *Nomen meum conuenit.* Cum datiuo. Terent. *Num uidentur conuenire hæc nuptijs?* Conuenire cum. Cicer. *Hæc tua deliberatio, non mihi conuenire uiſa eſt cum oratione Largi.* Conuenire *ad*. Cic. *Ego uos hortari tantùm poſſum, ut amicitiam omnibus rebus humanis antepo-*

antepo-

anteponatis, nihil eſt enim tam naturæ aptum, tam cõueniens ad res ſecundas, uel aduerſas. Conuenire in. *Idem. Tamen hoc maledictum minimè in illam ætatem conueniret.* Conuenire inter. *Cic. Atqui ſi, ut conuenire debet inter nos, eſt quædam appetitio naturalis ea, quæ ſecundum naturam ſunt, appetens, eorum omnium eſt aliqua ſumma facienda.*

Reſpondere *pro conuenire, uel conſentire.* Cic. *Nam ea quæ ſperas Tulliæ meæ prudentia temperari poſſe, ſcio, cui epiſtolæ tuæ reſpondeant.*

Stare, *uel cõſtare, pro cõuenire, uel certũ eſſe.* Cic. *Hinc ſi aliquid à comitijs audierimus, nos in Aſiam couuertemus, neq; adhuc ſtabat, quò potiſſimum.*

Facere, *pro conſentire.* Cic. *Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur, uerbo me excludi dicebat.*

Congruere. Terent. *Ecce autem ſimilia omnia, omnes congruunt, unum cognoris, omnes noris.* Ingruere *eſt ſimul & gruum modo inuadere.* Verg. *Ingruit Aeneas Italis, & prælia miſcet.* Congruere cum datiuo. Cic. *Sed tamen erat bibliothecæ, ſtudijsq; noſtris congruens.* Congruere cum aliquo. Cic, *Valde eius ſermo de Publio cum eius literis congruebat.* Cõgruere inter ſe. Terent. *A me neſcio quis exit, concede hinc domum, ne nos inter nos congruere ſentiant.*

ſentiant. Congruere de. Idem. De re una ſolùm diſſident, de cæteris mirificè congruunt.

Concordare. Terent. Si concordabis cum illa, habebis, quæ tuam ſenectutem oblectet.

Cohærere propriè. Cic. Namq; alia quibus cohærent, homines è mortali genere ſumpſerunt, quæ fragilia eſſent, & caduca. Translatè Idem. Simplex autē concluſio reprehenditur, ſi id, quod ſequitur, nō uideatur neceſſario cū eo quod anteceſſit, cohærere.

Aſſentari nunquam ſine adulationis ſpecie eſt. Cic. Cur ita ſentiam, non dicam, ne me tibi aſſentari putes. Aſſentari cum accuſatiuo. Plaut. Aſſentabor, quicquid dicet mulier. Aſſentatio. Cic. Non uereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiā uidear. Aſſentator. Cic. Nam & qui gratificantur cuipiam, quod obſit illi, cui prodeſſe uelle uideātur, non benefici, neq; liberales, ſed pernitioſi aſſentatores iudicandi ſunt.

Seruire, uel dare auribus, pro aſſentari, uel adulari. Cæſ. Auribus Varri ſeruiunt.

Adulari. Cic. Apertè enim adulantē nemo nō uidit, niſi qui admodum eſt excors. Adulatio. Idem. Vt igitur & monere, & moneri proprium eſt ueræ amicitiæ & alterū liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, nō repugnāter: ſic habendum eſt,

nullam in amicitijs peſtem eſſe maiorem, quàm adulationem, blanditias, aſſentatonem.

Blandiri. Cic. *Cur Albanum uenire iubet? cur matri prætereà blanditur? cur epiſtolis, & ſororis, & matris imbecillitatem aucupatur?* Eblandiri *eſt bläditijs impetrare, uel aliquid exprimere.* Liu. *Neq; enim omnia eniebat, aut eblandiebatur, ſed uim flagitijs adhibebat.* Blandus. Cic. *Scis me minimè eſſe blandũ.* Blanditia. Cic. *Tu ſi tuis bläditijs tamẽ à Sycionijs nummulorũ expreſſeris, uelim me facias certiorem.* Blandimentũ Idẽ. *Multa .n. nobis blandimenta natura ipſa genuit, quibus ſopita uirtus cõniueret.* Blãdè. Cic. *Sed amabò te mi Attice, uidéſne quàm blandè.*

Conſpirare. Cic. *Mirabiliter enim* Po. Ro. *uniuerſus, & omniũ generũ, ordinũq; conſenſus ad liberandam* Remp. *conſpirauit.* Conſpiratio idem. *Magnas utilitates adipiſcimur cõſpiratione hominũ, atq; conſenſu.* Conſpirare in malã partẽ. Cæſ. *Priuſquàm plures ciuitates conſpirarent, parciẽdum ſibi, ac latius diſtribuendum exercitum putauit.* Conſpiratio in malam partẽ. Cic. *Et quoniam animaduertiſtis illã conſpirationẽ conflatã, ita eſſe reſtinctã, ut nulla ſcintilla cõpareat incẽdij, uos quoq; tribunitiã ſedate temeritatẽ*

Coniurare. *In bonam partem.* Liu. *Trecenti coniurauimus principes iuuentutis* Romanæ, *ut in te-*

bæc

hac uia graſſaremur. Coniuratio. Terent. Prô deûm atq; hominũ fidẽ, quod hoc genus eſt, quæ hæc coniuratio? ut omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, nolintq; omnia? Coniurare in malam partem. Liui. Seruitia urbem ut incenderent diſtantibus locis coniurarunt. Coniuratio Sall. Eo præſente cõiurationem aperit, nominat ſocios. Cõiuratus, Cic. Igitur teſtibus Iudices nõ credere cupidis, et iuratis, & coniuratis, à religione remotis & nõ ſolũ poteſtis, ſed etiãde bettis.

Coire. Cic. auaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipis cognatiq; fortunis cũ alieniſsimo. Cæſ. Reliqui coëunt inter ſe. Coitio eſt arcana pactio & factioſa, quod uerbum quoq; criminoſum eſt. Ci. Dubitatis, quin coitio facta ſit.

Sequi pro aſſentiri, uel fauere, uel ſtudio teneri. Cic. Ego autem illa cùm ſequor, quæ paulò antè expoſui, tum hoc non in poſtremis, de quo cæperam proponere. Sequi cũ ad perſonã refertur. Idem. Id. n. iubet idẽ ille Plato, quẽ ego autorẽ uehementer ſequor. Aliæ ſignificationes. Ci. Quis. n. ante ſacra illa uir ſciens uiderat, ut quiſquã pœnã, quæ ſequeretur illud ſcelus, ſcire poſſet? Sequitur ut. Idẽ. Nec. n ſeqtur, ut cui cor ſapiat ei nõ ſapiat palatũ. Relinquitur, p ſequitur ut. Cic. Relinquitur ergo, ut oĩa tria genera ſint cauſarum. Sequitus, p freto & cõfidenti. Cæſ. In eo cõcilio

Cingetorigem alterius principem factionis generũ ſuum, quẽ ſuprà demõſtrauimus, Cæſaris ſequutũ fidẽ, ab eo non diſceßiſſe, hoſtem iudicandũ curat, bonaq; eius publicat. Sequi pro oblectari *Ci.* Ego uerò, *cùm licet plures dies abeſſe, præſertim hoc tempore anni, & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor, raro autem licet, ſed nimirum me alia quoque cauſa delectat, quæ te non attingit ita*

Secta *pro certa quadam diſciplinæ formula ponitur, ut plures quondam fuere inter philoſophos. Sed generatim ſecta Latinis eſt factio, hæreſis, ſtudiũ, ratio uitæ, ratio philoſophandi. Cic.* Hæc *eadem eſt noſtræ rationis regio & uia, horum nos hominum ſectam, atq; inſtituta perſequimur.*

Hæreſis *eſt opinio firmata de aliquo dogmate. Cic. Si enim ſtomachabere, & moleſtè feres, plura dicemus, poſtulabimusq; ex qua hæreſi ab hominibus armatus deiectus ſis, in eam deſtituare.*

Pars *pro factione. Cic. Erat illarum partium, quid ni? qui apud te eſſet educatus? quem tu à puero ſic inſtituiſſes, ut nobili, ne gladiatori quidẽ hæreret?*

Spectare *pro ſequi, uel uehemẽter attendere, & quaſi decernere. Cic. Non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare debemus.*

Dare *ſe alicui, id eſt, ſequi, ſtudere, uel inſeruire. Cc.*

re. Cic. An cuncter, & tergiuerſer, & iis me dem, qui tenent? qui potiuntur?

Suffragari. Cic. Si nihil erit præter ipſorũ ſuffragiũ, tenue eſt: ſi ut ſuffragantur, nihil ualet gratia.

Fauere. Cic. Omnia Reipublicæ cauſa, ſed mehercule in ea conſeruanda iam defatigatus, non multo plus faueo patriæ, quàm tuæ gloriæ. Fauere linguis, pro tacere, uel ſilere, ponitur. Et hoc loquendi modo propriè utebantur antiqui in ſacris, & rebus diuinis faciendis, cùm ſcilicet ſilentium imperabatur, ut ad ſacrorum obſeruationem omnes eſſent attentiores, nec ſtrepitu, murmuréue ſacer cultus interturbaretur. Vſi ſunt etiam antiqui hoc loquendi modo in fabulis recitandis. Cic. Iam illa fauete linguis, & prærogatiuam omnium comitiorum, hoc eſt ipſum eſſe contra ſe copioſum & diſertum. Fautor. Cic. Si amicitiæ non modo fautrices fideliſsimæ, ſed etiam effectrices ſunt uoluptatum tam amicis, quàm ſibi. Fauor. Idem. Quam enim rem, & expectationem? quod ſtudium, & quem fautorem ſecum in ſcenam attulit Panurgus?

Propitius, eſt quo amico fauenti, facili, & nobis conſulenti utimur. Cic. Patria propitia ſit, habet à nobis etiam ſi non plus quàm debitum eſt, plus certè quàm poſtulatum eſt.

lium deductus maximo clamore, atque plauſu, in roſtris collocatus ſum Plauſum *quærere, captare, excitare, dare, tribuere, impertiri* Cic. Huic plauſus, *maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica, ſigna præterea beneuolentiæ permulta à nobis impertiuntur.* Plauſum mori. Cic. *Cæſar cum ueniſſet mortuo plauſu,* Curio *filius eſt inſequutus.* Plauſibilis. Idem. *Iudicum culpa, atq; dedecore etiam* Cenſorium *nomen, quod aſperius antea populo uideri ſolebat, id nunc poſcitur: id iam populare, atq; plauſibile factum eſt.*

Arridere. Cic. *Tum* Craſſus *arridens, quid cenſes inquit,* Cotta, *niſi ſtudium & ardorem quendam amoris?* Aliquem *arrideri.* Cic. *Satis enim his res ipſa reſpondet cùm aut non adhibeantur ad cauſas: aut adhibiti derideãtur.* Nam *ſi arriderentur, eſſet id ipſum* Atticorum Arridere pro placare. Cic. Inhibere *illud tuum, quod ualde mihi arriſerat, uehementer mihi diſplicet.*

Admurmurare *eſt collatis inter ſe capitibus, & tacito quodam murmure, non plena uoce, id, de quo agitur, improbare.* Ci Primum *igitur ſcito, me nõ eſſe rogatũ ſetentiã propoſitũq;, eſſe nobis pacificatorem* Allobrogum, *idq; admurmurante ſenatu, neque me inuito eſſe factum.* Admurmuratio. Cic.

O diuina ſenatus frequentis in æde Bellonæ admurmuratio. Admurmuratio *grata,uel ſecunda.* Idem. *Eam tanquàm reum accuſaui multis,& ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatus.*

Acclamari *pro exclamari,et uocem efferri.* Cic. *Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam, & quietam: tu illam,cui, cum quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet,Hoſtienſem non tam gratioſam, & illuſtrem,quàm negocioſam & moleſtam.* Acclamare. Idem. *At prodeſt plus imperator: quis negat? ſed tamen non metuo,ne mihi acclametis.* Acclamatio. Idem. *Et cum ſint populares multi, uarijq; lapſus,uitanda eſt acclamatio aduerſa populi.*

Subſcribere. Cic. *Cæſar nobis literas perbreues miſit,quarum exemplum ſubſcripſi.* Subſcribere *& accuſatiuum & datiuum,& præpoſitionem admittit.* Cic. *Video igitur Iud. animaduertiſſe Cenſores, in iudices quoſdam illius conſilij Iuniani,cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberet.* Subſcriptor. Idem. *Venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis & diſertis.* Subſcriptio *Extra cauſam* Ci *In Leontino iugerum ſubſcriptio,ac profeſſio,non eſt plus triginta.* Cùm *eſt in cauſis* Cic. *Quartum quem ſit habiturus, non uideo: niſi quem fortè ex illo grege oratorum, qui ſubſcriptionē ſibi poſtularūt,cuicunq; &c.*

Diſſentire,

DISSENTIRE. *Cic. Veruntamen ipſe me confirmo ad eius uoluntatem, à quo honeſte diſſentire non poßum.* Dißentire cum aliquo. Idē. *Ex ſcripto, ac ſententia naſcitur controuerſia, cùm uideatur ſcriptoris uoluntas cum ſcripto ipſo diſſentire.* Diſſentire inter ſe. Idem *Memini colloquia, & cum accerrimis hoſtibus, & cum grauißimè dißentientibus inter ſeſe ciuibus.* Diſſentire de. Idem. *Res enim nulla eſt, de qua tantopere non ſolùm docti, ſed etiam indocti diſſentiant.* Diſſenſio. Idem. *Perge porrò, nã de iſto magna diſſentio eſt.* Diſſenſionem cõmouere, facere, extinguere. Mat. Cic *Neq; enim Cæſarem, in diſſenſione ciuili ſum ſecutus, ſed amicum: quanquàm re offendebar, tamen non deſerui, neq; bellum unumquàm ciuile, aut etiam cauſam diſſenſionis probaui, quàm etiam naſcentem extingui ſummè ſtudui.*

Diſcrepare pro *diſſentire, uel non concordare, aut congruere.* Cic. *Adeſt Centuripinus Phalargus in amplißima ciuitate amplißimo loco natus, eadē dicit, nulla in re diſcrepat.* Diſcrepare ſibi. Ci. *Quid? hoc non idem fit in uocibus? ut à multitudine, & populo non modo cateruæ, neq; conuentus, ſed etiam ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes eijciantur?* Diſcrepare inter ſe. Idem. *Et quidem ſic, ut hæc duo uerba inter ſe diſcrepare, ſed tamen unum ſonare uideantur.* Diſ-

ſcrepare ab aliquo. Idē. Id à tuis literis, quas ad me de acceſſu tuo miſeras, diſcrepabat. Diſcrepare cū. Idē. Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus, et intellige facta eius cū dictis diſcrepare. Diſcrepare de. Cic. Sed alia quædā ad eū ſit admouenda curatio, & talis quidē, quæ poßit eſſe omniū etiam de cæteris rebus diſcrepantiū philoſophorū. Diſcrepare imperſonaliter poſitū. Liui. Nec inter ſcriptores rerū diſcrepat ſolùm, ſed oratiões quoq;, ſi modò ipſorū ſunt quæ feruntur. Diſcrepantia. Cic. Ita ſunt tria genera, quæ controuerſiā omni ſcripto facere poſſunt: ambiguū, diſcrepantia ſcripti & uoluntatis: ſcriptura cōtraria.

Diſcordare pro dißidere, diſſentire, nō conuenire, nō congruere. Terent. Qui ſcis eos nunc diſcordare inter ſe? S. Ipſus mihi Dauos, qui intimus eſt eorū cōſilijs dixit. Diſcors Cic. Nō gloriæ cupiditate efferebantur, propterea, quòd ubi honos publicè non eſt, ibi gloriæ cupiditas eſſe nō poteſt, nō contentione, nō ambitione diſcordes, nihil enim ſupererat, de quo certarent: nihil quod contra peterent: nihil, ubi dißiderent. Diſcordia. Idē. Diſcordia eſt ira acerbior intimo odio, & corde concepta. Diſcordiam inducere, cōcitare, impendēre, oriri, placare, ſedare, dißipare, tollere. Idē. Tollatur è ciuitate diſcordia, iam omnes iſti, qui portenduntur metus, extinguentur.

Dißidere

Diſsidere. *Plin. lib. 37. cap. 4. ad inanimata tranſtulit. Adamas, inquit, diſsidet cum magnete lapide in tantum, ut iuxta poſitus ferrum nõ patiatur abſtrahi.* Diſsidere re aliqua. Cic. *Diuerſæ uoluntates ciuium fuerunt, diſtractæq́; ſententiæ: nõ enim conſilijs ſolùm, & ſtudijs, ſed armis etiam & caſtris diſsidebamus.* Diſsidere ab aliquo. Idem. *Eodem Q. Cepionem referrem, niſi nimis equeſtri ordini deditus, à ſenatu diſsidiſſet.* Diſsidere cũ. Cic. *Quid? cum Cleante doctore ſuo quàm multis rebus Chryſippus diſsidet?* Diſsidere de. Idem. *Quia de una re ſolùm diſsident, de cæteris mirifice congruunt.* Diſsidere inter. Cic. *Eius autem collega, & in me per honorificus, & partium ſtudioſus, ac defenſor bonarum, quinimò inter ſe leuiter diſsident.* Diſsidium pro diſſenſione, & pro diuortio. Terent. *Valeant, qui inter nos diſsidium uolunt.* Diſsidium facere. Cic. *Quamobrem primum danda opera eſt, ne qua amicorum diſsidia fiant.*

Controuerſia *non ſolum in litibus eſt, ſed ad omnem diſceptationẽ & contentionẽ pertinet.* Cic. *Lator ipſe legis, cũ eſſet cõtrouerſia nulla facti, iuris tamen eſſe uoluit.* Controuerſiam oriri, exiſtere, facere, intendere. Cic. *Nos tamen intelligimus uitioſum eſſe, intendere controuerſiam propter nominũ differentiam.* In controuerſiã uocare. Idẽ. *Nulla enim fere*

res poteſt in dicendi diſceptationem, aut controuerſiam uocari, quæ non habeat utrunq;. Adducere in controuerſiam. Idem. Mediocriſne res in controuerſiam deducta totius Galliæ concilium Bibracte indicitur. In controuerſiam uenire. Idem. Cum tanta hæreditas in controuerſiam ueniſſet. Eſſe in controuerſia. Cic. Perinde quaſi id fuiſſet in controuerſia, quo illi nomine appellarentur à pop. Rom. In controuerſia uerſari Idem. Nam quoniam, quicquid eſt, quod in controuerſia, aut in contentione uerſetur, in eo aut ſitne, aut quid ſit, aut quale ſit, quæritur, ſitne? ſignis, quid ſit? definitionibus, quale ſit? recti, prauiq; partibus, quibus ut uti poßit orator, non ille uulgaris, ſed hic excellens, à proprijs perſonis, & temporibus ſemper, ſi poteſt auocat controuerſiam Controuerſiam habere, ducere, alere, dijudicare, tranſigere, ſedare, dirimere, tollere. Cic. Itaq; quæ proficiſcebantur à legibus, & à iure ciuili, ſemper ad facilitatem, æquitatemq; referebat: neq; conſtituere litium actiones malebat, quàm controuerſias tollere. Abeſſe à controuerſia Idem. Poſtremo, quid uiro bono, & quieto, & bono ciui magis conuenit, quàm abeſſe à ciuilibus controuerſijs? Sine controuerſia. Terent. Sine controuerſia à dijs ſolus diligere Antipho. Controuerſus, id eſt, litigioſus, & res controuerſa,

uerſa, de qua diſceptatur. Cic. Sed nihil eſt neceſſe dicere, quæ ſequuntur, tantum ſat eſt intelligi, id ſumere iſtos pro certo, quod dubium controuerſumq; ſit. Controuerſari. Idem. Nunc à uobis ô Protagora, & Socrates poſtulo, ut de iſto concedatis alter alteri, & inter uos de huiuſmodi re nõ cõtrouerſemini.

Abhorrere eſt aſpernari, uel fugere, aut diſcrepare, & diſſentire, remotumq; eſſe a re aliqua. Cic. Nonne tum prouidiſti, quàm abhorrerem ab urbe relinquenda. Cum accuſatiuo. Idem Nemo illum aditu, nemo congreßione, nemo ſermone, nemo conuiuio dignum iudicabat: omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant: omnes, ut aliquam immanem, ac perniticioſam beſtiam peſtemq; fugiebant. Abhorrens ſum, pro abhorreo. Idem. Eſt præterea, quod apud te ualet plurimum, à ſtudijs noſtris non abhorrens.

Alienum eſſe pro abhorrere. Abſolute. Cic. Nobis non alienum uiſum eſt, quoniam de aduentu Cæſaris pro certo habebamus, pueros tuos ad te remittere, ut id tu quamprimum ſcires. Cum genitiuo. Idem. Quis alienum putet eius eſſe dignitatis, quam mihi quiſq; tribuit, quod in omni uitæ munere optimum & uerißimum ſit, exquirere? Cum datiuo. Idem. Negatur, ut opinio hominem uideatur non alienæ rationi noſtræ. Cũ ablatiuo ſine præpoſitione.

Idem

Idem. Non putaui eſſe alienum inſtitutis meis, hæc ad te ſcribere. Cum præpoſitione. Idem. Erat primi libri ſermo, non alienus à Sceuolæ ſtudijs.

Remotus pro alieno, uel abhorrenti. Ci. Hæc mihi uerisſimilia nõ uidẽtur, ſunt enim à prudẽtia tua remotiſſima. Aliquando remotus ponitur, pro ſeparato, uel ſeiuncto. Locus arbitris remotus dicitur. Ponitur etiam pro omiſſo. Idem. Remoto ioco. tibi hæc amiciſſimo animo præcipio.

Aliquid alicui deeſſe, pro remotum eſſe. Cic. Quid quæris? uel ipſi hoc dicas, licet, humanitatem ei meo iudicio illo die defuiſſe.

Abeſſe, pro alienum eſſe. Cic. A conſilio fugiendi, ut tu cenſes, abſum.

Intereſſe cum datiuo, eſt adeſſe, uel præſentem eſſe. Cic. Quæ gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotijs non interfuit ſolùm, ſed præfuit. Nonnunquàm cum genitiuo, uel ablatiuo annectitur, uidelicet cum mea, tua, ſua, noſtra, ueſtra, & pro pertinere, uel è re eſſe aliquando capitur. Hîc autem eſt idem, quod differre, diſcrepare, diſſimile eſſe. Dicimus intereſſe inter. Cic. Ac uide, quantum interfuturum ſit inter meam, atque tuam accuſationem. Intereſſe à. Idem. Quartum caput eſt, nullum eſſe uiſum uerum à ſenſu profectum, cui,

cui non appoſitum ſit uiſum aliud, quòd ab eo nihil interſit. Intereſſe in Ci. Deinde illa exponunt duo, quæ quaſi contineant omnem hanc quæſtionem, quæ ita uideãtur, ut etiam alia multa eodẽ modo uideri poßint, neq; in his quicquàm interſit. Intereſſe propriè. Cic. Magno me metu liberaris, dummodò inter me, atq; te murus interſit.

Differre imperſonaliter poſitum. Cic. Eſt autem, quòd differat in omni oratione, habenda inter iuſtitiam, & uerecundiam. Abſolutè. Idem. Adiungit Stelatem campum agro Campano, & in eo duodena deſcribit in ſingulos homines iugera, quaſi uero paulum differat ager Campanus ac Stellatis. Cum ablatiuo. Idem. Qui re conſentientes, uocabulis differebant. Differre inter ſe. Idem. Nihil inter deum & deum differt. Differre à. Idem. Compoſitio autem ab utroq; differt, quæ tota ſeruit grauitati uocum, aut ſuauitati. Differre cum. Cic. Deinde quod res cum re differat, demonſtrabitur, ut non idem uideatur de utraq; exiſtimari oportere. Differentia Idem. Sed ſunt tamen per abſurdi & ij, qui cum ſcientia uiuere ultimum bonorum: & qui nullum rerum differentiam eſſe dixerunt.

Diſtare dicitur locus aliùs ab alio. Ci. Oceanus mediusfidius uix uidetur tot res, tam dißipatas, tam

diſtantibus in locis poſitas, tam citò abſorbere potuiſſe. Diſtare abſolutè. Cic. *Quanquàm enim uocabula propè idem ualere uideantur, tamen quia res diffe re=bant, nomina rerum diſtare uoluerũt.* Diſtare inter. Idem. *Multum inter ſe diſtant iſtæ facultates, lon=geq́; ſunt diuerſæ, atq; ſeiunctæ.* Diſtare à. Idem. *A quo genere ne illud quidem plurinum diſtat.* Diſtan=tia. Idem. *Nec ob aliam cauſam ullã boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quòd tan=ta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum, ſtudiorumq́; diſtantia.*

Diſsimilis. *Abſolutè.* Cic. *Diſsimilis eſt pe=cuniæ debitio, & gratiæ.* Cum genitiuo. Idem. *Talem igitur te eſſe oportet, qui primum te ab impiorum ci uium tui diſsimilimorum ſocietate ſeiungas.* Cum da=tiuo. Idem. *Erat huic iudicio longè diſsimilis illa con=tentio.* Cum inter. Idem. *Et quidem duo fuerunt per idem tempus diſsimiles inter ſe, ſed Attici tamẽ* Diſ=ſimilitudo. Idem. *Diſsimilitudo enim ciuitatum uarie=tatem iuris habeat neceſſe eſt.* Diſsimilitudinem habe re à, uel cum. Idem. *Genus inſtitutorum, & rationum mearum diſsimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione prouinciæ.*

Diſpar, Cic. *Cætera, quæ profiteantur, negat ullo modo poſſe ſciri. Etenim geminorum formas eſſe*

ſimiles;

ſimiles: uitam atq; fortunam plerunq; diſparem. Diſpar cum genitiuo. Idem. *Et cum ſimplex animi natura ſit, neq; habeat in ſe quicquam admixtũ, diſpar ſui atq; diſsimile, non poſſe eum diuidi.* Cum datiuo. Idem. *Sunt his alij multũ diſpares, ſimplices & aperti.* Diſparilis. Idem. *Sunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres, aliæ, quæ acuta ingenia gignant: aliæ, quæ retuſa, quæ omnia fiunt, & ex cœli uarietate, & ex diſparili aſpiratione terrarum.*

Aduerſari *pro repugnare, contrauenire, obſiſtere. Sine caſu.* Cic. *Neq; ſolùm ea ſunt, quæ nobis ſuppetunt: ſed etiam illa, quæ aduerſantur, uidenda.* Cum datiuo. Idem. *Ego uerò quibus ornamentis aduerſor tuis? aut cui dignitati ueſtræ repugno?* Aduerſarius, cũ genitiuo & datiuo. Cic. *Nam prorſus ſumma hominum opinio eſt, tuos familiares homines nobiles aduerſarios noſtro honori fore.* Aduerſarium ſe intendere. Cæl. Cic. *Quod à reliquis quoq; uſq; eò eſt animaduerſum, ut Curio, qui nihil conſilio facit, & ratione, & inſidijs uſus uideretur in euitandis eorum conſilijs, qui ſe intenderant aduerſarios in eius tribunatum.* Extra perſonam. Idem. *Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta, & parata incredibilis quædam expectatio.* Aduerſus, uel aduerſum. In bonam partem. Cic. *Eſt enim pietas, iuſticia ad-*

uerſum deos. Idem. *Adhibenda eſt igitur quædam reuerentia aduerſus homines. In malam partem.* Cic. *Aduerſus quos aciem ſtruis?* Idem. *Dedit faſces, ut cum autoritate defenſorem haberet, non ut imperio ſe aduerſum armaret. Aduerſus nomen pro contrario, uel incommodo.* Cic. *Vnum genus eſt, aduerſum, infeſtumq́; nobis, eorum, quos P. Clodij furor rapinis, & incendijs, & omnibus exitijs publicis pauit. Aduerſus ad res relatum, quæ minus ex ſententia cadunt.* Cic. *Omnia enim ſecundiſſima nobis, aduerſiſſima illis accidiſſe uidentur. Dicimus quoq; aduerſa uulnera, non quæ à tergo, ſed quæ à fronte accipimus.* Ci. *Cicatrices aduerſo corpore exceptæ.* Idem. *In quo qui inſiſtunt, aduerſa nobis urgent ueſtigia. Auerſus contrariam habet ſignificationem.* Verg. *Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur Auerſus à, pro alieno, uel remoto.* Ci. *Neq; enim quiſquàm eſt tam auerſus à Muſis, qui non mandari uerſibus, æternum ſuorum laborum facilè præconium patiatur.*

Contrarium, *id eſt, quod aduerſum uel aduerſarium, uel diuerſum, & inter ſe repugnans, ac confligens.* Cic. *Contrarium eſt, quod poſitum in genere diuerſo ab eodē, cui contrariū eſſe dicitur, plurimum diſtat; ut frigus calori, uitæ mors. Contrariū*

cum genitiuo. Idem. *Ad uirtutis autem ſummam accedere,nihil poteſt,ne uitia quidem igitur creſcere poterunt,quæ ſunt uirtutum contraria.* Cum datiuo. Idem. *Id autẽ tantũ abeſt ab officio, ut nihil magis officio poßit eſſe contrariũ.* Inter ſe. Ci. *Cũ contraria inter ſe de rep. capita contuliſſet.* Cum ac,uel atq;. Idem. *In quo infixi ſunt illi, qui uoluuntur ſtellarum, curſus ſempiterni,cui ſubiecti ſunt ſeptem, qui uerſantur retro contrario motu,atq; cœlum.* Contraria pars. Cic. *Commutabile eſt, quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatum ex contraria parte dici.* Ex contrario, uel è contrario. Cic. *At ego hoc ex contrario contendo.* Contrariè. Idem. *Ornant igitur imprimis orationem uerba relata contrariè.*

Repugnare *eſt aduerſari, obſiſtere, uel reclamare.* Imperſonaliter *poſitum eſt diſcrepare.* Cic. *Repugnat enim rectè accipere, & inuitum reddere.* Pugnare inter ſe,*eſt repugnare.* Cic. *Vt crebro conferant pugnantia,comparentq; contraria.* Pugnare cum *eſt, repugnare.* Cic. *Pugnant Stoici cum peripateticis.* Abſolutè. Cic. *Quem autem ſumunt, ut concludant id, quod uolunt, ex ijs duo ſibi putant concedi, neq; enim quiſquàm repugnant.* Cum datiuo. Idem. *Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, ſed*

fratri tuo repugnaui. Contra. Idem. *Hoc cùm ſentit Saturius eſſe apertum, reſiſtere, & repugnare contra ueritatem non audet: aliud fraudis & inſidiarum in eodem ueſtigio diuerticulum reperit*. Repugnantia. Cic. *Quo circa nec id, quod uerè honeſtum eſt, fas eſt cum utilis repugnantia comparari*. Repugnanter. Cic. *Vt igitur & monere, & moneri proprium eſt ueræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter*.

Refragari *eſt aduerſari*. Cic. *Sed tota illa lex accuſationem tuam, ſi haberes nocentem reum, fortaſſe armaſſet, petitioni uerò refragata eſt*.

Reclamare *eſt uocis ſtrepitu repugnare. Et ponitur ſine caſu, & cum caſu*. Cic. *Vna uoce omnes iudices, ne iuraret, reclamarunt*. Cum datiuo. Idem. *Eius orationi uehementer reclamatum eſt*. Reclamatio. Idem. *Præclara, & luculenta reclamatione ueſtra factum pulcherrimum Martialium comprobauiſtis*.

Obſtrepere, *reclamare eſt, & obloqui*. Cic. *Sed tamen eiuſmodi res neſcio quo modò etiam dum leguntur, obſtrepi clamore militum, uidentur, & tubarum ſono*.

Obloqui. Cic. *Tu uerò ut me & appelles, & inter*

& interpelles, & obloquare, & colloquare uelim.

Exſibilare. *Cic. Hiſtrio ſi paulum ſe moueat extra numerum, aut ſi uerſus pronuntiatus eſt ſyllaba una breuior, aut longior, exſibilatur, & exploditur.*

Explodere *eſt eijcere, uel exſibilare, ut in fabulis recitandis maximè fit, cùm non placent. Cic. Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus eſt exploſus.*

Contradicere. *Cic. Cato contradixit, & Caßius maxima acclamatione Senatus. Idem. Dabis diem nobis aliquem, ut contra iſta dicamus.*

Contrauenire *eſt aduerſari, uel contra pugnare. Cic. Ego uerò facilè ſum paſſus, ne in mentem quidem mihi aliquid contrauenire, ita iſti faueo ſententiæ.*

Reſiſtere *propriè eſt conſiſtere. Cic. In diſcrimen extremũ uenimus, nihil eſt iam, unde nos reficiamus, aut ubi lapſi reſiſtamus. Eſt etiam ſeſe opponere. Neq; ſolum in bello hoſtibus reſiſtimus, ſed in re omni nobis aduerſantibus. Cic. Serò reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. Reſiſtere contra. Idem. Hoc cum ſentit Saturius eſſe apertum, reſiſtere & repugnare contra ueritatem non audet.*

Obſiſtere. *Cic. Obſtiti eius ſermoni, & hominem in familiaritatem recepi.* Aliquando eſt impedire. Cic. *Obſtitiſti uidelicet, ne ex Italia tranſire in Siciliam fugitiuorum copiæ poſſent,* Atq; hoc modo ferè ſine datiuo ponitur.

Obſtare. Cic. *Cur mihi te offers? ac meis officijs officio ſimulato officis & obſtas?*

Occurrere *tam iuuantis eſt, quàm reſiſtentis.* Cic. *Non debeo. C. Cæſar, quod fieri ſolet in tantis periculis, tentare, quonámmodo dicendo miſericordiam tuam commouere poßim, nihil opus eſt, occurrere ipſa ſolet ſupplicibus & calamitoſis nullius oratione euocata.* Occurrere alicui, pro obuiam prodire. Hic pro reſiſtere.

Intercedere *eſt quicquid interuenit, uel interiacet, uel interponitur.* Cic. *Vnus & alter dies interceſſerat, cùm res parum certa uidebatur: ſequeſter & confirmator pecuniæ deſiderabatur.* Intercedere, pro quaſi rogando impetrare. Cic. *Adſcribit etiam, & quaſi calcar admouet, interceßiſſe ſe pro ijs magnam pecuniam.* Dicimus etiam intercedere rei alicui, uel de re aliqua, pro opponere. Cic. *Meæq; ſententiæ, quæ ſecunda pronunciata erat, cùm frequens aſſentiretur ſenatus rogatu Seruilij, P. Titius interceßit.* Interceßio propriè tribunorum

rum erat, quibus ius fuit S. C. intercedendi, hoc eſt, uetandi, prohibendiq́. Cic. Quas mihi interceſsiones inquis? quas religiones? eas ſcilicet, quibus Reipub. ſalus continetur. Interceſſor. Idem. Qui etiam priuatus eadem manu poterit conciones concitare, deinde etiam interceſſor parabitur.

Interponere *pro intercedere. Cic. Offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam autoritatem, religionemq́ uideo.*

Intendere *eſt interponere, uel obijcere. Cic. In quo quid reprehendis? quod falſum intenderit? qui doces?*

Vetare. *Cic. Caſus enim gladiatorum, ſimilitudinesq́ue hæ, tum rationes in ea diſputatione à te collectæ uetabant me Reipublicæ penitus diffidere.*

Prohibere. *Cic. Non prætermittam, quin, quoniam id facere, prohibeor, abſens proſim. Cum accuſatiuo, uel infinitiuo, uel abſolutè. Idem. Prohibebat Dictatorem creari legibus. Terent. Multa fert libido, ea prohibet facere tua præſentia. Quod dij prohibeāt locutio eſt ab hoc uerbo manans, quam in re aut tetra, aut crudeli, aut impendente periculo uſurpare ſolemus: deos ſcilicet obteſtantes, ut peſtem à nobis arceant, uel incommodū propulſent.*

Ci *Si eueniat, quod dij prohibeant, diſceßio.* Cum ac*cuſatiuo.* Idem. *Qui erant mecum, facilè operas aditu prohibuerunt.* Cũ propoſitione. Idem. *Quod prædones procul ab inſula Sicilia prohibuiſſet Verres.*

Impedire *pro eo, quod quouis modo impedimentum fert, obſtat, interpellat, excludit.* Cic. *Ne eos impedirem, quo minus ante hyemem ædificarent.* Impediri. Idem *Impedior uerecundia, ne te pluribus uerbis rogem.* Impedimentum *dicitur, quicquid ad rei functionem obeſt: aut cauſa grauior, quæ moram adferat, obſtetq; rei agendæ, atq; exequendæ.* Cic. *Demoſthenes impedimẽta naturæ, diligentia, induſtriáq; ſuperauit.* Impedimenta *pro ſarcinis.* Idem *Cum uxore ueheretur in rheda penulatus, uulgi magno impedimento, ac muliebri, & delicato ancillarum, puerorumq; comitatu.* Impedimentum *pro obſtare.* Cic. *Vbi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quo minus Romam ad laudem tuam mitteretur?*

Cauſa *forenſis.* Cic. *Itaque Alexandrina cauſa, quæ nobis adhuc integra eſt, uidetur ab illo planè eſſe depoſita.* Cauſa *ſuperior, uel inferior.* Idem pro Quint. *Ac, ſi cauſa pari Quintius diſcedere inferior uideretur, tamen eſſet non mediocriter conquerendum.* Cauſam *facere, naſci.* Cic. *Naſcitur Iudices cauſa Cornelij ex ea lege, quam*

L

L. Gellius, Cn. Cornelius ex ſenatus ſententia tulerunt. In cauſam ſe demittere. Idem Cic. Acquieſco enim, et tuas uolo elicere literas, maximeq́; conſilium, quid agam, aut quo me pacto geram, dimittamúe me penitus in cauſam. In cauſam deſcendere, ingredi. Idem. Si id euenit, quod ingredientibus nobis in cauſam, propoſitum fuit accidere poſſe, non debemus ita cadere animo, quaſi aliquid euenerit, quod fieri poſſe nunquàm putaremus. Cauſam uocari in iudicium. Idem. Attamen quæ cauſæ ſunt eiuſmodi, ut de earum iure dubium eſſe non poſſit, omnino in iudicium uocari non ſolent. Cauſam deferre ad aliquem. Idem. Is cauſam habet, quam cauſam ad te defert. Cauſam accipere, recipere, ſuſcipere, ſuſtinere, tutari, defendere, tractare. Cic. Nunc tractare cauſam inſtituimus frumentariam Cauſas uerſare. Cic. Quis porrò unquàm Græcorum rhetorum à Thucidide, quicquam duxit? at laudatus eſt ab omnibus, fateor: ſed ita ut rerum explicator prudens, ſeuerus, grauis: non ut in iudicijs uerſaret, ſed ut in hiſtorijs bella narraret. Cauſam agere, actitare, dicere. Cic. Quod poſteaquam iſte cognouit rationem hanc habere cœpit, cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat. Cauſam dicere ex uinculis. Cæſ. Ea res ut eſt Heluetijs per iudicium

enunciata moribus ſuis Orgetorigen ex uinculis cauſam dicere coëgerunt. Cauſæ dictio. Idem. De conſtituta cauſæ dictionis Orgetorix ad iudicium omnem ſuam familiam ad hominum milia decem undiq; coëgit, & omnes clientes, obæratosq; ſuos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit, per eos ne cauſam diceret, ſe eripuit. Indicta cauſa. Cic. Etenim paulò ante in concione dixerat, ei, qui in alios animaduertiſſet indicta cauſa, ad dicendum ipſi poteſtatem fieri non oportere. Cauſam informare, orare, perorare. Cic. Cauſa ſerò perorata ſententias ſe rogaturum negauit. Cauſas declamare. Cic. Vt enim antea declamitabam cauſas, quod nemo me diutius fecit, ſic hæc mihi ſenilis eſt declamatio. Obtinere cauſam. Idem. Cauſam enim in frequenti Senatu obtinebamus. Cauſa cadere. Idem. Quòd ſi ſcribere oblitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent. Cauſam amittere. Cic. At uerò in foro, tabulæ, teſtimonia, pacta, conuenta, ſtipulationes, cognationes, affinitates, decreta, reſponſa, uita deniq; eorum, qui in cauſa uerſantur, tota cognoſcenda eſt, quarum rerum negligentia pleraſq; cauſas, & maximè priuatas uidemus amitti. Cauſam aduerſarijs tradere, id eſt, cedere. Terent. Verum inuitum ſcientem, tacitum, cauſam tradere aduerſarijs etiámne id lex coëgit?

Cauſam componere, id eſt, controuerſiam ſedare. Cic. Alteri, *cùm domeſticũ tempus in cognoſcendis, componendisq́; cauſis, forenſe in agendis, reliquum in ſe ipſis reficiendis omne conſumerent, quem habebant inſtituendi, aut dicendi locum? Cauſam iudicare.* Idem. *Eſt enim hæc cauſa quaſi quædam appendicula cauſæ iudicatæ atq; damnatæ.* Cauſam alicui adiudicare. Idem. *Nam hoc neceſſe eſt, ut is, qui nobis cauſam adiudicaturus ſit, aut inclinatione uolũtatis propendeat in nos, aut defenſionis argumentis adducatur, ut animi permotione cogatur.*

Lis *pro rixa, & qualibet concertatione ponitur.* Cic. Me Athenis audire ex Phedro meo memini Gellium familiarẽ tuũ, & Athenis philoſophos qui tum erant, in locum unum conuocaſſe, ipſisq́; magnopere autorẽ fuiſſe, ut aliquando controuerſiarum aliquem facerent modum, quòd ſi eſſent eo animo, ut nollent ætatem in litibus conterere, poſſe rem cum eo conuenire. Hic pro forenſi controuerſia capitur. Cic. At ſi lis in iudicio ſit propinquum potius, & amicum, quàm uicinum defenderis. Litem intendere, inferre, conteſtari. Cic. Poſſumus enim, ut ſponſiones appellemur, procuratorem introducere, neq; enim illi litem conteſtabuntur, quo facto, non ſum neſcius ſponſores liberari. Litem perorare, id eſt, cauſam dicere. Cic.

At neq;

At neq; contra Rempublicam, neq; contra iuſiurandum, ac fidem amici ſui cauſa uir bonus faciet: nec ſi iudex quidem erit de ipſo amico. Ponit enim perſonam amici, cum induit iudicis, tantum dabit amicitiæ, ut ueram amici cauſam eſſe malit, ut percrandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Litem dare, id eſt, iudicare. Idem. *Paulò antè M. Perpenna P. Saturij tabulas poſcebamus, nunc tuas C. Fanni Chereæ ſolius flagitamus, & , quominus ſecundum eas lis detur, non recuſamus.* Litem æſtimare. Cic. *Sunt lites exiſtimatæ. A. Gabinio, nec prædes dati.* Litem capitis æſtimare, eſt actione rei perſequutoria non uti, ſed criminaliter intendere, & ut uulgo loquimur, concluſiones capitales concipere. Cic. *Scæuola condemnatus eſt alijs criminibus, frequentiſſimis Apuliæ teſtibus, omni contentione pugnatum eſt, ut lis hæc capitis æſtimaretur: quæ res ſi rei iudicatæ pondus habuiſſet, ille poſtea uel ijſdem, uel alijs inimicis reus hac lege ipſa factus fuiſſet.* Litis æſtimatio. Idem. *Non iudicia reſcinduntur, ſed hoc ſtatuitur, æſtimationem litium, non eſſe iudicium.* Litem ſuam facere. Idem. *Quid ſi, cùm pro altero dicas, litem tuam facias? aut læſus efferare iracundia? cauſam relinquas, nihil ne noceas?* Litem in rem ſuam uertere. Liuius.

Orare

Orare ne peſsimum facinus peiore exemplo admitterent iudices litem in rem ſuam uertendo. Litem perdere. Cic. *Alter iniquum putabat, plus ſecum agi, quàm quòd eſſet in actione, neq; intelligebat, ſi ita eſſet actum, litem aduerſarium perditurum.* Litigium pro controuerſia, uel lite. Plaut. *Litigium eſt illi cum uxore.* Litigare In foro. Cic. *Noli pati litigare fratres, & iudicijs turpibus conflictari.* Extra forum Idem. *Litigarem tecum, ſi fas eſſet.* Litigioſus, id eſt, controuerſus. Ad rem relatum. Cic. *Sed quoniam de noſtra poſſeßione depulſi, in paruo, & eo re ligioſo prædiolo relicti ſumus.* Ad perſonam Idem. *Ignoratio iuris litigioſa eſt.*

Præiudicare *eſt aliquē exemplo alieni iudicij damnare, uel eſt certa quadam animi inductione aliquid iudicare, uel exiſtimare.* Cic. *Tantum opinio præiudicata poterat, ut etiam ſine ratione ualeret autoritas.* Iudicium *eſt quod ex cauſa ipſa fit.* Præiudicium *autem quod iudicibus exemplum præbet ad iudicandum poſteà in eadem cauſa, uel paribus cauſis.* Cic. *Cùm Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatum præiudicijs uideret.* Præiudicium facere. Idem. *Niſi quæ præiudicata de eo facta eſſe conſtarent.* Præiudicare. Idem. *Quaſi præiudicata res ad has cauſas deferri ſoleat.*

Iudiciū

Iudicium. *Cic. Bis eſt enim à me iudicio capitis, rebus ſaluis defenſus.* Iudicium pro cauſæ actione. *Idem. Quid enim ſimile habet epiſtola aut iudicio, aut concioni? quin ipſa iudicia non ſolemus omnia tractare uno modo.* Iudicium conflare. *Liuius.* Iudicia *domi conflabant, pronunciabant in foro.* Iudicio circunuenire, perfundere. *Cic.* Interim *mihi uideris Eruci una mercede duas res aſſequi uelle: nos iudicio perfundere, accuſare autem eos ipſos, à quibus mercedem accepiſti.* Iudicio, uel in iudicium arceſſere. *Cic. Atque etiam hoc præceptum officij diligenter tenendum eſt, ne quem unquam innocentem in iudicium capitis arceſſas.* Id *enim ſine ſcelere fieri nullo pacto poteſt.* Iudicium intendere. *Idem. Atq; hominem furentē exultantemq; continui, ſimulac periculū iudicij intendi: duobus inceptis uerbis omnē impetū gladiatoris, ferociamq; compreßi.* Vocare in iudiciū, uel ad iudiciū. *Idem. Reus eſt maximis, plurimisq; in iudicium uocatus.* Adducere, uel deducere in iudicium. *Idem. Sed aggrediemur iam, quod ſuſcepimus, ſi prius expoſuerimus, quæ cauſa in iudicium deducta ſit.* In iudicium uenire. *Idem. Quòd ea res in iudicium antea non ueniſſet.* Iudicio conflictari, id eſt, certare. *Idem. Quid? hoc quò pertinet? ut ocyus ad tuum perueniaſ?*

ueniaſ? at, ſi id uelles, iampridem actum eſſe poterat, ut honeſtiore iudicio confligere? at ſine ſummo ſcelere P. Quintium propinquum tuum iugulare non potes. Iudicium exercere, conſtituere. Cic. In hanc rem me cognitorem dediſti: lite conteſtata, iudicio damni iniuria, conſtituto, tu ſine me cũ Flauio deciſiſti. Iudicium dare, Prætoris erat, qui iudicium alij faciendum, & exercendum tradebat. Idem. In Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit. Iudicium facere, eſt iudicium exercere. Cicer. Id accidit prætoris iniquitate & iniuria: primum quod contra omnium conſuetudinẽ iudicium prius de probro quàm de re maluit fieri, &c. Iudicium committere, pronuntiare, corrumpere, contaminare conſtuprare, reſcindere. Cicer. Simulac tutè cœperis tua iudicia reſcindere, mihi ſuccenſere deſinito. Iudicia calere. frigere, ſilere, conticere, tollere. Idem. Sublatis iudicijs, amiſſo regno forenſi. Iudicio opprimere liberare. Cicer. Quò is facilius, quem uelit iniquo iudicio opprimere poßit. Iudicatus, ùs, ui. Cicer. At quæ eſt iſta tertia decuria? centurionum inquit, quid? iſti ordini iudicatus lege Iulia, etiam antè Pompeia, Aurelia non patebat. Iudicare. Ci. Itaq; recuperatores cõtra iſtum rem minimè dubiã prima actione iudicauerunt. Iudicatũ pro re iudicata.

Cic.

Cic. Iudicatum eſt res aſſenſione, aut autoritate, aut iuditio alicuius, aut aliquorum comprobata. Iudicatū facere eſt, quod iudicis ſententia conſtitutum eſt face re: uel iudicis ſententiæ parêre. Iudicatum ſoluere, eſt, quod iudicis decreto imperatum eſt, illud ſoluere, uel pro eo ſatisfacere. Cic. Iſte poſtulat, ut procurator, iudicatum ſolui, ſatisdaret. Iudicatum negare. Idem. Frater meus pro ſua æquitate, prudentiaq; decreuit, ut ſi iudicatum negaret, in duplum iret. Res iudicata. Idē. Status enim Reipublicæ maximè iudicatis rebus cōtinetur. Re iudicata ſtare. Idē. M. Gratidius legatus, ad quem eſt aditum, actionem ſe daturū negauit, re iudicata ſtari oſtendit placere. Rem iudicatam reſcindere, infirmare, irritam facere. Idem. Neq; uerò illa popularia ſunt exiſtimanda: iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, reſtitutio damnatorum. Iudicatio. Idem. Quæſtio eadem in coniecturali, quæ iudicatio, occideritne. Iudiciarius. Idem. Hic ille planus improbiſſimuus quæſtu iudiciario paſtus. Iudicialis. Idem. Iudiciali moleſtia ut caream uidebis.

Sententia iudiciaria. Cic. Audita uobis eſt arbitror Quirit. quæ ſint acta in ſenatu, quæ fuerit cuiuſq; ſententia. Sententiam rogare. Idem. Primum igitur ſcito me non eſſe rogatum ſententiam, prępo-

ſitumq;

poſitumq́; eſſe nobis pacificatorem Allobrogum. Sententiam dicere. Idem. *Itaque poſtridie placuit, ut breuiter ſententias diceremus.* Sententiam ferre. Idem. *De quo uos ſententiam per tabulam feretis.* Sententiam pronuntiare, diuidere. Cæſ. *Lentulus ſententiam Calidij pronuntiaturum ſe omnino negauit.*

Ius. Cic. Nec de pontificio, *ſed de publico iure diſputo.* Summum ius. Idem. *Summum ius ſumma iniuria.* *Summo iure agere, pro eo, quod eſt nõ ex æquo, & bono, ſed iniquiore quodam iure, & præfracto.* Cic. Non enim minus laborat *Cecinna, ne ſummo iure egiſſe quàm ne certum ius obtinuiſſe uideatur.* Dicimus quoque *ad extrema iura decurrere.* Et, Intra *parietes experiri & diſceptare.* Cic. *Si quid in controuerſiam ueniret, aut intra parietes, aut ſummo iure experiretur.* Aequo iure agere, *uel ex bono, & æquo diſceptare.* Cic. Poſteaquam *ea dies uenit, iſte incipit ſimulare ſe uelle ſortiri.* Heraclius *cum aduocatis adit, & poſtulat, ut ſibi cum paleſtritis, hoc eſt, cũ populo Syracuſano æquo iure diſceptare liceat, &c.* *Concedere de iure ſuo, uel decedere.* Idem. *Eſt enim non modò liberale paulùm nonnunquam de iure ſuo decedere, ſed interdum etiam fructuoſum.* Ius eſt, *quod omnia recta, & inflexibilia exigit.* Aequitas *eſt, quæ ex iure multum remittit.* Dicimus etiam *ex*

æquo & bono ſtatuere, arbitrari, cenſere, æſtimare. Interdum *æquum & bonum ſine copula dicitur.* Cic. Deinde *æquum bonum, teſtamentorum ſententias, uo luntatesq́; tutatus eſt.* Aequi boni *facio.* Idem. *Tranquilliſsimus autem animus meus, qui totum illud æqui boni facit.* Aequum bonum *impetrare, eſt quod* Barbari *dicunt, habere rationem ab aliquo, id eſt, ius ſuum obtinere, uel rem ſuã recipere, uel quòd æquũ eſt auferre.* Cic. *Igitur à quo uiuo nec præſens nec abſens quicquã æqui boni impetrauit, apud mortuũ factũ eſt gratus.* Meo iure *aliquid agere, faceréue, eſt idem quod mea facultate, uel autoritate, uel conceſſa mihi omnium conſenſu libertate & poteſtate.* Cic. *Duo illa quæ facillima uidentur (quoniam quæ difficilora ſunt, non poſſum) mihi pro meo iure ſumo.* Idem. *Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas* pro meo iure, ſuo iure, & tuo iure. Idem. *Itineris noſtri cauſa fuit, quòd non habebam locum, ubi pro meo iure diutius eſſe poſſem, quàm in fundo Sicæ.* Iure, iure optimo, iurè & meritò. Cic. Cic. *Quid ego nunc lugeam uitam hominum? uerè, & iurè poſſum, ſed quid neceſſe eſt, cùm ita agam, ne poſt mortem, miſeros nos putemus fore, uitam etiam efficere deplorando miſeriorem?* Idem pro Marcello: *Quod ei quidem meritò, atq; optimo iure contigit, quis eſt*

enim

enim illo præſtantior? Poſtulare ius. Idem Quorum facinus cõmune, cur non ſit eorum præda communis ius poſtulabas, ſed quid ad rem? plus ille poterat. Ius conſtituere, uel ſtatuere. Cicer. Dicemus in omnibus æquabile ius ſtatui conuenire. Ius dicere Idem. Nobis autem in hac cauſa nihil aliud opus eſt, niſi te ius inſtituto tuo dicere. Reſpondere ius, uel de iure. Idem. At me hercule ego arbitrabar poſſe id populo noſtro probari, ſi te ad ius reſpondendum dediſſes. Ius dare. Idem. Quid religioſius, quàm cũ populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare. Ius habere. Idem. Vt imperandi in Syria, Aſia, Bithania, Ponto ius, poteſtatemq; habeat. Iure eſſe, id eſt, ius habere. Cic. Optimo enim iure ea ſunt profectò prædia, quæ optima conditione ſunt. In ius uocare. Idem. In ius ad Metellum Carpinatium uoco, tabulaſq; ſocietatis in forum deſero. Adducere in ius. Idem. Illud etiam reſtiterat, quod heſterno die fecerunt, ut te in ius adducerem, ut nobis tempus quandiu diceremus, præſtitueres. Educere in ius. Idem. Quomodo igitur hoc aſſequar Iudices, ut ſciam, lucri quantum factum ſit? non ex Apronij tabulis, quas ego cùm conquirerẽ, non inueni: &, cũ in ius ipſum eduxi, expreßi, ut conficere tabulas ſe negaret. In ius adire. Cic. Cum ad prætorẽ

Iuriſdictio. *Cic. Aſiaticæ iuriſdicti ni urbana iuriſdictio reſpondebit.* Iuriſdictionem *conficere, uel abſoluere* Idem *Mihi erat in animo, quoniam iuriſdictionem confeceram, proficiſci in Ciliciam* Nonis *Maijs.* Iuriſdictionem *intermittere.* Idem *Monet enim ijdem ne occultis conſilijs* Reſpublica *lædatur, quæ ſunt occultiora, quàm eius, qui auſus in contione eſt dicere, iuſtitium edici oportere, iuriſdictionem intermitti, claudi ærarium, iudicia tolli?*

Forum. *pro macello aliquando ponitur, ut apud* Cicer. *pro* Cluentio. Interdum *eſt, forum in quo iudicia publica exercentur, & apud antiquos peculiari nomine iudices uocabantur, in curias diſtributi, eorum iudicium fori appellatione intelligebatur.* Aliquando *pro ipſa iuriſdictione ponitur, ut agere forum, id eſt, iudicia exercere.* Cicer. *Sublata erat de foro fides.* Forum *attingere.* Cic. *Qui poſteaquam forum attigiſti, nihil feciſti, niſi pleniſſimum ampliſſimæ dignitatis.* Forum *agere, eſt ius dicere, uel iuriſdictionem exercere.* Idem. *Quo die has literas dedi, forum inſtitueram agere* Laodiceæ.

Roſtra *dictum eſt templum, ſeu forum ante curiam* Hoſtiliam, *in quo erat pulpitum ornatum ex roſtris nauium* Antiarum: *ex quo loco concionari*

 ſolebant

ſolebant, unde ſæpe legimus pro roſtris, id eſt, in roſtris. In eo enim loco roſtra ab hoſtibus capta, fixa erant. Cic. Cùm Vectius peroraſſet, deſcendiſſentq; de roſtris. Roſtrum eſt quo aues aliquid capiunt. Cicer. Ibes maximam uim ſerpentium conficiunt, quum ſint aues excelſæ, cruribus rigidis, corneo, proceróque roſtro. Pertinet etiam ad alia animalia. Cicer. Sus roſtro ſi humi A literam impreſſerit, num præterea ſuſpicari poteris Andromachen Ennij ab eâ poſſe deſcribi? A ſimilitudine autem roſtri auium dicta eſt, pars illa exporrecta atque acuta è prora: unde naues ipſæ roſtratæ dicuntur. Ci. Lex eſt apud Rhodios, ut ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit, publicetur.

Curia eſt ſedes, ac templum publici conſilij, & tam ad locum, quàm ad perſonas hominúmque conuentum refertur. Vnde dictæ Curiæ Romanæ, & curiatæ leges, & comitia de quibus Cicero. A curia autem nulla me res diuellet, uel quod iam rectum eſt, uel quod rebus meis maximè conſentaneum. Curialis. Cicer. Theophraſtus ſcribit quidam Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe.

Subſellia ſunt Tribunorum, Trium uirorum, Quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentium

ſentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebant. Erant & ſubſellia iudicũ id eſt, eorum qui publicis iudicijs diſceptandis operã dabant. Ci. Accuſabat tribunus plebis idem in concionibus, idem ad ſubſellia. Ad iudicium non modo de cõcione, ſed etiam cum ipſa concione ueniebat. Subſellia pro forenſi exercitatione. Ci. Ergo iſta (inquit Antonius) tum à Craſſo diſcemus cum ſe de turba, & à ſubſellijs in ocium, ſolitudinemq́; contulerit.

Tribunal. Cic. Contentus hac iniquitate non fuit: palàm de ſella, ac tribunali, pronunciat, ſi quis abſentem Sthonium rei capitalis reum facere uellet, ſeſe eius nomen recepturum. Quæ forma tribunalis fuerit Vitruuius lib. 5. docet.

Dica. Cic. Deinde cæteras dicas omnes illo foro. M. Poſthumius quæſtor ſortitus eſt, hanc ſolam in illo conuentu reperiere ſortitus. Dicã ſcribere, uel impingere, pro dictare actionem. Terent. Cedò dum an unquàm iniuriarum audiſti ſcriptam dicam. Idem. Si tu illũ attigeris, ſecus quàm dignũ eſt, dicam tibi, etc.

Actio aliquando pro orationis pronunciatione ponitur. Cic. Sed cùm hæc magna in Antonio, tum actio ſingularis. Aliquando pro quæſtione, petitione, uel accuſatione. Cic. Quæro, ſit ne, aliqua huius rei actio, an nulla? Actionẽ inſtituere, uel cõſtituere. Idẽ.

In actionem inſtituis: ille aciem inſtruit. A*ctionē dare, eſt, quando iudex actorem ad intendendam actionem admittit.* A*ctionem habere, intendere.* Idem. *Dic mihi, credo dixerat: mulctam irrogarat, actionem intenderat.* A*ctionem eximere, reſtituere.* T*ranq.* N*ā, et ijs, qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones.*

Diem *dicere eſt, idem quod conſtituere.* Cæſ. *Omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam* Rhodani *omnes conueniunt.* Diē *dare, pro dicere.* Ci. T*ulliola tibi diē dat, ſpōſorē appellat.* Dicere *ſacramento.* Pli. I*pſi enim dubito ob hæc maximè, quòd ut iam dixerant ſacramento, ita nondum diſtributi in numeros erant.* Dicere *pro deſtinare, & dicare.* Liuius. Hoc decreto Cos. *armatus cum paucis appellantibus tribunum collum torſiſſet, metu cæteri ſacramento dixere.* Dicere *doti, pro in dotem promittere.* Terent. *Sed ita dictu opus eſt, ſi me uis ſaluum eſſe, & rem, et filium me mea bona omnia doti dixiſſe illi.* I*nde dicta puella.* Nonius *inter ſperatam, inquit, dictam, pactam, & ſponſam hoc intereſt, quòd uirgo poſtquàm petitur, ſperata dicitur: dehinc promiſſa, dicta, uel pacta.* Virg. *Et coniunx, quondā tua dicta relinquor.* Dicere *etiam magiſtratū* Rom: *dicebāt pro creare, & quaſi deſtinare.* Liuius.

Quòd

Quòd plebeius Dictator ſit dictus, id uitium auguribus uiſum eſt. Diem dicere, pro uadimonio capitali obſtringere, & in iudicium uocare die ad ſiſtendum, conſtituta, & ad uadimonium obeundum præfinita. Ci. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia cõcurret.

Citare eſt in ius uocare. iubere adeſſe, & diem alicui dicere. Cic. Cognoſcite nunc ita reum citatum, eſſe illum, ut re ſemel, atq; iterum proiudicata condemnatus in iudicium uenerit. Citare pro fidem obteſtari, implorare, teſtificari. Cic. In hac re inquam teſtem Næui citabo. Allegare aliqui, pro citare ponũt, ſed eſt Latinis id quod mittere. Cic. Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facilè impetrat. Laudare pro citare. Cic. His tu igitur epiſtolis Deciane recitatis, his mulierculis productis, illo abſente autore, inquit, laudato, & teſte huius criminis citato. Appellare eſt iudicium dictare, uel etiam citra iudicium interpellare. Cic. Cauendum etiam, ne maior pœna, quàm culpa ſit, & ne iiſdem de cauſis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Autor uerbum iuris eſt, & eum ſignificat, à quo quis ius in re comparauit, aut aliâs quæſiuit. Cic. Nam L. Metellus, ut iſti ſucceßit, ex C. Sacerdotis, & Sex. Peducei inſtituto frumentum Mamertinis imperauit: tum illi intellexerunt ſe, id quòd à malo

 autore,

autore emiſſent, diutius obtinere non poſſe. Autoritas. Cic. *Multæ ſunt domus in hac urbe P. C. atq; haud ſcio, an penè cunctæ, iure optimo, ſed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure autoritatis, iure mancipij, iure nexi.*

Quærere *eſt legibus uindicare.* Vndè *rem quæſitam dicebant, cũ ad uindictam criminis aliquid ſtatuebatur de reis, aut ad tormenta ſeruorum iretur pro crimine comperiendo.* Sic *fit, ut ſæpe quæſtio ad ſeruos pertineat.* Cic. Quid? Romæ *quæſitũ de iſtis hominibus non erat? itáne tandem mulier iam nõ morbo, ſed ſcelere furioſa, cùm quæſtionẽ habuiſſet* Romæ *cùm de honeſtiſsimorum uirorũ ſententia conſtitutum eſſet, ſatis quæſitum uideri: eadẽ de re triennio poſt in filij caput quæſtionẽ habere conata eſt.* Quærere *iudicum eſt, & magiſtratuũ.* Inquirere *aliorum.* Cic. *Itaq; cùm ego diem inquirendi in Sicilia perexiguam poſtulauiſſem, inuenit iſte, qui ſibi in* Achaiam *biduo breuiorem poſtularet.* Inquiſitor. Idem. *Erat autem* Cicero *accuſator* Verris, *idemq; accuſator.* Anquirere *pro quærere, & pecunia anquiſitum, id eſt, concluſum pro mulcta, uel emenda, & anquirere capite, pro criminaliter contra aliquem procedere.* Diſquiſitionem *autem uocabant, iudicium per opiniones, ut nunc loquimur, cum opinionem, uel*

ſententiam

ſententiam omnes rogantur. *Liuius.* Sed nõ quid ego fecerim, in diſquiſitionem uenit, ſed quid iſti pati debuerint. Quærere cum præpoſitione. *Cic.* Cuius de morte tanquã de ceremonijs uiolatis quæritur. Quæſitor erat, qui iudicis publicis præerat, à quo more Romano tabellæ ternæ iudicibus dabantur, abſolutionis ſcilicet, condemnationis, ampliationis. Quæſtor pro quæſitore. *Cic.* Iam hoc nemini dubium eſt: qui reo cuſtodiam, quæſtori gratulationẽ, iudici præmiũ decreuit, quid de tota re, & cauſa iudicârit. Cõperendinare etiam huc pertinet, quod quia procraſtinare, & diem de die ducere ſignificat, ab ea ſignificatione cõperendinati rei dici poſſunt in cauſis criminalibus, quos curia dimiſſos fide ſua eſſe uoluit, id eſt, quos ſuæ ipſorum cuſtodiæ cõmiſit, ut aut urbem iuſti carceris loco habeant, aut priuatam aliquam domum, ut fit interdum ex perſonarum dignitate, & genere cauſarum. Comperendinati ideò dici poſſunt, quia non planè abſoluti ſunt, ſed ueluti uadimonio quodam obſtricti, uel quia nondum comperta ſatis crimina, uel quia nondum ſe innocentes probauerunt.

Quæſtio pro iudicio publico, Inde iudex quæſtionis. Prætor dicebatur, idem qui & quæſitor, qui iudicijs publicis præerat. *Cic.* Facti enim in eculeo quæſtio eſt, iuris in iudicio. Quæſtionem poſtulare,

uel

cognitor, ſi præſentis cauſam nouit, & ſic tuetur, ut ſuam. Cicero cognitorem uocat familiariſſimum defenſorem. Cognitores hodie procuratores iudiciales uocantur. Cic. Me defenſorem calamitatum ſuarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris ſui, me actorem cauſæ ſuæ eſſe uoluerunt. Aduocatus. Cic. Quis eum unquam non modò in patroni, ſed in laudatoris, aut aduocati loco uiderat? Aduocatio nõ ſemper pro cœtu patronorum, & cauſidicorum, aut pro ipſa cauſæ defenſione ponitur, ſed interdum potius eſt coactorum amicorum ad opem, fauoremq́; præſtandum facta coitio. Inde aduocare uerbum, eſt ad conſilium, opitulationemq́; cauſæ præſtandam amicos accerſere, quippe hominum uel conſultorum, uel autoritate, opibusq́; pollentium comitatus, & ſtudium, uel reum uel actorem fauorabiliorem facit. Interdumq́; reum noxæ eximit, interdum iuri uim adfert, propterea crimini datur. Cic. P. Vetilius propinquus Ebutij, ait ſe Ebutio cum armatis ſeruis ueniſſe aduocatum. Aduocatio pro conſultatione. Cic. Quò ſæpenumero ſenatus conuocetur, quò maximarum rerum quotidie aduocationes fiant. Aduocatio pro cauſæ defenſione. Idem. Quo quidem nuntio ualde mehercule de te timueram: ſed tu in re militari multò es cautior, quàm in aduocationibus.

Patronus

Quæſtio *extra forum, pro dubitatione, diſputatione, uel diſceptatione. Cic. Omnino diuidunt noſtri totam iſtam de dijs immortalibus quæſtionem in partes quatuor. In quæſtionem uocato. Idem. In illo Platonis libro de omni re, quæcunq; in diſceptationē, quæſtionemq́; uocaretur, ſe copioſiſſimè dicturū profitetur.* Quæſtionem *adferre, imponere. Cic. Quid mihi nunc uos (inquit Craſſus) tanquàm alicui Græculo ocioſo, ac loquaci, & fortaſſe docto, atq; erudito quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, imponitis?* Quæſtionem *habere Actiuè Cic. Totus enim quæſtionis eius, quæ habetur de finibus bonorū, & malorum, cùm quæritur, in his quid ſit extremū, & ultimum, fons reperiendus eſt* Paßiuè. *Idem. Nec uerò, ſi quid eſt unum inter eos ſimile (id autem eſt iudicium, electioq; uerborum) propterea cæterarum rerum diſſimilitudo intelligi non poteſt, ſed id nec dubium eſt, & ſi quid habet quæſtionis, hoc tamen ipſum ad id quod propoſitum eſt, non eſt neceſſariū.* Quæſtionē *tractare. Ci. Cū igitur pauca in Xyſto locuti eſſemus tū eodē in ſpatio cōſedimus hic Catulus, etſi heri (inquit) id, quod quærebatur, penè explicatū eſt, ut tota ferè quæſtio tractata uideatur.*

Querere *pro diſputare, conſulere, uel diſcutere cum accuſatiuo, uel cum propoſitione deponitur. Cic.*

Nec

Nec tam quærendum eſt, dolor malumúe ſit, quàm firmandus animus ad dolorem ferendum. Idem. *In qui bus ſæpe non de facto, ſed de iure, atq; æquitate quæ ritur.*

Differere *Abſolutè.* Cic. *Sed & argumentan dum, & accuratè diſſerendum, & rationibus conque ſitis de uoluptate, & dolore diſputandum putant.* Cũ *accuſatiuo.* Ci. *Quod autem et in ſenatu pluribus uer bis diſſerui, & dixi in concione, in eo uelim fidẽ, meã liberes.* Cum de. Cic. *Sed de hoc teſte, totoq; Mythri datico diſſeruit & ſubtiliter, & copioſè Q. Horten ſius, nos, ut inſtituimus, ad reliqua pergemus.* Diſſe- *rere cum.* Idem. *Hæc ego cum ipſis philoſophis tum Athenis diſſerebam.* Cum in. Idem. *In his ego me con ſultationibus exercens, & diſſerens in utranq; par- tem, tum Græcè, tum latinè.*

Contendere *pro diſſerere, diſputare, uel litigare, abſolute.* Cic. *Deſinamus aliquando uulgari, & peruulgata declamatione contende- re.* Contendere cum. Idem. *Patere igitur rationem meam cum tua contentione contendere.* Aduerſum, *uel contra.* Idem. *Quod ſi duriorem te eius miſeræ, et afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduerſus te.* Contendere re aliqua. Cic. *De Orat.* 1. Contentio. Idem. *Mira contentio eſt conſecuta.* Contentionem

impedire.

impedire. Idem. Nunc aut impendet, ut & tu oſtendis, & ego uideo, ſumma inter nos cõtentio. In contentionem uocare. Cicero. Reliqui temporis ſpatium in contentionem uocatur. In contentione ponere Cic. Ex qua domo recitatur nobis iureiurando deuincta autoritas, ut res minimè dubitanda in contentione ponatur? Contentionem excitare, facere. Cic. Plebs, de ſuo iure periculoſas contentiones nullas facit. In cõtentionem uenire. Idem. Neq; ferè unquàm uenit in contentionem de accuſando, qui quæſtor fuiſſet, qui repudiaretur. Contentionem eſſe alicui cum aliquo. Idem. Sed tamen hæc tibi eſt prima cum Plaucio generis ueſtri, familiæq; cõtentio, qua abs te uincitur. Cõtentionẽ eſſe inter. Idẽ. Neſciebam inter ſapientiſſimos homines hanc contentionẽ fuiſſe, ut alij dicerent animos hominũ, ſenſusq; morte reſtingui: alij autẽ tum maximè mentes ſapientum, ac fortium uirorum cum è corpore exceßiſſent, ſentire ac uigere. Contentionem habere cum. Idem. Noſtra autem cauſa, quæ optime, & dulciſſime frater incidit in tribunitiam poteſtatem, nihil habent contentionis cum tribunatu. Contentionem dijudicare. Idem. Noſtras contentiones Reſpub. dijudicauit. A contentione abeſſe. Cic. Neq; honeſtius reperies quicquàm, quàm ab omni contentione abeſſe.

Rixa eſt uerboſa, & iurgij plena contentio. Cic. Accedat uero, accedat etiam iſta rixa auguratus. Rixari. Idem. Cùm eſſet cum eo Tharraſmæ de amicula rixatus.

Iurgium, Cic. Omnia ſunt alia non crimina, ſed maledicta iurgij petulantis. Iurgare. Idem. Iurgare igitur lex putat inter ſe uicinos non litigare.

Diſceptare interdum eſt iudicare, & arbitrari. Vnde diſceptator, id eſt, arbiter, uel iudex, & diſceptare intra parietes: & liberæ diſceptationes, uel legitimæ. Cic. Nam quæ motu animi, & perturbatione facta ſine ratione ſunt, ea defenſiones contra crimen in legitimis iudicijs non habent, in liberis diſceptationibus habere poſſunt. Diſceptare pro cognoſcere, uel arbitrari, idq́; cum accuſatiuo. Diſceptator pro arbitro & iudice. Cic. Laceſſo uos, in contentionem uoco. Pop. Rom. diſceptatore uti uolo. Hîc pro contendere, uel diſputare, uel decertare, & cum propoſitione de ponitur. Cic. Poſtquàm armis diſceptari cœptum eſt de iure publico. Diſceptare in alia ſignificatione. Idem. Quamobrem quanquàm in tuo prælio omnis fortura reipub. diſceptat, quod quidem, cùm hæc leges, iam decretum arbitrabar fore, tamen ipſa fama, quæ

de tua

de tua uoluntate percrebruit, magnam es laudem conſecutus. Diſceptatio. Idem. Ex quo fit, ut neq; diſceptatioue uinci ſe, nec ullo publico, ac legitimo iure patiantur. Vocare in diſceptationem. Idem. De omni re, quæcunq; in diſceptationem quæſtionemq; uocaretur, ſe, copioſiſsime dicturum eſſe profitetur In diſceptationem cadere, id eſt, uenire. Idem. Omnia quæcunq; in hominum diſceptationem cadere poſſunt, bene ſunt eis dicenda, qui hoc ſe poſse profitentur, aut eloquentiæ nomen relinquendum eſt.

Diſputare abſolutè. Cic. Diſputabant, ego contra diſſerebam. Cum accuſatiuo. Idem. Multa ſecundum cauſam noſtram diſputauit. Cum de. Idem. Quis autem eſt, tanta quidem de re quin uariè ſecum diſputet? Cum ad. Idem. Itaq; non inſcitè Heracleotes Dyonifius ad ea diſputat, quæ apud Homerum Achylles queritur. Cum in. Idem. Diſputandumq; eſt de omni re in contrarias partes, & quicquid erit in quaq; re, quod probabile uideri poſsit eliciendum, atq; dicendum. Diſputator. Cic. Niſi fortè Demetrius phalereus in hoc numero haberi poteſt, diſputator ſubtilis, orator parum uehemens, dulcis tamen, ut Theophraſti diſcipulum poſsis agnoſcere. Diſputatio. Idem. Infinitæ, concertationumq; plenæ, diſpuationes.

Decernere *pro contendere, & concertare.* Cic. *Pendeo animi expectatione Corfinienſi, in qua de ſalute reipub. decernitur.*

Certare. Cic. *In quibus ſæpe non de facto, ſed de æquitate, ac iure certetur.*

Decertare. Cic. *An decertare mecum uoluit contentione dicendi?*

Concertare. Cic. *Nunc igitur ſi lingua eſt, concertandum, innocentium uirtute fretus ſupero.*

Certatio. Cic. *Atq; hæc inter nos ſit honeſta certatio.* Decertatio. Idem. *Cumq; harum rerum omnium decertatio cõſulibus optimis, & fortiſſimis commiſſa & cõmendata ſit, Aſiæ & Syriæ mentio fiet?* Concertatio. Idem. *Nam Carneades concertationis ſtudio, modò ait hoc, modò illud.* Certamen *pro priuata contentione, uel cõcertatione.* Cic. *Sed quoniam adhuc præſens certamen, contentionemq; fugerunt, nunc, ſi uidetur eis, in meam concionem prodeant.* In certamen uenire. Cic. *Nam & prima ætate incidimus in ipſam perturbationẽ diſciplinæ ueteris: & conſulatu deuenimus in medium rerum omnium certamen atq; diſcrimen.* In certamen deſcendere. Idem. *Videmúsne apud quos eorum ludorum, qui Gymnici nominantur, magnus honos ſit, nullum ab iis, qui in id certamen deſcendant, deuitari dolorem?* Certamen in-

men inſtituere. Idem. Tum ego, cũ Zenone inquam, ut accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia, aut ſtudio uincendi, &c. Eſſe certamen cum aliquo. Idem. Eſt mihi tecum pro aris, & focis certamen. Eſſe certamen inter. Idem. Gloriæ maximum certamẽ inter ipſos erat. Certatim. Idem. Certatim poſthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occaſionis tarditas expectabitur.

Pugnare. Cic. Mihi uidetur Epicurus noſter de dijs immortalibus non magnopere pugnare: tantummodo deos negare non audet. Pugnax eſt contentioſus, uel controuerſus. Cic. Neq; eſt dubiũ, quin exordium dicendi uehemens, & pugnax nõ ſæpe eſſe debeat. Pugna. Idem. Hic uerò quanta pugna eſt doctiſsimorum hominum negantium eſſe hæc à dijs immortalibus eſſe conſtituta? Pugnaciter. Idem. Ergo de omni ſtatu, conſilioq; totius uitæ, aut certare cum alijs pugnaciter, aut fruſtrari cùm alios, tum me ipſum uelim?

Præliari, pro contendere, uel concertare. Cic. Quæris ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam præter opinionem omnium factum ſit: & ſimul uis ſcire, quomodo ego minus, quàm ſoleam præliatus ſim.

Digladiari pro contendere. Cic. Digladien-

Idem. Vt aut ſuſpitioni, aut inuidiæ materiam dediſſe uideamur. Suſpitionem facere, uel efficere. Idem. Nunc facis ſuſpitionem, ita enim dixiſti, ut neſcio quid à te impetratum eſſe uideatur. Suſpitionem iniijcere, conſtituere, naſci. Cic. Hoc uerò, ex quo ſuſpitio nata eſt, me exquiſiſſe aliquid, in quo te offenderem, tralatitium eſt. Suſpitionem increpare, id eſt, oriri, uel increbreſcere. Idem. Omnes urbanæ res, omnia hæc noſtra præclara ſtudia, & hæc forenſis laus, & induſtria latent in tutela, ac præſidio bellicæ uirtutis: ſimulatq; increpuit ſuſpitio tumultus, artes ilicò noſtræ conticeſcunt. Suſpitionem eſſe. Idem. Ne qua ſubeſſe poſſet aliena, aut officio, aut huius exiſtimatione ſuſpitio, uiros bonos aduocat. Vocare in ſuſpitionẽ, adducere. Cic. Tum eius fidem in ſuſpitionem adduxit. Suſpitionem conferre in aliquem. Idem. Audio prætereà non hanc ſuſpitionem nunc primum captionem conferri. Suſpitionem iacere. Cic. In tam uaria iuriſdictiones tam multa decreta, tot hominum gratioſorum læſæ uoluntates, quæ eſt unquàm iacta non ſuſpitio, quæ tamen ſolet eſſe falſa, ſed iracundiæ uox, aut doloris? Suſpitione attingere, perſtringere. Cic. Nemo unquàm me tenuiſſima ſuſpitione perſtrinxit, quem non præuerterim. In ſuſpitione ponere. Cic. Non eſt igitur circumuentus,

non eſt oppreſſus pecunia, non, ut illæ Quintianæ conciones habebantur, omnes qui Oppianicum condemnarunt, in culpa ſunt, ac ſuſpitione ponendi. In ſuſpitionem uenire, incidere, cadere. Idem. Quod quidem, uel eo tibi laborandum eſt, quia in eandem cadere. Suſpitionem collega tuus uir clariſſimus non poteſt. Suſpitionem cadere in aliquem. Idem. Multi ſunt enim (credo) in quos huius maleficij cadat ſuſpitio. Suſpitionis affinis. Idem. Hic contrà ita quieuit, ut eo tempore omni Neapoli fuerit, ubi neq; homines fuiſſe putantur huius ſuſpitionis affines. Suſpitionem recipere, id eſt, ſuſpitionis affinem eſſe. Idem. Ita ſi cedo illius ornamentis, quæ multa, & magna ſunt, non ſolum huius dignitatis iactura facienda eſt, ſed etiam largitionis recipienda ſuſpitio eſt. Suſpitionem in aliquo conſiſtere, uel reſidere. Cic. In quibus, non poteſt reſidere inertiæ, aut leuitatis ulla ſuſpitio. Suſpitionem ad aliquem pertinere. Idem. An ad Stratonem ſuſpitio non pertinuit? Suſpitionem conuenire in aliquem. Cic. Erat porrò nemo, in quem ea ſuſpitio conueniret. Suſpitionem habere. Idem. Salſa ſunt etiam, quæ habent ſuſpitionem ridiculi abſconditam. Suſpitionem habere, pro ſuſpicari. Idem. Cùm ad te literas miſiſſem, quæ tibi Canuſij, redditæ ſunt, ſuſpitionem nullam habebam, te Rei-

publicæ

publicæ cauſa mare tranſiturum. Suſpitionem trahere, ducere. Idem. De natura licet aliquantulum ducere ſuſpitionis. Suſpitionem alicui incidere. Terent. Redeunti interea ex ipſa re incidit ſuſpitio. Suſpitione perculſus, id eſt, ſuſpitionem habere. Cic. Hac ſuſpitione ſum perculſus, medicum iudicem ſubornabit, finget uidelicet aliquod crimen ueneni. Suſpitionem alicui inſidere. Idem. Atq; illud à me iam intelligebatur, ſubeſſe neſcio quid opinionis incommodæ, ſauciumq; eius animum eſſe, & inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpitiones. Suſpitionem augere, confirmare, minuere, extenuare. Cic. Deinde unamquanq; ſuſpitionem extenuabimus, & dabimus operam, ut oſtendamus nihilomagis in nos eam, quàm in aliam quempiam conuenire. Suſpitionem fugere, uitare, depellere, propulſare, dimouere, remouere, delere, tollere. Cic. Omnem igitur ſuſpitionem ſuſtuli. Suſpitione liberare. Cic. Quem ego ipſum cùm audio, prorſus eum libero omni ſuſpitione cupiditatis. Ex ſuſpitione uendicare. Cic. Itaq; ſe non modò ex ſuſpitione tanti ſceleris, uerum etiam ex omni hominum ſermone non armis, ſed patrimonio ſuo uendicauit. Suſpitione elabi. Idem. Satis te elapſurũ omni ſuſpitione arbitrabare, ſi, quibus pecuniam credebas, his expenſum non ferres? A ſuſpitione remotus. Cic.

Hominem quietiſſimum, & ab omni non modo facinore, uerum minimi errati ſuſpitione remotiſſimum. Abhorrere à ſuſpitione, id eſt, remotũ eſſe. Cic. *Nam quod Catilinæ familiaritas obiecta Cælio eſt, longè ab iſta ſuſpitione abhorrere debet.* A ſuſpitione abeſſe. Idem. *Admonitu iſtius inſimulare cœperunt Epicratem literas publicas corrupiſſe, à qua ſuſpitione ille aberat plurimum.* Suſpitione carere. Idem. *Fuit in ea parte Italiæ, quæ maximè ea ſuſpitione caruit.* A ſuſpitione remotus, id eſt, non ſuſpicans Aſinius. *Et hercule longè remotus ab omni ſuſpitione futuri ciuilis tumultus, penitus in Luſitania legiones in hybernis collocarâm.* Suſpitionem deponere, abeſſe. Cæſ. *Cùm ciuitas ob eam rem incitata armis ius ſuum exequi conaretur, multitudinemq; hominum ex agris magiſtratus cogerent, Orgetorix mortuus eſt, neq; abeſt ſuſpitio, ut Heluetij arbitrantur, quin ipſe ſibi mortem conſciuerit.*

Suſpicari. Cic. *Quando autem te uiſuri eſſemus, nihil ſanè ex iiſdem literis potui ſuſpicari.* Cum accuſatiuo. Idem. *Cæterorum hominum, quos iam debes ſuſpicari, ſermones referebant ad me.* Cum de. Idem. *De quo nihil eſt ſuſpicatus.* Suſpicari pro putare. Idem. *Cùm poſſes iam ſuſpicari tibi eſſe ſucceſſum.* Suſpicioſus, qui multis

diſtrahitur

diſtrahitur ſuſpitionibus. *Actiuè*. Cic. Nec *tamen eſt hæc oratio mea huiuſmodi, ut te in tuos, aut durum eſſe nimium, aut ſuſpitioſum uelim*. *Paßiuè*. Idem. *Verum id, quod adhuc ſuſpitioſum eſt, niſi perſpicuum res ipſa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote*. *Suſpitioſè* Cic. *Cùm enim aliquid habeat, quod poßit criminoſè, ac ſuſpitioſè dicere, apertè ludificari & calumniari ſciens non uideatur*. *Suſpectus dicitur, in quo ſubeſt ſuſpitio rei alicuius, quod paßiuum eſt*. Idem. Nunquàm *ille mihi fuit ſuſpectus*.

Coniectura. Cic. *Quò me coniectura ducat, habeo: ſed expecto tamen*. In *coniectura poſitum*. Idem. *Quæ autem poſita ſunt in coniectura, quæq; mihi uidentur fore, ea puto tibi à me ſcribi oportere*. *Coniecturam afferre, ducere, capere, facere*. Cic. *Huius rei coniecturam de tuo ipſius ſtudio facilimè feceris*. *Coniectura duci, proſpicere, pendere, percipere*. Idem. *Multa prætereo conſultò, ſed ea uos coniectura percipitis*. *Coniectura aſſequi, uel conſequi*. Idem. *Quantum copiarum haberes, cum ipſe coniectura conſequi poteram, tum ex tuis literis cognoui*.

Coniȷcere *pro coniectura aſſequi, augurari, diuinare, uel interpretari*. Terent. *Quid illud mali*

eſt? nequeo

eſt? nequeo ſatis mirari, neq; conijcere. Paßiuè. Cic. Vt illa tritici grana in os pueri Mydæ congeſta: aut apes, quas dixiſti in labris Platonis pueri conſediſſe non tam admirabilia ſint, quàm coniecta bellè, quæ tamen uel ipſa falſa eſſe, uel illa, quæ prædicta ſunt, fortuitò accidiße potuerunt. Cum de. Idem. Quis enim putet celeritatem ingenij Bruto illi nobilitatis ueſtræ principi defuiſſe? qui de matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acutè, arguteq; coniecerit? Cũ ex. Idem. Quàm autem te uelim cautum eſſe in ſcribendo, ex hoc conijcito, quòd ego ad te ne hæc quidem ſcribo, quæ palam in republica turbantur, ne cuiusquàm animum meæ literæ interceptæ offendãt.

Coniector eſt interpres ſomniorum & portentorum. Cic. Quid igitur conuenit ægros à coniectore ſomniorum potius, quàm à medico petere medicinam?

Augur eſt auguriorum interpres. Cic. Quod ni ita ſit, quid ueneramur, quid precamur deos? cur ſacris pontifices, cur auſpicijs augures præſunt? Augurium. Idem. O mea ſemper fruſtra uerißima auguria rerum futurarum Augurium agere. Idem. Vt cùm in arce augurium Augures acturi eſſent, uidiſſentq; &c. Auguratus. Idem. Quis lituus iſte ueſter, quod clarißimum eſt inſigne auguratus, unde nobis traditus.

Augu

Augurare, *uel augurari dicimus. Eſtq́; uel diuinare, uel augurum agere. Actiuè. Cic. Præſentit animus, & augurat quodãmodo, quæ futura ſit ſuauitas.* Deponentaliter. *Idem. Ille igitur mihi uidetur uerè augurari: nam noſtri quidem magiſtratus auſpicijs utũtur coactis. Augurari cũ accuſatiuo. Idem. Calchas ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. Cum ablatiuo. Idem. Quantum coniectura auguramur. Cum de. Idem. Sed, quid de illo augurer, lubet dicere.*

Inaugare, *uel inaugurari. Cic. Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem, uide qui te inauguret.*

Auſpicium. *Cic. Nubit genero ſocrus nullis auſpicijs, nullis autoribus, funeſtis omnibus omnium. Auſpicium agere. Idem. Vtrum decreturus fueris id quod augures omnes uſq; à Romulo decreuerunt. Ioue fulgente cum populo agi nefas eſſe? an quia tua ſemper ſic egiſſes, auſpicia, fueris auguria diſſoluturus? Auſpicium facere. Idem. Quid eſt aliud nolle moneri à Ioue, niſi efficere, ut aut ne fieri poſsit auſpicium, aut ſi fiat, uideri.*

Auſpicari, *eſt de cœlo ſeruare, uel auſpicium agere. Cic. Itaq; nec amnes tranſeunt, auſpicato, nec tripudio auſpicantur. Paſsiuè. Idem. Quam ob rem*

uten

uter noſtrũm tandẽ Labiene popularis eſt? tú ne? qui ciuibus Rom. in cõcione ipſa carnificẽ, qui uincla adhiberi putas oportere? qui in Campo Martio comitijs centuriatis auſpicato in loco crucẽ ad ciuium ſupplicium defigi, & conſtitui iubes. Auſpicatò, *id eſt, bono auſpicio.* Idẽ *Principio huius urbis parens Romulus non ſolũ auſpicatò urbẽ condidiſſe, ſed ipſe etiã optimus augur fuiſſe traditur.* Auſpicio *bono, pro auſpicato.* Cic. *Vt legẽ de ambitu ferret, quam ille bono auſpicio claudus homo promulgauit.* Inauſpicatò. Idem. *Quid? quòd apud te ſcriptũ eſt de* T. Graccho, *nónne & augurũ, & aruſpicũ cõprobat diſciplinã? qui cùm tabernaculũ uitio cepiſſet imprudens, quod inauſpicatò pomerium transgreſſus eſſet, comitia conſulibus rogatis habuit.*

Vitiũ *ad rationem auguriorũ, & auſpiciorũ pertinens.* Cic. Itaq; *ſiniſtra dum non exquirimus, in dira & in uitioſa incurrimus &* P. Clodius Appij *Cæci filius eiuſq; collega.* L. Iunius *claſſes maximas perdiderunt, cum uitio nauigaſſent, id eſt, inauſpicatò.*

Auerſa *auis.* Cic *Qui cùm Achiui cœpiſſent inter ſe ſtrepere, aperteq; artẽ obterere extiſpicũ, ſoluere imperat, ſecundo rumore, auerſaq; aui.*

Vitiũ *obuenire eſt, quod obnunciandi argumentũ dabat.* Ci. *Id igitur obuenit uitiũ, quòd tu iam* Cal.

Iam, futurũ eſſe præuideras, et tãtò antè prædixeras.

Omen Cic. Neque te P. Rulle omnia illa M. Bruti, atque auſpicia à ſimili furore deterrent. Omen bonum. Idem. Proficiſcantur legati optimis ominibus. Omen malum. Idem. Exierunt malis ominibus, atque execrationibus duo uulturij paludati, quibus utinam ipſis eueniſſent ea, quæ tum homines precabantur. Omen capere. Idem. L. Flaccum Flaminem Martialem ego audiui, cum diceret. Conciliam Metellam, cùm uellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare, exiſſe in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa. Quod dij omen auertent, uel obruant Cic. Atque hoc quidem deteſtabile omen auertat Iuppiter. Quod dij prohibeant Idem. Dij prohibeant Iudices, ut hoc, quod maiores conſilium publicum uocari uoluerunt, præſidium ſectorum exiſtimetur. Ominari. Idem. Metuis quæſo ominare.

Seruare de cœlo. Cic. Proſcripſit ſuper omnes dies comitiales de cœlo ſeruaturum.

Obnunciare. Cic. Metellus tamen poſtulat, ut ſibi poſtero die in foro obnuncietur, nihil eſſe quòd in campum nocte ueniretur, ſe hora prima in comitio fore. Obnunciatio. Idem. Marco Craſſo, quid acciderit, uidemus, dirarum denunciatione neglecta.

Prædicere

Prædicere *eſt antè dicere præmonſtrare, præ nunciare, uel oraculū edere*. Cic. *Quos ego iam multis, ac ſummis uiris ad me uenturos id temporis eſſe prædixeram*. Prædictio. Idem. *Omnis enim prædictio mali tum probatur, cùm ad prædictionē cautio adiungitur*. Prædictum. Idem. *Sic iſti diſputāt, qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt*.

Præſentire *eſt cogitatione prænoſcere, uel futura antè ſentire*. Cic. *Mihi autē ad hoc, de quo diſputo, probandū ſatis eſt, non modo plura, ſed pauciora diuinè præſenſa & prædicta reperiri*. Præſentire in poſterum. Cic. *Certè ſi nihil animus præſentiret in poſterum, & ſi quibus regionibus uitæ ſpatium circunſcriptum eſt, eiſdem omnes cogitationes terminaret ſuas*. Præſenſio. Idē. *Atq; etiā per exta inuenta præſenſio*.

Præſagire. Cic. *Præſagibat animus fruſtra me ire, cùm exirem domo. Sagire enim ſentire acutè eſt, ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire uoluit: & ſagaces dicti canes. is igitur, qui antè ſagit, quàm oblata res eſt, dicitur præſagire, id eſt, futura antè ſcire*. Præſagitio. Cic. *Ineſt igitur in animis præſagitio extrinſecus iniecta, atq; incluſa diuinitus, ea ſi exarſit acrius, furor appellatur, cùm à corpore animus abſtractus, diuino inſtinctu concitatur*.

Portendere *eſt præmōſtrare, denūciare, uel prædicere*

prædicere. Ci. Nam id, quod de ſolo oſtenſum eſt tibi, populo commutationem rerum portendit fore. Portentũ eſt, quicquid portendit aliquid futurum: & tam in bonã quàm in malam partẽ capitur. Portenta autẽ ex augurijs, & auſpicijs ſignificationem accipiebant. Ponitur etiam portentum pro re inani quapiam & irridenda, & id per ironiam, uel per execrationem pro re inaudita & nefaria Cic. Portentorum explanationes, Hetruſcorum diſciplina contineri putarunt.

Oſtentum. Cic. Eiuſdem autem generis etiã illud eſt, quòd ſcribit Herodotus. Crœſi filium, cúm eſſet infans, loquutum, quo oſtento regnum patris, et domum funditus concidiſſe.

Monſtrũ. Ci. Nulla iam pernicies à mõſtro illo, atq; prodigio manibus ipſis intra mœnia cõparabitur.

Prodigium. Cic. Hæc non modò mirabilia ſunt, ſed prodigij ſimilia, quæ dicam.

Vaticinari. Cùm eſt uana prædicentis. Cic. Sed ego fortaßis uaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus Cùm eſt uera prænoſcentis. Idem. Non multò inquam ſecus poſſum uaticinari, tanta malorũ impendet ilias. Vaticinatio. Idem Satis multa de oſtẽtis, auſpicia reſtant, & ſortes, hæ, quæ ducuntur, non illæ, quæ uaticinatione funduntur.

Ariolari. Cic. Hæc habui (inquit) de diuina-

prouiderim, prætereo. Prouidere in poſterum Idem. His autoribus & ducibus, dijs iuuantibus, nobis uigilantibus, multum in poſterum prouidentibus Po. Ro. conſentiente erimus profectò liberi breui tempore. Prouidere, pro curare, uel operam dare. Idem. Si qua conabuntur agere, ſatis prouiſum eſt. Prouidere. Idē. Eſt autem etiam de Brunduſio, atq; illa ora Italiæ prouidendum. Prouidere cum datiuo. Idem. Cui loco per deos immortales Iudices conſulite ac prouidete. Prouidus. Idem. Vt intelligamus nihil horum eſſe fortuitum, & hæc omnia eſſe prouidæ, ſolertisq; naturæ. Prouidus cū genitiuo. Cic. Quid tam diuinū, quàm afflatus ex terra mentem ita mouens, ut eam prouidam rerum futurarum officiat. Prouidens pro prouido. Idem. Poſtremò homo eſt ualde acutus, ac multum prouidens Prouidentia. Idem. Tu nunc omni amore enitere, ut nos cura tua, & prouidentia iuues Prouidenter. Idem. Vehementius, inquit, Cotta inuectus es in meram Stoicorum rationem, quæ de prouidentia deorū ab illis ſanctiſſimè, & prouidētiſſimè cōſtituta eſt. Prudens & prudentia notā habēt ſignificationem.

Animaduertere pro notare, uel attendere. Ci. Dignitas tua facit, ūt animaduertatur quicquid facias. Animū aduertere. Dol. Ci. In quā rem quid aut ille ſperare poſſit, aut tu, animū aduerte, ꝑ tua prudētia.

Attendere *pro animaduertere.* Abſolutè. Cic. *Sed attende quæſo, quæ ſunt conſecuta.* Attendere peo audire. Idem, *Rem geſtam uobis dum breuiter expono, quæſo diligenter attendite.* Attendere pro notare, uel percipere, idq́; cum accuſatiuo. Idem *Sed ſtuporem hominis, uel dicam pecudis, attendite* Attendere animũ. Idem. *Attendite animos ad ea, quæ ſequuntur.* Attendere de. Idem. *In quibus etiam ſi nō erunt inſidiæ, quæ facillimè eſſe poterunt, animus tamen erit ſolicitus, ut nihil poßit de officijs legationis attendere.* Attentus. Terent. *Væ miſero mihi, ut animus in ſpe, atq; in timore uſq; antehac attentus fuit.* Attentus ad. Idem *Solum nunc hoc uitium adfert ſenectus hominibus, attentiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt.* Attentus in. Cic. *Homo Ligurem accuſare cœpit, qui in re aduentitia, atq; hæreditaria tam diligẽs, tã attẽtus eſſet.* Attentũ, facere, tenere, ſe præbere. Cic. *Præbebo igitur me tibi uiciſsim attentũ contra Stoicos auditorẽ: ſpero enim te, ut ſoles, bene paratũ uenire.* Attẽtio. Idẽ. *Reliqua quæ ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, aßiduitate, labore cõplectar uno uerbo, quo ſæpe iam uſi ſumus diligentia: qua una uirtute omnes uirtutes reliquæ cõtinẽtur.* Attentè. Idẽ. *Quæſo, ut me benignè, attenteq́; audiatis.*

Cernere, *pro animaduertere, uel attendere.*

Cic.

Cic. Propriū eſt ſtultitiæ, aliorū uitia cernere, obliuiſci ſuorum. Cernere animo, uel mente. Idem. Et ſimul ſi uno in argumento, unaq́; in perſona mens tua tota uerſabitur, cerno iam animo, quantò omnia uberiora atq; ornatiora futura ſint. Cernere oculis. Idem. Repeto paulò altius Iud. & omnia quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, ut ea cernere oculis uideamini. Cerneres, id eſt, uidere, uel proſpicere poſſes. Sall. Sed cōfecto prælio, tū uerò cerneres, quāta audatia, quātaq; uis animi fuiſſet in exercitu Catilinæ.

Proſpicere pro præſentire. Abſolutè. Cicer. Tum inquam, tum uidi, ac multò ante proſpexi, quanta tempeſtas excitaretur, quanta impendêret procella Reip. Proſpicere in poſterum. Idem, Semper in hac ciuitate nimis magnis accuſatorum opibus & populus uniuerſus, & ſapientes, ac multum in poſterum proſpicientes iudices reſtiterunt. Proſpicere animo. Idem. Sed totū genus oppugnationis huius Iud. & iam proſpicitis animis, &, cùm inferretur, propulſare debebitis. Cum accuſatiuo. Idem. Fac, obſecro te, ut omnia quæ à te proſpici poſſunt, ſciamus. Cum datiuo. Idē. Sed tamen huic malo Po. Ro. ipſe nullo aruſpicū admonitu, ſua ſponte proſpexit.

Circunſpicere eſt diligenter animaduertere, attendere, prouidere. Ci. Circūſpectis rebus omnibus

relictus ſit locus: uel in qua multa cauenda ſunt, quæ ſignificatio ſi quibuſdam forte paßiua uideatur, ea quidem nihil repugno, actiuus tamen eſt effectus. Cic. *Ego enim quæ prouideri poterunt, non fallar in ijs, quæ cautionem non habebunt, de ijs non ita, ualdè laboro.* Cautionem adhibere, adiungere. Cic. *Cum enim prædictio mali tum probatur, cùm ad prædictionem cautio adiungitur.* Cautus paßiuè. Cic. *Cùm uteretur dote uxoris numerata, quò mulieri eſſet res cautior, curauit, ut in eo fundo dos collocaretur, id eſt, ut magis cautum eſſet mulieri de re.* Actiuè. Cic. *Cautioribus utitur conſilijs, in poſterum prouidet, eſt omni ratione profectior.* Cautè. Idem. *Quid huc acceßit ex iure ciuili? partitionis caput ſcriptum cautè, ut centum numeri deducerentur.*

Ratio *pro communi prudentia, & eo ſenſu, quo à beluis diſtamus, uel pro æquitate, aut æquabili uitæ ſtatu.* Cic. *Exercendum tamen eſt corpus, & ita afficiendum ut obedire conſilio, rationiq; poßit in exequendis negotijs, & in labore tollerando.* Idem. *Ratio eſt enim, quæ præſtat omnibus.* Variæ rationis ſignificationes. Cic. *Mea ratio in tota amicitia conſtans, & grauis reperietur.* Idem. *Ego de meis ad te rationibus ſcripſi antea*

diligenter. Idem. Pergami non multum auri ratio conſtat. Mea ratio eſt, ſignificat idem quod ſequor uel ita factus ſum, aut ita ſum, uel inſtitutum meũ eſt. Cic. Cum præſertim te ita malle arbitrarer, tua ratio poſtea eſt commutata: nunc quid fieri poßit, facile me ſtatues. Non ratio eſt, pro non commodum eſt: uel non æquum eſt. Cic. Nam huius rationis ratio non extet, ei rationi ratio non eſt fidem habere. Ratio pro commertio: uel ſocietate. Idem. Quæ ratio tibi cum eo interceſſerat? Ratio pro cauſa. Cic. Sed tamen mei facti rationem exponere illis uolo Ratio pro probatione, uel argumentationis ſumma. Cic Quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quã ob rem in eo potißimum Sthenianum præmium poneretur? Rationem reddere, eſt facti cauſam, rationemq́; referre, ſubijcere, uel ſuggerere. Cic. Nihil eſt enim, quod minus ferendum ſit, quàm rationem uitæ ab altero repoſcere eum, qui non poßit ſuæ reddere. Rationem habere abſolutè poſitũ, idem eſt, quod conſiderare, uidere, cogitare, diſpicere, conſtituere. Ci. Quibus in rebus habenda eſt ratio diligẽter, quos imitemur, quorum ſimiles uelimus eſſe. Rationem habere ut. Cic. Animaduerti enim, & didici ex tuis literis, te omnibus in rebus habuiſſe rationem, ut mihi conſuleres reſtitueresq́;, & præparares quodãmodo omnia

omnia, quò mea ratio facilior, & ſolutior eſſe poßit. Rationem habere cum genitiuo. Cic. Tuas enim. Epi roticas expecto literas, ut habeam rationem non modo negotij, uerum etiam ocij tui. Habere rationem cum. Idem. Nunc uerò quoniam, quæ putaui præclara eſſe, expertus ſum, quàm eſſent inania, cum omnibus muſis rationem habere cogito, id eſt, cũ muſis agere. Rationem ducere, id eſt, habere. Idem. Ego, ſi mei commodi rationem ducerem, te mecum eſſe maximè uellẽ. Idẽ. Intelligo me ante tempus Iudices hæc ſcrutari, et propemodum errare, qui cùm capiti Sex. Roſcij mederi debeam, reduuiam curem: non enim laborat de pecunia, non ullius rationem ſui commodi ducit: facilè egeſtatem ſuam ſe laturum putat, ſi hac indigna ſuſpitione, & ficto crimine liberatus ſit. Reduuia eſt morbus, cùm circa unguem cutis reſoluitur, non ſine dolore id patientis: dicta à rediuiendo. Rediuire enim ueteres pro reſoluere uſurpabant. Hæc & neutro genere reduuium appellatur Pli. lib. 29 cap. 11. Reduuias ſanat ex aqua frigida. Rationem inire, eſt conſilio initum modum, uiamq; rei alicuius faciendæ reperire. Cic. Vt mulcta tam grauis Valerianis prædibus, ipſiq; T. Mario depelleretur, à me inita eſt ratio.

Ratiocinari non magis ad nummariam

rationem, quàm ad alia pertinet, de quibus capitur, ini turq́; conſilium: uel de quibus diſceptatur, & diſſeritur. Cic. Nos *metiendi, rationandiq́; utilitate huius, artis terminauimus modum.* Idem. Etenim *ſic ratio cinabantur, ſic honeſtiſsimi homines inter ſe, & mecum loquebantur apertè iam, & perſpicuè, nulla eſſe iudicia.* Ratiocinator. Cic. *Hæc igitur, et talia circunſpicienda ſunt in omni officio: et conſuetudo, exercitatioq́; capiēda, ut boni ratiocinatores officiorū eſſe poſſimus, & addendo, deducendoq́; uidere, quæ reliquis ſumma fiat, ex quo, quantū cuiq; debeatur, intelligas.*

Conſiliū. Cic. *Conſiliū eſt aliquid faciendi non faciēdiue excogitatio ratio.* Idē. *De tēpore nihil te inuito nihil ſine conſilio egiſſem tuo.* Res *magni cōſilij.* Cic. *Quid ætati ſit credendū, magni conſilij eſt.* Hæc *ſunt cōſilij, id eſt, conſiliū de his iniri, & capi poteſt.* Ci. Ergo *hæc cōſilij fuerūt, reliqua neceſſaria, id eſt, in his conſilio uti potuimus, uel ad hæc conſilium adhibere, liberum, & integrum fuit.* Conſilium *tuum, eſt, hic totum eſt concedentis, ſcilicet cum rei deliberationem alicui concedimus, & tribuimus: uel cum deſignamus alicui eſſe poteſtatem, ut, quo, uelit, iudicio utatur.* Cic. *Huius rei totū conſiliū tuum eſt.* Idem. *Id non ſolum meum conſilium eſt, ſed etiam ueſtrum.* Conſilij *tui eſt.* Cic. *Quid in eo genere efficere poſſis*

conſilij tui eſt. Eſſe conſilio. Idem. *Non eo ſis conſilio ut cùm me hoſpitio recipias, æſtimationem te aliquã putes accipere.* Conſilium alicui deeſſe. Cic. *Sed tibi conſilium non deeſt.* Conſilio egere, uel conſilij. Cic. Cic. *Eoq́; animo uenias, ut me tuo conſilio egere non ſinas.* Idem. *Quid enim illi conſilij afferre poſſunt, cum ipſe egeam conſilio?* Inopia conſilij Idem. *Magna inopia conſilij.* Conſilium petere, exquirere. Cic. *Nunc tuum conſilium exquiro, Romamúe ueniam an hic maneam.* Adducere ad conſilium Cic. *Etſi, ut ſæpe ſoleo mecum recordari, ſermo familiaris meus tecum, & item mecum tuus, utrunq́; noſtrum ad id conſilium adduxit, ut uno prælio putaremus, ſi non totam cauſam, at certe noſtrum iuditium definiri conuenire.* Conſiliorum autor, adiutor, dux, moderator, miniſter. Cic. *Te habere conſiliorum autorem, ſolicitudinum ſocium, omni in cogitatione coniunctum cupio.* Idem. *Dij immortales, cur ego non adſum, uel ſpectator laudum tuarũ, uel particeps, uel ſocius, uel miniſter conſiliorũ?* Conſilio iuuare. Idẽ. *Nũc me iuua me Attice conſilio.* Conſiliũ darę. Idẽ. *Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilij dederim.* Cõſilij copiã facere. Cic. *Meminerant illi Sex. Aeliũ: M uerò Manliũ nos etiã uidimus tranſuerſo foro ambulantẽ, quod erat inſigne, eum, qui id faceret ciuibus omnibus.*

conſilij ſui copiam. Adeſſe alicui in conſilio. Idem. Quæ quò plura ſunt C. Aquili, eò te, & hos, qui tibi in conſilio adſunt, meliori mente noſtra uerba audire oportebit, ut multis incommodis ueritas debilitata, tandem æquitate talium uirorum recreetur. Conſilio inſtruere. Cic. Inſtruar etiam conſilijs idoneis ad hoc noſtrum negotium. Conſilium probare. Idem. Ego autem cùm conſilium tuum probarem, & idem ipſe ſentirem, nihil proficiebam. Conſilium probari alicui. Idem. Gaudeo conſilium tibi probari meum. Conſilium ſequi. Idem. In quo reliqua fuit deliberatio, quod conſilium in diſceſſu, quæ loca ſequamur. De conſilio. Cic. Hoc enim ille expectat uidelicet, neq; eſt facturus quicquam, niſi de meo conſilio. Conſilio aſſentiri Cic. Conſilijs tuis, quæ ſcribis de quatuor legionibus, deq; agris aßignandis ab utriſq; ueſtrum, uehementer aſſentior. Conſilijs parêre. Idem. Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquàm delebit obliuio, te rogo, ut memineris, quantæcunq; tibi acceßiones fient & fortunæ, & dignitatis, eas te non potuiſſe conſequi, niſi meis puer olim fideliſsimis, atq; amantiſsimis conſilijs paruiſſet Cõſilijs uti Cic. His ego conſilijs, ſi te præſentem habuiſſem, eſſem uſus eiſdem. Conſilium repudiare. Idem. Deplorauit enim caſum, atq; orbitat, ſenatus:

ſenatus: cuius ordinis à conſule, qui naſci parens bonus, aut tutor fidelis eſſe deberet, tanquàm ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis: neq; uerò eſſe mirandum, ſi, cùm ſuis conſilijs Rempublicam *profligaſſet, conſilium ſenatus à* Re*publica repudiaret. À conſilijs diſcrepare.* Planc. *Nõ eſt ignotus mihi ſenſus tuus: neq; ſi facultas optabilis mihi quidem tui præſentis eſſet, unquàm à tuis conſilijs diſcreparem. Conſiliũ capere.* Cic. *Ego tam miſero tempore nihil noui conſilij cœpiſſem. Conſilium inire, ſuſcipere, inſtituere.* Terent. *Iam inſtituta mihi ſunt corde conſilia omnia. Conſilium naſci.* Cic. *Sed uideamus, quid actum ſit Brunduſij: ex eo forte mea conſilia naſcentur, meæq; literæ. Conſilium habere.* Idem. *Ipſe* Romam *uenirem, ut unà eſſemus, ſi ſatis conſilij quadam de re haberem. Conſilio abundare.* Cic. *Nunquàm eſſes paſſus me, quo tu abundas, conſilio egere. Conſilium exponere.* Idem. *Nunc quid fieri poßit, tu facillime ſtatues, ego tibi meũ conſilium exponam. Conſiliũ narrare.* Cic. *Antonij conſilia narras turbulenta. Conſiliorum rationem repetere.* Idẽ. *Quod tibi ut plenius exponam, altius paulò rationem conſiliorum meorum repetam. Conſilium indicare.* Planc. *Indicabo temerariũ meum conſilium tibi. Conſilij fores aperire.* Cic. *Nec in ſenatu ſcele-*

ratißimorum

ratiſsimorum conſiliorum fontes aperire dubitauit. Conſiliũ promere. Idem. Nunc certe promenda ſunt tibi conſilia. Conſilium enunciare. Idem. Cæterorum legatorum conſilia, & uoluntatem Chryſogono enunciat. Conſilium notum, uel cognitum. Planc. Certè hoc maius habes teſtimonium amoris mei, quòd maturius, quàm cæteris tibi conſilia mea uolui eſſe nota. Conſilium patere. Cic. Patere tua conſilia non ſentis? In conſilium adhibere. Idem. Vt non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem aut timorem. Conſilium impertire, conferre, coniungere. Cic. In quo non ſit conſilium meum coniunctum cum tuo. Conſilium accommodare ad. Idem. Semper ad nouos caſus temporum, nouorum conſiliorum rationes accommodaſſe. Conſilium ſpectare in, uel ad. Idem. Totum eius conſilium ad bellum ſpectare uidetur. Conſilijs intereſſe. Idem. Publicis conſilijs nullis interſumus. Conſilij particeps. Idem. Fit publici conſilij particeps. Conſilia clauſa habere. Cic. Re quidem uera nemo dubitat, quin eò ſit occiſus, quòd habere clauſa non potuerit ſua conſilia de Verre. Conſilij expers. Idem. Ac uidentur iure ſuccenſere, cùm expertes conſilij fuerint. A conſilio remouere. Idem. Atq; etiam uiro forti collegæ meo C. Antonio laus impertitur, quòd eos, qui coniurationis participes

participes fuiſſent, à ſuis, & reipublicæ conſilijs remouiſſet. Conſilium ponderare. Idem. Hoc plerunq; *facimus, ut conſilia euentis ponderemus.* Conſilium reprehendere. Idem. *Euentusq́; magis noſtri conſilij, quàm conſilium reprehendatur.* Conſilium mulctare. Cic. *Illud tamen deprecor, ut, cùm ab ipſa fortuna crudeliſsimè uideat huius conſilia eſſe mulctata, ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppreſſus eſt, addendum acerbitatis putet.* Conſilium frangere. Idem. *Nec mihi aliter potuiſſe uideor conſilia hominũ perditorum de me frangere.* Conſilium impedire Idem. *Vt & Ciliciam tuerer, et Cappadociam tenens noua finitimorum conſilia impedirem* Conſilia præuenire, uel ante uenire. Sall. *Explorata itinera, regum conſilia, & inſidias eorũ anteuenire.* Conſilijs occurrere. Cic. *Omnibus eius conſilijs occurri, atq; obſtiti.* Reuocare à cõſilio. Cic. *Quòd ſi quiſquàm fuiſſet, qui me Pompeij minus liberali reſponſo perterritũ à turpiſsimo cõſilio reuocaret, quod unus tu facere maxime potuiſti, uictores hodie uiueremus.* Conſiliũ extorquere. Lepid. *Quod uobis breui probaſſem, niſi mihi fortuna proprium conſiliũ extorſiſſet.* Conſilij pœnitere. Cic. *Propterea & tui cõſilij te pœnitet: & nos, qui domi ſumus, tibi beati uidemur.* Conſilium labare. Idem. *Et ſimul cito labare meum conſilium illud,*

quod

quod iam ſatis fixum uidebatur. Conſilium *mutare.* Idem. *Quid ergo accidit, cur conſilium mutarem?* Conſilij *mutatio.* Idem. *Optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilij.* Conſilio *deſiſtere.* Cæſ. *Quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorũ uiæ præoccuparentur, conſilio deſtiterunt.* Conſilium *abijcere.* Cic. *Faunius autem ædificandi conſilium abiecerat, ſed tamen erat Patroni iratus.* Abeſſe *à conſilio, pro conſilium abijcere.* Idem. *A conſilio fugiendi, ut tu cenſes, abſum.* Manere *in conſilio.* Cic. *Catoni autem, cùm incredibilem tribuiſſet natura grauitatem, eamq́; ipſe perpetua conſtantia roboraſſet, ſemperq́; in propoſito, ſuſceptoq́; conſilio permanſiſſet, moriendum potius, quàm tyranni uultus aſpiciendus fuit.* Conſilio *labi.* Idem. *Ego uerò metuo, ſi hoc tempore cõſilio lapſi erimus, ne illi breui tempore nimis multi nobis eſſe uideantur, id eſt, ſi erremus.* Cõſilijs *præceps.* Cic. *Homo amantiſsimus, atq; omnibus conſilijs præceps, & deuius.* Conſilium *exequi, explicare, explere.* Terent. *Quod mihi de hac re dederit conſilium, id exequar.*

Conſulere, *eſt conſilium ab aliquo petere.* Cic. *Aliter enim mihi de ipſis, ac de meipſo conſulendum.* Cum accuſatiuo. Idem. *De quibus nos maiores noſtri nos ſolos, & conſuli, & ſcire uoluerunt.* Conſulens

ſulens eſt qui conſulit, id eſt, qui conſilium petit. Idem. Alteros enim reſpondentes audire ſat erat ut ij, qui docerent, nullum ſibi ad eam rem tempus ipſi ſeponerent, ſed eodem tempore, & diſcentibus ſatisfacerent, & conſulentibus. Conſultor dicitur interdum ille, qui conſilium dat, uel qui prouidet. Sall. Simul ab eo petijt, ut fautor, conſultorq; ſibi eſſet. Dicitur tamen ſæpius conſultor, qui conſilium petit. Conſiliarius eſt qui conſilium dat, uel eſt autor, aut præſcriptor rei alicuius. Ci. Sed tamen ea ratio ædificandi initur, conſiliario quidem, & autore Veſtorio, ut hoc damnum quæſtioſum ſit.

Conſiliari pro conſulere, uel deliberare. Ci. Sed hunc quidē nimbum cito tranſijſſe lætor, tu quid egeris tua cum triſti, tum etiam difficili ad conſiliandum legatione, uehementer expecto: eſt enim inexplicabilis, ita circumſedemur copijs omnibus. Conſultus ad rem pertinens paßiuæ eſt ſignificationis. Cic. Ait ſe de conſulis ſententia rem ad ſenatum eieciſſe, nondum uidelicet meas literas legerat, quibus ad eum re conſulta & explorata perſcripſeram non deberi. Cõſultus actiuè eſt prudens, peritus, intelligens, poniturq; ſine caſu uel cum genitiuo. Cic. Nam ut paulo antè dixi, conſultorū alterum diſertißimū, diſertorū alterum conſultißimum fuiſſe: ſic in reliquis rebus

ita diſsimiles erant inter ſe, ſtatuere ut tamen non poſſes, utrius te malles ſimiliorem.

Conſultum. Cic. *Atq; utinam his omnibus abſtergere fletum ſententijs noſtris, conſultisq́; poſsimus: uel aliqua talis his adhiberi publicè poſſet oratio, qua deponerent mœrorem, atq; luctum.*

Senatus *conſultum, eſt decretum ſenatus, uel lex, aut autoritas ſenatus ſcripta de re aliqua.* Cic. *Vides ex ſenatuſconſulto prouinciam eſſe habendam.* Senatuſconſultum *facere* Et *dicimus ſenatuſconſultum fieri in ſententiam noſtrã, uel ſecundũ nos cũ ex ſententia noſtra fit, id eſt, ut uolumus.* Cic. *Factum de te ſenatuſconſultum honorificum.*

Conſulto, *id eſt, dedita opera, uel de induſtria.* Ci. *Cuius tanta uis eſt ingenij, ut neminem niſi cõſulto putet, quod contra ſeipſum ſit, dicere.*

Conſultare *eſt deliberare, & conſilium capere.* Ci. *In quibus deliberare homines, & conſultare de officio ſolerent.* Conſultatio. Idem. *Ego autem pauaui tuas literas, tamẽ expecto ut ſciam, quid reſpondeant conſultationi meæ.* In conſultationem uenire. Idem. *Itẽ deliberationes partim ipſe propter ſe cõſultandæ ſunt: ut ſi deliberet ſenatus, captiuos ab hoſtibus redimat, an non: partim propter aliquam extraneam cauſam ueniunt in deliberationem & conſultationem &c.*

Conferre

Conferre *capita,eſt conſilij capiendi,uel deliberandi cauſa conuenire,ut ſolent ſenatores,cùm de aliquo non ſatis liquet, inter ſeſe capita conferre, ut certius de cauſa iudex,qui quæſtioni præeſt, pronunciet. Liuius.* C O S S. *uelut deliberabundi capita conferunt,colloquuntur.*

Deliberare eſt *conſultare, uel conſilium rei alicuius faciendæ capere, & ponitur, uel abſolutè. Cic. Tu autem quaſi conceſſum ſit, ita deliberas. Vel cum accuſatiuo. Idem. Id cuiuſmodi, ſit, ſcire ſanè uelim: nam ad id, quod delibero pertinet. Vel cum de. Idem. Quò facilius de tota re deliberemus, uel cum. Idem. Vt ſæpe cum iis, qui audiunt: nonnunquàm etiam cum aduerſario quaſi deliberet.* De*liberatum alicui eſſe, uel deliberatum habere dicimus,id eſt. conſtituere,uel in animo habere.* Deliberatum eſſe. *Cic. Si iam tibi deliberatum eſt,quibus ab roges fidem, iuſiurandi reſponde.* Deliberatum habere. *Idem. Tu ſic ordinem ſenatorium diſpexiſti? ſic ad iniurias,libidinesq; tuas omnia coæquaſti? ſic habuiſti ſtatutum cum animo, ac deliberatum? omnes, qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te prætore attigiſſent, iudices reijcere?* Deliberatio. *Cic. Omnino cum miſerior res nunquàm accidit, tum ne deliberatio, quidem difficilior.* Deliberationem

introducere. Idem. *Sed cùm ſit is, qui id ſolum bonum iudicet, quod honeſtum ſit: quæ autem huic repugnent ſpecie quadam utilitatis, eorum neq; acceßione meliorē uitam fieri, nec diſceßione peiorem, non uidetur eiuſmodi debuiſſe deliberationem introducere: in qua quod utile uideretur, cum eo, quod honeſtum eſt, compararetur.* In deliberationem cadere. Idem. *Triplex igitur eſt, ut Panætio uidetur, conſilij capiendi deliberatio. Nam honeſtum né factu ſit, an turpe dubitant, id quod in deliberationem cadit: in quo conſiderando ſæpe animi in contrarias ſententias diſtrahuntur.* Deliberationem habere: actiuè. Cic. *Ad deliberationes eas, quas habebat domi de Republica, princeps ciuitatis adhibebat, ad hunc ordinē res optimas deferebat.* Paßiuè. Idem. *Nam quòd putas utilius eſſe uel mihi, quod tutius ſit, uel etiam ut Reipublicæ prodeſſe poßim, me eſſe cum imperio, id coràm conſiderabimus, quale ſit. Habet enim res deliberationem, etſi ex parte magna tibi aſſentior.*

Statuere *pro deliberare, uel putare, & iudicare.* Cic. *Statuiq; in eo me nō officij ſolùm fructū, ſed etiam pietatis laudem debere quærere.* Statuere *pro collocare, ponere, uel firmare, aut dedicare, ut ſtatuere ſtatuam, trophæum, tumulū, machinas.* Cic. *Itaq; illi Syracuſam ſtatuam poſteà ſtatuerunt.* Pro

ordinare

ordinare. Cic. Quod genus imperij, quæ prouincia, quæ ratio, aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ re-periebatur? quæ regio, oráue terrarum erat lætior, in qua non regnum aliquod ſtatueretur? Pro conſti-tuere, ut ſtatuere precium, modum, uel finem. Teren. Haud opinor commodè finem ſtatuiſſe orationi mili-tem. Pro infligere, uel illidere in terram. Idem. Tum autem Syrum impulſorē uah quibus illum lacerarem modis? ſublimem medium arriperem, & capite pri-mum in terram ſtatuerē, ut cerebro diſpergat uiam. Statutum pro ſtato. Cic. Soienne, & ſtatutum ſacri ficium uocat. Statuere cum accuſatiuo. Idem. Quem ego deum, ac parentem ſtatuo fortunæ, ac nominis mei. Cum. De. Idem. Quid omnino de captiuo ſta-tuendum ac ſentiendum ſit. Cum. Ex. Idem. Quid autem contendendum eſſet, ex tua putabam uolunta-te ſtatuere oportere. Statutū eſſe alicui. Idē. Quam-obrem ſtatutum eſt mihi, atq; decretum, in his tempo ribus ciuitatis omnia perpeti, quæ uolet furor libidi-noſus. Statutum habere. Cic. Quare uelim, ita ſtatu tum habeas.

Conſtituere interdum eſt ponere, uel ſubij-cere. Cic. Aiulium cum eo fuiſſe, & à multis uiſum eſſe conſtabat: in eum inuadunt, & hominem ante pedes Q. Manilij, qui tum erat triumuir, cōſtituunt,

Interdum eſt quaſi definire. Cic. Hoc enim conſtituto in philoſophia conſtituta ſunt omnia. Conſtituere pro decernere, uel deliberare Abſolutè. Idem Quaſi dominummos haberet; ita conſtituit Scapulis ſe daturum. Cum Accuſatiuo. Idem. Nihil enim conſtitui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Cum De. Idem. Cùm enim uidero, communiter conſtituemus de reditu eius. Cum Ex. Idem. Sed hoc, melius ex re, & ex tempore conſtitues. Cùm propoſitione Cum. Idem Conſtitui cum hominibus, quo die mihi Meſſauè præſto eſſent Conſtitutum eſſe alicui. Cic. De honore noſtro, niſi quid occultè Cæſar per Tribunos molitus erit, cætera uidentur eſſe tranquilla tranquilliſsimus autẽ animus meus, qui totum iſtud æqui bonifacit: & eò magis, quod tam à multis audio conſtitutum eſſe Pompeio, & eius conſilio in Siciliam me mittere. Conſtitutum habere. Cic. Quare ſi quid conſtitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas.

Inſtituere *pro deliberare. Cic. Quod inſtituit referre de religione, & ſæpe iam retulit, ab eo deduci non poteſt.*

Decernere *eſt in animum inducere, uel conſtituere. Ci. In quo omnia mea ſtudia ponere decreui.*

Certũ *eſſe, pro deliberare, & conſtituere. Ci.*

Rem

Rem in eum locum deduxit, ut diceret ſibi certum eſ ſe cum ſuis ſeruis in Pompeium impetum facere.

Inſtitutum *publicum.* Cic. *Ex quo auguru̅ inſtitutis, parentis eum loco colere debebam.* Inſtitutu̅ *priuatum, pro certa uitæ, uel rei cuiuslibet ratione, aut conſilio inito* Cic. *De quibus dicere aggrediar, ſi pauca prius de inſtituto, ac de iudicio meo dixero.* Inſtitutum *capere, id eſt, dare ſe ad inſtituta* Cic. *Nam ſi omnino nos negligimus, in Ariſtonea uitia, & peccata incidemus; obliuiſcemurq́;, quæ uirtuti ipſi principia dederimus: ſin ea non negligemus, neq; tamen ad finem ſummi boni referemus, non multu̅ ab Herilli leuitate aberrabimus. Duarum enim uitarum nobis erunt inſtituta capienda, id eſt, duplicis nobis uitæ erit ineunda ratio: uel ad duplicem uitæ rationem nos demus, neceſſe erit.* Inſtitutum *ſuum tenere.* Cic. *Defendat quidē quod quiſq; ſentit: ſunt enim iudicia libera, nos inſtitutu̅ noſtrum tenebimus.* Inſtituto *uti.* Ci. *Cn. Magnu̅ Pompeij profectu̅ deprehendi ſcilicet, & meo inſtituto uſus ſum, & eu̅ ſtatim miſſum feci.*

Emblema *eſt uermiculatum opus ex teßellis inſititijs aptum atq; conſertum.* Cic. *Nullum niſi loco poſitum, & tanquàm in uermiculato emblemate (ut ait Lucilius) ſtructum uerbum uideres.*

Argumenta *ponuntur pro deſcriptis reru̅*

 ſimulachris

ſimulachris, & perſonis & ſculpturæ ſerie. Quintil. in. 5. Quo apparet omnem ad ſcribendum materiam deſtinatum argumentum appellari. Nec mirum, cum id inter opifices quoq; uulgatum ſit. Vnde Virgilius. Argumentũ ingẽs. Vulgoq́; paulo numeroſius opus dicitur argumentoſum. Ci. Ex ebore diligentiſſimè perfecta argumenta erant in ualuis, ea detrahenda curauit omnia.

Toreumata opera dicuntur aut ſculpta, aut cælata ex quacunq; materia, quæ in delitijs habeantur. Sunt etiam toreumata calices diatetri cælati & tornatiles. Latine tornata opera dicuntur, à terno inſtrumento, quo huiuſmodi opera fiunt. Cic. Res ad iſtum defertur, & iſtius more deciditur toreumata ſanè nota ac præcioſa auferuntur.

Solenne ſuum ſeruare, dicunt Latini pro inſtitutum ſuum ſeruare. Cic. Planè deeſt, quid ad te ſcribam, nota tibi omnia ſunt, nec ipſe habeo, à te quid expectem. Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus, ut ne quem iſtuc euntem ſine literis dimittamus.

Propoſitum eſt mens, uel conſilium, aut ratio rei alicuius propoſita, uel inſtitutum. Cic. Qui etſi nulla re deterreri à propoſito poteſt, tamen excitari tuis laudibus, indulgentiaq́; tua poterit, quò magis amplectatur, ac tueatur iudicium ſuum. In propoſito manere

manere. Cic. Atqui cæteris forſan uitio datum eſſet, ſi ſe interemiſsent, propterea quòd eorum uita lenior & mores fuerant faciliores. Catoni autem cùm incredibilẽ tribuiſſet natura grauitatẽ, eamq; ipſa perpetua conſtantia corroboraſſet, ſemperq; in propoſito, ſuſceptoq; cõſilio permanſiſſet, moriendũ potius, quã tyranni uultus aſpiciẽdus fuit. A propoſito declinare uel egrẽdi. Ci. Declinatio breuis à propoſito, nõ ut ſuperior illa digreſsio. Ad propoſitũ redire, uel referri Idem. Sed iam ad propoſitum reuertamur.

Animus pro deliberatione. Cic. Noui animũ, noui conſilium tuum, non uereor, ne quid timide, ne quid ſtulte facias. Animum ſuſcipere. Idem. Sed pro ueſtri imperij dignitate, atq; gloria, quoniam is eſt exorſus orationis meæ, uidete, quem uobis animum, ſuſcipiendum putetis. Animum in aliquo eſſe. Idem. Eſt etiam in nobis is animus Quirites, ut non modò nullius audaciæ cedamus, ſed improbos omnes ultro laceſſamus. In animo habere. Idem. Iſtum exhæredare, in animo habebat. In animo eſſe. Idem. Mihi in animo eſt, legum lationem expectare.

Voluntas pro inſtitutò, uel ſententia & conſilio. Cic. Sentiunt ſe nullam ullius partis uoluntatem, tenere: eò magis uis uobis eſt timenda. In uoluntatẽ adducere. Cic. Pompeium adduxi in eam uoluntatem,

ut mihi ſalutem imperij adiudicarit. Voluntatem ſuſcipere, habere, abijcere, mutare. Cic. Itaq; tota iam ſapientum ciuium, qualem me & eſſe, & numerari uolo, & ſententia, & uoluntas mutata eſſe debet. In uoluntate eſſe. Idem. Erratis, ſi ſenatum probare ea, quæ dicantur à me, putatis: populũ autem eſſe in alia uoluntate. Ad uoluntatẽ incumbere. Idem. Pompeius uerò ad uoluntatẽ perferendæ legis incubuerat.

Mens ad animum rationemq; pertinet. Cic. Horũ igitur aliquid animus eſt, ne tam uegeta mens, aut in corde, cerebróue, aut in Empedocleo ſanguine demerſa iaceat. Mens pro animo, ſenſu, ratione, intelligentiaq; poſitum. Cic. Vt ueſtræ mentes, atq; ſententiæ cum pop. Rom. uoluntate, ſuffragijſq; conſentiant. Mentẽ dare. Idem. Hic dij immortales mentem dederunt illi perdito, ac furioſo, ut huic faceret inſidias. Mentem inijcere. Idem. Ea uis, ea eſt igitur, quæ ſæpe incredibiles huic urbi felicitates, atq; opes attulit, quæ illam perniciem extinxit, ac ſuſtulit: quæ huic primùm mentem iniecit, ut ui irritare, ferroq; laceſſere fortiſſimum uirum auderet. In mentem impellere. Idem. Grauiſſimè autem me in hanc mentem impulit, & Pompeij fides. Mentem ſuſcipere, imitari. Idem. Muta iam iſtam mentem, mihi crede, obliuiſcere cædis, atq; incendiorum. Mentem ad ali-

quid

quid appellere. Idem. Timidè tanquàm ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti. Mente eſſe. Idem. Cæſar ea eſt mente, quà optare debemus. A mente deſiſtere. Idem. Miſi ad Metellum communes amicos, qui agerent cum eo, ut ab illa mente deſiſteret.

Cogitare, *Abſolutè pro conſtituere, & liberare: uel prouidere & attendere. Interdum pro mẽmoria repetere. Cic. Parùm planè cogitas, quid ſcribas, aut ad quẽ. Idem. Ad ferendũ igitur dolorẽ placidè & ſedatè plurimũ proficit, toto pectore, ut dicitur, cogitare, quàm id honeſtũ ſit. Cum accuſatiuo iunctũ eſt cogitatione, uel mente complecti atq; animo agitatare: uel in aliqua re cogitationẽ ponere: uel memoriam ad rem aliquã excitare, aut cogitationẽ rei alicuius ſuſcipere, prouidere, curare. Cic. Hæc cogites, ad hæc te exerceas Cogitare pro ſperare, uel cupere, uel cupiditate teneri. Idẽ. Dignitatẽ quidẽ illam conſularẽ fortis et cõſtantis ſenatoris nihil eſt, quod cogitemus. Cogitare de, eſt idem quod animo & cogitatione compræhendere, uel curam cogitationemq; in re aliqua configere, aut rei alicuius ſpeciem cogitatione informare. Cic. Tu autem de noſtro ſtatu cogitabis. Cum Ad. Idem. Ad hæc igitur cogita mi Attice, uel potius excogita. Cum In. Cic. Sed me hercule ſi humaniter*

& ſapienter

& ſapienter, & amabiliter in me cogitare uis, faci- lem te profectò præbebis. Cogitare cum. Idem. *In illo libentiſſimè ſoleo uti, ſiue quid mecum ipſe cogito, ſiue aliquid ſcribo, aut lego.* Cogitare pro ire, cõſtituere. Cic. *In Pompeianum ſtatim cogito.* Cogitare proficiſci. Idem. *Ego in Ciliciã proficiſci cogito circiter calend. Maias.* Cogitatum. Adiectiuè. Idem. *Non enim abiectum ſuſtuleras, ſed attuleras domo meditatum, & cogitatum ſcelus.* Subſtantiuè. Idem. *Hæc per deos immortales utrum eſſe uobis conſilia ſiccorum, an uinolentorum ſomnia? & utrum cogitata ſapientum an optata furioſorum uidentur?* Cogitatio eſt mentis, agitatio, meditatio, uel commentatio, uel recordatio. Cic. *De tota mea cogitatione ſcripſi ad te antea ſatis, ut mihi uiſus ſum diligenter.* In cogitationem cadere paßiuam ſignificationem habet. *Cadit enim in cogitationem, quod cogitatione comprehendi poteſt.* Cic. *Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas quam nulla temporum cumſcriptio metiebatur: ſpatio tamen, qualis ea fuerit, intelligi non poteſt, quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cùm tempus eſſet.* Cogitationem inijcere. Cic. *Quòd ſi iſta nobis cogitatio de triumpho iniecta nõ eſſet, quam tu quoq; approbas, næ tu haud multũ requireres illũ uirũ, qui in ſexto libro informa*

tus eſt

tus eſt. Ad cogitationem deducere. Idem. De gratia, & de ope quid ſignificares, mecum ipſe quærebam: ſpe tamen deducebar ad eam cogitationem: ut te pro tua admirabili, ac ſingulari ſapientia de ocio, de pace de concordia ciuium agi uelle arbitrarer. Cogitationẽ ſuſcipere. Idem. De his rebus rogo uos, ut cogitationem ſuſcipiatis. In cogitationem uenire. Seruius. An illius uicem credo doles? quoties in eam cogitationem neceſſe eſt ut tu ueneris, & nos ſæpe incidimus hiſce temporibus non peßimè cum ijs eſſe actum quibus ſine dolore licitum eſt mortem cum uita commutare. Cogitationem habere, figere, locare. Cic. Ego omnia mea ſtudia, omnem cogitationem, mentem deniq; omnem in Milonis conſulatu fixi & locaui. In cogitatione uerſari. Idem. Quæ pecunia ſimul atq; ad eum delata eſt homo impurißimus ſtatim cœpit in eiuſmodi mente, & cogitatione uerſari, nihil eſſe ſuis rationibus utilius, quàm Oppianicum condemnari. Cogitationem in re aliqua ponere. Idem. Precibus tecum fraternis ago, totum ut animum, curam, cogitationemq́; tuam ponas in omnium laude undique colligenda. Cogitationem in rem aliquam abijcere. Hic loquendi modus habet neſcio quid cõtemptus, ſcilicet cũ deſignamus cogitationem poni in re aliqua ſordida, turpi, uel abiecta, & humili. Cic. Nihil enim altum, nihil

nihil magnificum, ac diuinum ſuſpicere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, atq; abiectam. Cogitatione, uel cogitatione complecti: id eſt, cogitationẽ ſuſcipere, uel in cogitatione uerſari. Idem. *Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem. Cogitatione præcurrere.* Cic. *Sit boni oratoris, multa auribus accepiſſe, multa uidiſſe, multa animo, & cogitatione, multa etiam legendo percurriſſe. Cogitatione depingere nobis ea dicimur, quorum ſpeciem nobis cogitatione repræſentamus.* Cic. *Magnam turbam congregat ignotorũ deorum, atq; ita ignotorum, ut eos ne coniectura quidem informare poßimus, cùm mens noſtra quiduis uideatur cogitatione poſſe depingere. Cogitatione percipere, comprehendere.* Idem. *Sic enim dicebas, ſpeciem dei percipi cogitatione, non ſenſu, nec eſſe in ea ullam ſoliditatem. Cogitationem debilitare, conuellere.* Cic. *Quæ cogitatio, cùm mihi non omnino excidiſſet (etenim penitus inſederat) ui tamen tempeſtatum, & concurſu calamitatum erat aliquantulũ labefactata, atq; conuulſa. Cogitationem auertere, uel auocare.* Idem. *Nec auertere à miſerijs cogitationem ſinunt. A cogitatione traducere.* Idem. *Ita ſum cum illo locutus, ut mihi uiderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Cogitationem*

gitationem abijcere. Idem. Nam omnem noſtram de republica curam, cogitationem de dicenda in ſenatu ſententia, commentationem cauſarum abiecimus. Cogitationes explicare. Idem. Meas cogitationes omnes explicaui tibi ſuperioribus literis, quo circa hæ ſunt breues. Cogitationum ſummam facere. Idem. Circunſpectis rebus omnibus, rationibusq́; ſubductis ſummam feci cogitationum mearum: quam tibi ſi potero, breuiter exponam.

Excogitare eſt machinari, meditari, fingere. Cic. Ad hæc cogita mi Attice, uel potius excogita, quemuis euentum fortius feram, quàm hunc dolorem. Excogitatio. Idem Quæ tandem eſt, quæ inueſtigat occulta, quæ inuentio, atq; excogitatio dicitur?

Animo agitare eſt cogitare, uel in animo uerſari. Cic. De te autem ipſo Torquate tuum eſt ſic agitare animo, ut non adhibeas in cõſilium cogitationum tuarum deſperationem, aut timorem.

Conſiderare eſt intueri, circunſpicere, attendere, expendere, & rationem habere. Extra animum Cic. Vt enim pictores, & ij, qui ſigna fabricant, & ueri etiam poëtæ ſuũ quiſq; opus à uulgo conſiderari uult, ut, ſi quid reprehenſum ſit à pluribus, id corrigatur. Ad animum, idq́; abſolutè, uel cum accuſatiuo. Cic. Quid per leges liceat conſiderandum eſt.

Cum

Cum de. Idem. His de rebus uelim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus uobis uidebitur, conſideretis. Conſiderare cum. *Idē. Id uelim diligenter etiam, atq; etiam uobiſcū, & cum amicis conſideretis.* Conſideratus. *Dicitur autem homo conſideratus maxima in conſiderando diligentia & prudentia.* Ad perſonam. *Cic. Verū & illud conſiderati hominis eſſe putauit, qua de re iure decertari oporteret, armis non contendere: & hoc conſtantis, qui cum ui & armis certare noluiſſet, eum iure iudicioq; ſuperare.* Ad rem. *Cic. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio.* Conſideratio. *Idem. Neq; tamen iſtas Phyſicorum quæſtiones exterminandas puto: eſt enim animorum, ingeniorumq; naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio, contemplatioq; naturæ.* Conſideratè. *Idem. Sed tamen ita procul abſit, cum qua nihil rectè fieri, nihil conſiderare poteſt.*

Contemplari *eſt conſiderare, perſpicere, & animo intueri. Spectat uerò tam ad oculos quàm ad animum.* Ad oculos. *Cic. Codicis lituras tui contemplare in Sthenij Thermitani nomine, deinde aude te dicere diligentem.* Ad animum. *Idem. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quiſq; habeat ſui, eaq; moderari, nec uelle experiri, quàm ſe aliena deceant.*

deceant. Contemplatio eſt mentis agitatio, ſed & ad oculos etiam pertinere poteſt. Ci. Etenim cognitio, cõtemplatioq́; naturæ manca quodammodo atq; inchoata ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur.

Luſtrare eſt peragrare. Ci. Cur ipſe Pythagoras & Aegyptum luſtrauit, & Perſarum magos adijt. eſt etiam luſtrare circumſpicere, circumire, ut luſtrare exercitum. Cic. Inde ad caſtra ueni ad VII Cal. Septemb. Ad III exercitũ luſtraui apud Iconiũ. Luſtrum purgatio eſt urbis, quæ in ſacrificijs fiebat. Omnes centuriæ, & equites in campum Martium cõuocati, ſue, oue, tauro cæſis immolarunt: quod luſtrum dictum eſt, ſicq; à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri, quod quinquennale ſpacium ſignificat, in quot annos prædia locari olim ſolebant, ut nunc inter ternos, id eſt, nouenos. Luſtrum enim à luendo dictum eſt, id eſt, ſoluendo, ideò quod quinto quoq; anno, uectigalia tributaq́; exigebantur. Luſtrum uerò à Latinis uocatur, quod Olympias apud Græcos, dicitur, id eſt, quinquenniũ. A luſtrare quod expiare eſt, fit luſtrare. id eſt, quod ad luſtrum pertinet. Liu. Sacrificium luſtrare in diem poſterum parat. Fit etiam luſtricus. Vnde luſtrici dies infantium appellantur, quibus infantes luſtrantur, & nomina eis imponũtur Macrob. Luſtricus olim dies appellabatur

quo pueri luſtrabantur, & nomen accipiebant. Hodie luſtricum diem appellare in religione Chriſtiana poſſumus, diem baptiſmi. Qui infantes luſtrant, luſtratores uocantur. Et ſi fœminæ ſunt luſtratrices. Latine etiam appellare poſſumus luſtralē aquam, quam Barbari aquam benedictam uocant. Luſtrare animo tranſlatum eſt, & ab oculis ducitur. Nam quemadmodum oculos in ea, quæ luſtramus conijcimus: ita quæ animo luſtramus, in ea mentis, animi et rationis aciem intendimus. Ci. Totam licet animis, tanquàm oculis, luſtrare terram, mariaq́; omnia cernere.

Meditari uerbum eſt, quod ſemper mentis attentionem, & ſtudium habet: & rei omni conuenit, quàm cogitatione ſtudioq́; complectimur, Abſolutè. Cic. Ex quo ſignificabat, illum non in agendo ſolùm, ſed etiam in meditando uehementem atq; incenſum fuiſſe. Cum accuſatiuo. Idem. Vides quam cauſam mediter. Cum ad. Idem. Meam quidem ſententiam, aut ſcribam ad te poſtea pluribus: aut ne ad eam meditere, imparatum te offendam, coramq́; contra iſtam rationem meam dicam. Cum de. Idem. Hæc ego ad te maximè ob eam cauſam ſcribo, ut iam de tua quoq; ratione meditere. Cum cum Idem. Tanta uis eſt, & loci, & temporis, ut ſi quis, cùm cauſam ſit acturus, in itinere, aut in ambulatione ſecum ipſe mediteturःaut

tur: aut ſi aliquid attentius cogitet, nõ reprahẽdatur.

Præmeditari. Cic. *Eſt enim ſapientis, quicquid homini accidere poßit, id præmeditari: ferendũ modicè, ſi euenerit eſſe.*

Meditatus, *uel præmeditatus, deponentaliter.* Ci. *Ea ætate L. Craſſus oſtendit, id ſe in foro optime iam præmeditatum facere, quod etiã tum poterat domi cum laude meditari.* Paßiuè Idem. *Attuleras domo meditatum, & cogitatum ſcelus. Meditatio eſt cõmentatio, uel exercitatio. Præmeditatio nonnihil habet in futurum proſpicientis animi.* Cic. *Anni ſunt octo, cùm iſta cauſa in iſta meditatione uerſatur.* Idem. *Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ uenientia longè ante uideris.*

Commentari *eſt meditari, conſiderare, cogitare Abſolutè.* Cic. *Magiſter hic Samnitiũ ſumma iam ſenectute eſt, & quotidie commentatur. Cum accuſatiuo.* Idem. *Ipſum quidem multos annos, nihil aliud commentor. Cum de.* Idem. *Iam accedunt conſules ſumma prudentia, uirtute, concordia, multos menſes de populo Rom. libertate cõmentati ſunt, atq; meditati* Commentatio. Idem. *Tota enim philoſophorum uita, ut ait idem, commentatio mortis eſt.*

Ruminatio *pro deliberatione, uel attentiori*

 meditatione,

meditatione, uel ratione ineundi conſilij, et rei alicuius aut ſuſcipiendæ, aut faciendæ. Cic. Quanto magis uidi ex tuis literis, quàm ex illius ſermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, & de cogitatione Publij. Ruminare, *uel ruminari propriè eſt remouere (quod eſt pecudum) ac rurſus conſumere, quaſi cibum ad rumen (qui locus eſt in gutture, quo ſumitur cibus, & unde redditur) reuocare, iterumq́; conficere.*

MOVERE, *commouere, et admouere, neq; uſu, neq; ſignificatione differunt. Cum accuſatiuo. Cic. Quod autem me moues, ualdè gratum eſt idq́; ut ſemper facias, rogo.* Idem. *Attentum, commouent Græci, ut principio faciamus iudicem. Cum accuſatiuo duplici Cic. Eos hoc moneo, deſinant furere, & proſcriptiones, & dictaturas cogitare.* Idem. *Illud me præclarè admones, cùm illum uidero, ne nimis indulgenter, & ut cum grauitate potius loquar. Cum de. Cic. Putaui ea de re te eſſe admonendum. Cum genitiuo. Cic. Vt autem à te diſceßi in Græciam proficiſcens, cùm opera mea nec Reſpublica, nec amici uteretur, nec honeſte inter arma uerſari poſſem, ne ſi tutò id quidem mihi liceret: ut ueni Veliam, tuaq́;, & tuos uidi admonitus huius æris alieni, nolui, deeſſe ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.*

Commonere

Commonefacere eſt commouere. Cic. Ceteliæ procuratores ſcripſerunt, te propter magnitudinẽ prouinciæ, multitudinemq́; negotiorum eſſe etiam atq; etiam commonefaciendum, Cum accuſatiuo duplici. Idẽ. Atq; etiam hoc me docent, eiuſmodi ſenatus conſulto ſeſe feciſſe laudationem, ut omnes intelligere poſſent, non laudationem, ſed potius irriſionem eſſe illam, quæ nos commonefaceret iſtius turpẽ, calamitoſamq́; præturam. Cum De. Metel. De me, meisq́; rebus ne uobis multitudine literarum moleſtior eſſem, ad Lælium præſcripſi, de rationibus prouinciæ quid uellem fieri, ut is uos doceret, & commonefaceret. Cum genitiuo. Cic. Cúm ipſe te ueteris amicitiæ commonefaceret, commotus es? at nihilo minus, ſed etiam ſtudioſius occidiſti.

Commonefieri. Cic. Defenſionem cauſæ ſuæ ſcripſit, quam nunc nemo eſt in Sicilia, quin habeat, quin legat, quin tui ſceleris, & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Monitio & admonitio. Cic. Omnis igitur hac in re habenda ratio, & diligentia eſt, primùm ut monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat. Idem. Huic ſimilis eſt admonitio in conſilio dando familiaris. Monitum, uel admonitum. Cic. Quid ego prætermiſi aut monitorum, aut querelarum? Idẽ.

ſtremo iſto hortatore, autore, interceſſore ad Syllam legati non adierunt. Hortatio. Idem. *Quod cùm ita ſit, hortatio non eſt neceſſaria, gratulatione magis opus eſt*. Cohortatio. Idem. *Incredibiliter enim me cõmouet tua cohortatio, quæ quidem nec inſtitui, nec effici poteſt ſine tua ope.*

Dehortari *eſt diſſuadere, & ponitur uel cũ accuſatiuo, uel cum propoſitione à* Cic. *Res ipſa reipublicæ tempus aut meipſum, aut alium quempiam aut inuitabit aut dehortabitur.*

Suadere *habet uel datiuum ſolùm, uel datiuũ, & accuſatiuum* Ci. *Nemo eſt, qui tibi ſapientius ſuadere poßit teipſo*. Idem. *Gaudeo id te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram.*

Perſuadere *uehementius eſt, quàm ſuadere, eſtq; probare, ad credendum adducere, uel fidẽ facere* Cic. *Erit, ut mihi perſuadeo, digna materies facultate & copia tua*. Perſuaſum eſſe. Ci. *Quid ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt ei?* Perſuaſum habere. Idẽ *Archipiratã ipſum uidet nemo, de quo ſuppliciũ ſumi oportuit, hodieq; omnes ſic habẽt perſuaſum (quid eius ſit, uos cõiectura quoq; aſſequi debetis) iſtũ claui à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepiſſe*. Suaſor. Idem. *Quid enim intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem?* Suaſio. Idem. *In ſuaſione le-*

gis Seruiliæ ſummis ornat Senatum laudibus. Suaſu. *Terent.* *Daui ſuaſu non repugnat Pamphilus.*

Inſtillare *& ſi proprie liquidorum eſt, tamen tranſlatè pro perſuadere ponitur.* Cic. *Attulit uberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quo ſtarem inſtillarunt.*

Inculcare *propriè eſt inſtrcire, ſed per tranſlationem pro perſuadere dicitur.* Cic. *Inculcatum eſt Metello, & Vulteio te aratores euertiſſe.*

Diſſuadere. Cic. *Qui non modò non cenſuerit captiuos remittendos, uerumetiam diſſuaſerit.* *Diſſuaſor.* Idem. *Diſſuaſor M. Seruilius.* *Diſſuaſio.* Idem. *Deliberatiuum genus eſt, quod habet in ſe ſuaſionem, & diſuaſionem.*

Autor *totum in conſilio dando uerſatur, & tunc pro ſuaſore, impulſore, hortatore, monitore, conſiliarioq́; ponitur. Abſolutè.* Cic. *Quas res te imprimis autore geſſimus. Cũ genitiuo.* Idem. *Primũ cœpi ſuadere pacem, cuius fueram ſemper autor. Cum Datiuo.* Idem. *Tibi tamen ſum autor, ut, quibus rebus poßis, eum tibi ordinem, aut reconcilies, aut mitiges. Autor pro inuentore, machinatore, architecto, duce, adiutore, principe, effectore.* Cic. *Omitto illa uetera, quòd iſtum in Republicam ille aluit, auxit, armauit; ille legibus C. Metelli contra auſpicia ferendis autor.*

Idem

idem. Hæc homo ingenioſiſſimus M. Cato autoribus eruditiſſimus inductus arripuit. Autor pro ſcriptore & præceptore. Cic. Etenim habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito autores, qui dicant fieri id oportere, quod ſæpe tecum egi, & quod à te approbari uolo. Autor pro eo cuius maxime in re præſenti autoritatem, uel fidẽ ſequimur. Cic. Idem. Ille Plato, quem ego autorem uehementer ſequor.

Inuitare eſt uocare, uel allicere. Cum accuſatiuo, uel in uoce paſſiua ſine caſu. Cic. Quò me quadam epiſtola ſubinuitaras. Idem. Inuito eum per literas, ut apud me diuerſetur. Idem. Hæc à te inuitatus breuiter expoſui. Cum accuſatiuo & ablatiuo, aut incitantis, uel admonentis eſt. Cic. Præclara illa quidem ingenia, quæ gloria inuitantur: ſed ſenatus etiam ſapiens, qui quæcũq; reputat modò honeſta, ad Remp. iuuandam poſſe adduci, hac utitur. Aut eſt honoris & officij cauſa. Cic. Tota familia occurret, hoſpitio inuitabit propter familiaritatem notiſſimam. Inuitare domo & domũ dicitur. Cic. Itaq; uehementer iſte Sthenio infenſus, hoſpitium ei renunciat, domo eius emigrat, atq; adeò exit: nam iam antè migrarat: cum autem inimiciſſimi Sthenij domum ſuam ſtatim inuitant, ut animum eius in Sthenium inflammarent ementiendo aliquid, & criminando. Cum ad, uel in.

 Cic. Nam

Cic. *Nam ad prandium inuitare ſenatus crimen putat? Idem. Coſconio mortuo ſum in eius locum inuitatus.* Inuitatio. Idem *In Epeirum uerò inuitatio quàm ſuauis? quàm liberalis? quàm fraterna?* Inuitatus, us, ui. Cic. *Mitte igitur ad te Trebatium, atq; ita mitto, ut initiò mea ſponte, pòſt autem inuitatu tuo mittendum duxerim.* Inuitamentum. Idem. *Is autem, qui uerè appellari poteſt honos, non inuitamentum autem ad tempus, ſed perpetuæ uirtutis eſt præmium.*

Allicere *eſt inuitare, inducere, excitare, uel capere: & ponitur, uel cum accuſatiuo.* Cic. *Hominem adoleſcentem non tam allicere uolui, quàm alienare nolui. Vel cum ad, uel in.* Idem. *Nihil eſt enim amabilius uirtute, nihil quod magis homines alliciat ad diligendum. Allicere ad inanimata translatum.* Cic. *Vt ſi Magnetem lapidem eſſe dicam, qui ferrum ad ſe alliciat, & trahat: at rationem, cur id fiat, adferre nequeam, fieri omnino neges.*

Illicere *eſt allicere.* Cic. *Nec tamen ille ipſe eſt prætereundus, qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum.*

Illicium *eſt rei alicuius inuitamentum.* Varro. *Sed ſi tranſituræ ſunt apes, apiaſtro perfricandũ, quòd illicium hoc illis eſt.*

Illecebræ

Illecebræ *ſunt inuitamenta, blandimenta, & incitamenta rei cuiuslibet, quæ tamen cum uoluptatis lenocinio aliquando iuncta ſunt, quæ & in bonam & malam partem ſumuntur.* Cic. *Qui ſe uitiorum illecebris, & cupiditatum lenocinijs dediderunt.* Illecebra. *Idem. Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi, impunitatis ſpem?*

Pellicere. Cic. *Animũ adoleſcentis nondum conſilio, ac ratione firmatum pellexit ijs omnibus, quibus illa ætas capi, ac deliniri poteſt.*

Allectare. Cic. *Quamobrem quamuis blanda iſta uanitas apud eos ualeat, qui ipſi illã allectant, & inuitant: tamen etiam grauiores, conſtantioresq; admonendi ſunt, ut animaduertant, ne callidã aſſentatione capiantur.*

Prolectare. Cic. *Adoleſcens bonus, honeſto loco natus, diſertus, cum maximo ornatiſſimoq; comitatu uenit in oppidum Græcorũ, poſtulat concionem, locupletes homines, & graues ne ſibi aduerſarentur, teſtimonij denunciatione deterret: egentes & leues ſpe legationis & uiatico publico, priuata etiam benignitate prolectat.*

Excitare *hic pro commouere eſt: ſed propriè aliquis è ſomno excitatur.* Excitantur *etiã feræ inſtante odora canum ui,* Cic. *Si me diligis, excita è ſomno*

literas

literas tuas, humanitatēq; propter quam mihi es cha riſſimus. Idem. Sunt ne igitur inſidiæ, tendere feris plagas, etiamſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? Ipſæ enim feræ nullo inſequente incidunt. Excitare ab inferis, uel à morte. Cic. Ex qua ſi quando opus eſſet, ab inferis locupletiſſimos teſtes excitaret. Cum accuſatiuo ſolo, uel paſſiuè. Idē. Genus eſt enim eiuſmodi, quòd maximè ueſtros animos excitare, & inflammare debet. Idē. Erectior ſenatus erat nō ſententijs ſolùm noſtris, ſed etiam cohortationibus excitatus. Cū. Ad. Cic. Victores Galli alacritate, & quaſi lætitia ad canendum excitatur.

Incitare eſt cohortari, exacuere, uel impellere, & impetu non caret: unde excitare equum, id eſt, admoto calcare uehementius urgere. Cic. Rebantur enim fore, ut exercitus Imperatorem equo incitato ſe in hoſtes immittentem perſequeretur. Cum accuſatiuo. Cic. Niſi te ſua ſponte ſatis incitatum eſſe confiderem. Cum in, uel de. Idem. Neq; enim deſunt, qui iſtos in me, atq; in optimum quenq; incitent. Incitatio. Idem. Huius eſt in dando conſilio de maximis rebus cum dignitate explicata ſententia: eiuſdem & languentis populi incitatio, & effrenati moderatio.

Concitare acrius etiam eſt quàm excitare, & interdum tumultus ſpeciem habere uidetur. Cic.

Ad teipſum & animi quodam impetu concitatum, & ui naturæ, atq; ingenij elatum iam uſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Hîc pro commouere, & inflammare eſt. Cic. Cùm totius Italiæ concurſus, quẽ mea ſalus concitarat, facti illius gloriam libens agnouiſſet. Concitator. Idem. Seditionis quidem ſtimulator, & concitator tu fuiſti.

Impellere aliquando eſt iactare. Cic. Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus. Inde impulſam aciem dicimus. Atq; ex eo fit, ut impellere ſignificet labefactare. Plin. Immenſo & Achaiæ Victoriæ momento ad impellendos mores, id eſt, ad mores de honeſtatis gradu deijciendos. Interdum impulſum, pro penè perfecto ponitur. Luc. lib. V. Nobis uictoria turbam. Non dabit, impulſi tantum quæ præmia belli Auferat: id eſt, iam penè confecti, & quaſi præcipitis. Translatio eſt à columnis, aut arboribus, cum conuelluntur, & paulatim nutant. Hoc Curio effectum uocat, ut de prouinc. Conſul. Bellum iam effectum uidemus, & ut uerè dicam, penè confectum. Impellere pro urgere, adducere, inducere, incitare. Abſolutè, uel cum accuſatiuo. Cic. Cuius rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari uelim, ſi me ipſe reuoco. Cum ad. Idem. Auaritia porrò hominem ad quoduis facinus impellit. Im

lit. Impulſor. Idem. *Quamuis non fueris ſuaſor, & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti.* Impulſus, uel impulſio. Idem *Sed in hac cauſa conie ctura nihil opus eſt, ipſos certò ſcio nõ negare ad hæc bona Chryſogonum acceßiſſe impulſu ſuo.*

Stimulare *interdũ eſt ſollicitum habere.* Cic. *Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorũ.* Interdum *eſt excitare.* Idem. *Nec uides iſtorum ipſorũ charitate ad huius ſalutem defendendam maximè ſtimulari me, atq; excitari.* Stimulator. Vide concitator. *Stimulus non ſemper eſt, quo aſinus agitur, uel aliquid fodimus.* Cic. *Non expectas, dum te ſtimulis fodiam? hæc te, ſi ullam partem habes ſenſus, lacerat, hæc cruentat oratio.* Hìc pro incitatione ponitur. Cic. *Defendendi Vatinij fuit etiam ille ſtimulus.* Stimulũ admouere. Idem. *Hic ego quid prædicem, quibus hic rebus Conſulẽ ad rem gerendam excitarit? quot ſtimulos admouerit homini fortaßis ſtudioſo uictoriæ, ſed tamẽ nimiũ communẽ Martẽ, belliq; caſum metuenti?*

Vrgere *aliquem, eſt premere.* Cic. *Qui mortifero morbo urgetur.* Aliquando *eſt uexare, uel fatigare.* Idem *In hoc uno opere noctes, & dies urgeatur.* Aliquando *eſt re maxima ni i, uel re aliqua ambitioſè uti, uel rei commodæ occaſionẽ arripere, & in ea totum eſſe.* Idem. *Quin tu urges iſtam occaſionem &*

nem &

nem & facultatem, qua melior nunquàm reperietur? Interdum eſt diligenter operam dare, uel diligenter faciendum curare. Cic. *Habes ferè de rebus ruſticis: urbanam expolitionem urget ille quidem & Philotimus, & Cincius, ſed etiam crebrò interuiſo, quod eſt facillimũ factu.* Hic *eſt urgere idem quod impellere, uel inſtare.* Cic *Quamobrem urgeniſta, perfice.*

Inſtare *nonnunquàm pro adeſſe, uel præſens, uel proximum eſſe ponitur.* Cic. *Inſtat hic nunc ille annus egregius.* Hîc *eſt urgere.* Cic *Tibi inſtat* Hortenſius, *ut eas in conſilium. Inſtare cum uerbo.* Idem. *Inſtat Scandilius poſcere Recuperatores: tum iſte homo innocens, qui illam ſuſpicionem leuare, atq; ab ſe remouere cuperet.* Recuperatores *dicit ſe de cohorte ſua daturum.*

Acuere. *Acuitur propriè ſerra, uel gladius.* Cic. *Vocem citharœdi non audiunt, ne ſtridorẽ quidẽ ſerræ tum, cùm acuitur.* Translatè *eſt excitare, hortari, & alacriorem, uehementioremq́;, aut magis induſtriũ reddere.* Cic. *Acueram me ad exagitandam hanc eius legationem.*

Exacuere. Cic. *Cogitanti enim mihi nihil tam uidetur potuiſſe facere ruſticè: & ſi tibi placebit ſic agere de Fano, ut cœpimus, uelim cohortere, & exacuas Cluatium.*

Aculeus

Aculeus propriè ueſparum eſt uel apum,& ſimilium. Cic. Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus uti uidemus boues, ueſpas aculeis, ſuam deniq; cuiq; naturam eſſe ad uiuendum ducem. Tranſlatè pro omni re ponitur, quæ uehemens, & acuta quæq; pungit ac concitat. Cic. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæſarē, contumeliæ in Gellium. Aculeum emittere, uel excutere. Cic. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt excuſſos arbitrari: nondum ſtatuo te uirium ſatis habere, ut ego tecum luctari, & congredi debeam, quod ſi eſſes uſu, atq; ætate robuſtior, eſſem ide m, qui ſoleo, cùm ſum laceßitus. Aculeum dimittere, uel euellere. Idem. Flacco uerò quid profuit? qui ualuit tandiu, dum huc prodiret mortuus eſt aculeo iam dimiſſo, ac dicto teſtimonio.

Acumen argutiam habet, unde. Ci. Pro Flacco acumen ingeniorum uocat, id eſt, ingeniorum uim, uehementiam, uel ſubtilitatem. Idem. Acumen dialecticorum, ſententiæ philoſophorum.

Calefacere. Frigida propriè calefacimus. Ci. Balneum calefieri iubebo Sed per tranſlationem eum etiam calefacere dicimur, qui ad rem ſuſcipiendam minus calidus eſt, & feruens, id eſt, qui in re ſuſcipienda reſtitat. Et ſic pro commouere, & concitare ponitur,

nitur, uel pro agitare. Cic. Is ne nos tanta impenſa rideat, calface hominem.

Incendere *propriè eſt incendium facere, ignem, uel faces inferre, atq; ſubijcere, comburere, aut cremare. Cic. Claßis Pop. Rom. capta, atq; incenſa eſt.* Tranſlatè *pro cupiditatem inijcere, & uehementer concitare.* Idem. *Etiam hominem peruſtum, & inanem gloria uolunt incendere.*

Inflammare *propriè eſt inflammationem inferre.* Cic. *Cum eadem lucerna epiſtolam ſcripſiſſem qua inflammaram tuam, id eſt, combuſſeram.* Tranſlatè *eſt uehementer commouere, & concitare, impotentiq; quadam cupiditate implere, rapere, urgere.* Cum *accuſatiuo.* Cic. *Genus belli eſt huiusmodi, quod maxime noſtros animos excitare, atq; inflammare debet.* Cum *ablatiuo.* Idem. *Ipſe inflammatus ſcelere, & furore in forum uenit ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat.* Cum *ad, uel in.* Idem. *Te uerò moneo, ut omnem gloriam, ad quam à pueritia inflammatus fuiſti, omni cura, atq; induſtria conſequare.*

Afficere. Cic. *Vt qui audirent, ſic afficerentur animis, ut eos affici uellet orator.* Affectus. Idem. *Variè ſum affectus tuis literis: ualde priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus.*

Mouere *eſt incitare, afficere.* Cic. *Vehemẽter*

etiam res ipſa publica me mouit.

Commouere. Cic. *Neq; uerò illud me commouet, quòd ſibi in Lupercis ſodalem eſſe Cælium, dixit.*

Perſuadeas *tibi uelim*. Cic. *Prius tibi uelim perſuadeas, ut hoc mea cauſa facias, quàm ut ſ...cias.*

Fac *exiſtimes, ita uelim exiſtimes, ita te exiſtimare uelim.* Ci. *Sic enim exiſtimare te uelim, neminem eſſe, cuius officijs me tam eſſe deuinctum non ſolum confitear, ſed & gaudeam.* Idem. *Nam ſic fac exiſtimes, poſt has miſerias.*

Credas *hoc mihi uelim* Cic. *Credas hoc mihi uelim, quod te puto exiſtimare, ex ijs miſerijs nihil aliud quærere, niſi ut homines, aliquando intelligant, me nihil aliud maluiſſe, quàm pacem: ea deſperata, nihil tam fugiſſe, quàm arma ciuilia.*

Crede *mihi*. Cic. *Falſum eſt (mihi crede) ſi quid audiſti.*

Animum *inducas uelim*. Cic. *Tu quoq; animum inducas uelim, ſi ſit aliqua Reſpublica, in te eſſe oportere iudicio hominum.*

Caue *putes, uel exiſtimes.* Cic. *Mi Galle caue putes quicquàm melius, quàm epiſtolæ tuæ partem in eo loco.*

Adducere *pro mouere, afficere, uel perſuadere.* Cic. *Num quærenda cauſa, quæ te ad tantum facinus adduxerit?*

Adduci, *uel duci.* Cic *Accepiſti quibus adductus, quamq́; cauſam defenderim.*

Inducere. *Cum accuſatiuo.* Cic. *Quem ego, ut mentiatur, inducere poſſum: ut peieret, exorare non potero.* Induci re aliqua. Idem *Is nulla cupiditate inductus de uia deceßit.* Cũ ad, uel in. Idem *Multos induxit in peccatum pecuniæ ſpes.* Inducere etiam eſt *innouare, uel in uſu ponere, uel adferre, & in medium proponere, refertur q́; tum ad res, tum ad perſonas: ut inducere uerba noua, religiones, & inducere aliquem diſputantem, ſaltantem, lamentantem, quærentem, dolentem, gaudentem, ut fit in comœdijs & tragœdijs.* Cic. *Hæc tamen opinio eſt* Pop. Rom. *à tuis inuidis, & obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis.* Idem. *Vt inexpiabiles religiones in Rempublicam inducerentur* De perſona. Idem. *Sed quid ego Iudices ita grauem perſonam induxi?* Inducere *tectorium.* Cic. *Atq; in illis columnis dico, eſſe, quæ à tuo redemptore commotæ non ſint: dico eſſe ex quo tantum tectorium uetus deletum ſit, & nouum inductum.* Inducere *ſoleas in pedes, uel pedibus.* Idem. *Quidam iudicatus eſt parentem occidiſſe,*

& ſtatim, quod effugiendi poteſtas non fuit, ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt. Animum inducere. Idem. *Qui potuit animum inducere, ut filium exhære daret? In animum in ducere.* Idem. *Neq; enim legare ei uſmodi matri poterat in animum inducere.*

Credere *pro fidem habere, uel adhibere, autoritatem tribuere, uel adiungere. Abſolute, uel imperſonaliter.* Ci. *Ita autem eò facilius credebatur, quia ſimile uerò uidebatur. Cum accuſatiuo.* Idem. *Omnia facilius credere poßum, quàm quod ſcribitis. Cum accuſatiuo & datiuo.* Idem. *Hoc mihi ut teſti, uelim credas. Cum datiuo.* Idem. *Non ſatis credidi homini prudenti. Cum de.* Idem. *Recte non credis de numero militum: dimidio plus ſcripſit Clodia. Credo pro puto.* Idem. *Tu enim ipſe, qui & me & alios prudentia uincis, omnia credo, uidiſti, nihil te fefellit.*

Credulus *eſt qui facile, uel temere credit.* Cic. *Vel uerba mihi dari facile patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum. Credulitas.* Idem. *Illud certe caui, & cauebo, ne mea credulitate Reipublicæ ſumma fallatur.*

Fidem *habere. Actiuè.* Cic. *Quanta ei fides ſit habenda. Paßiuè.* Idem. *Quare quando, ut augures, & aſtrologi ſolent, ego quoq; augur publicus ex*

meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te autoritatem augurij & diuinationis meæ, debet habere fidem noſtra prædictio. Fidem adiungere, tribuere. Idem. Viſis non omnibus adiungebat fidem, ſed his ſolum quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum quæ uiderentur.

Audire cum accuſatiuo, idem eſt, quod fidem habere, uel credere. Cic. Nunquam labêre, ſi te audies. Extra pronomen, & ad res etiam conuerſum. Idem. Næ ego iſtam ſapientiam, quamuis ſit erudita, non audiam. Audire preces eſt precibus annuere, & quod poſtulatur, largiri. Idem. In quo dij immortales meas preces audiuerunt.

Aures patefacere pro audire. Cic. Ita fit, ut is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas, qui ipſe ſibi aſſentetur, & ſe maxime delectet.

Audiens dicto eſſe dicitur, qui iuſsis paret. Cic. Potero ne animaduertere in eos, quos dicto audientes eſſe iuſſi? Audiens dicto alicuius. Idem. Dixit hoc nihil intereſſe, utrum Cæſar ſenatus dicto audiens futurus non eſſet. Audiens cum duobus datiuis. Idem, Quid ergo? iſtæ imagines ita nobis dicto audientes ſunt, ut, ſimulatq; uelimus, accurrant.

Auſcultare eſt aures ad alicuius uocẽ admo

uere. Cic. Itaq; poſthac nõ ſcribã ad te quid facturus ſim ſed quid fecerim. Omnes enim corycei uidẽtur ſub auſcultare, quæ loquor. Cũ datiuo uerò idẽ eſt, quod credere, fidẽ habere, uel obtẽperare. Idẽ. Mihi auſcul ta: uide ne tibi deſis, tua quoq; res permagna agitur.

Obſequi eſt morem gerere, uel indulgere. Cic. Sanè autem uellem potuiſſe obſequi. Voluntati tuæ. Obſequium. Idem. Mulieres quidem ualde intelligo de lectari obſequio, & comitate adoleſcentis.

Parere. Cic. Tantus conſenſus ſenatus fuit, ut maturè proficiſceremur, parendum ut fuerit.

Obedire. Ci. Quæ natio ſemper obediens huic imperio fuit. Obedientia. Idem. Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquàm exultantes ſiue cupiendo, ſiue fugiendo non ſatis à ratione retinentur, ij ſine dubio finem, & modum tranſeunt: relinquuntur enim & abijciunt obedientiam: nec rationi parent cui ſunt ſubiecti lege naturæ.

Morem gerere. Cic. Sed tibi morem geſſi, literas ad eum ſcripſi, quas cùm acceperis, facies, quod uelis.

Morigerare. Cic. Voluptati aurium morigerari debet oratio.

Obtemperare. Cic. Itaq; obtemperare cogito præceptis tuis.

Obſecundare

Obſecundare eſt omnia ad alterius nutum, facere. Terent. Qua cauſa id fiat, obſecundato in loco.

Annuere eſt capitis ſigno obſecundare, ſcilicet nutu aſſentiri ſe ſignificare, & id dare quod petitur. Abſolutè. Cic. Annuere te uideo: nota enim tibi ſunt. Cum datiuo ſolo. Idem. Non modo enim polli citus erat in Gallia: ſed Romæ quotidie: ſimulatq; ſibi hic annuiſſet, numeraturum ſe dicebat. Cum accuſatiuo ſolo, uel cum accuſatiuo & datiuo. Cic. Id quoq; toto capite annuit. Idem. Hoc enim mihi ſignificaſſe & annuiſſe uiſus eſt.

Indulgere eſt obſequi, uel in aliquem ambitioſum eſſe, ſibi placere, uel aſſentari, uel eſt concedere, & obſequenter delicateq; tribuere. Ci. At enim Græcis ſolis indulgeo. Idem. Sed officium multo moleſtius quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit. Indulgentia eſt obſequium & lenitas quædã propenſior, ſiue patrum in filios, ſiue quorum uis in alios. Ci. Indulgẽtia uidelicet noſtra deprauatus, eò progreſſus eſt, quò nõ audeo dicere. Indulgẽter. Idẽ. Illud me præclarè admones, cùm illũ uidero, ne nimis indulgenter, & ut cum grauitate potius loquar.

Permittere eſt poteſtatem facere, uel concedere. Cum datiuo, uel infinitiuo. Ci. Quando quid tibi

permittatur, cognoui, quid mihi placeat, puto te ſcire oportere. Idē. *Crudelis in animaduertendo, in permittendo diſſolutus.* Cum ut, uel abſolute. Idem *Lex, aut iubet, aut permittit*. Idem. *Vt in quo uellemus gymnaſio eum ſepeliremus, nobis permiſerunt.* Cum datiuo & accuſatiuo. Idem *Vt tibi omnia permitterent, te adiuuarent, tibi manum, copias compararent.* Pro committere. Idem. *Totum ei negotium permiſi, meq́; in eius poteſtate dixi fore.* Pro condonare. Idem. *Qui cum inimicitias ſibi mecum ex Reipublicæ diſſenſione ſuſceptas eſſe dixiſſet, eas ſe dixit, & temporibus & Reipublicæ permiſſurum.* Permiſsio. Idem. *Quod tibi mea permiſsio manſionis tuæ grata eſt, id ego ſummo meo dolore, & deſiderio, tamen ex parte gaudeo.* Permiſſus, us, ui. Idem. *Tu ex pecunia publica* H S. *tredecies ſcribam tuam permiſſu tuo cum abſtuliſſe fateare, reliquam tibi ullam defenſionem putas eſſe?*

Concedere *eſt permittere, dare, uel tribuere: in quo nonnunquàm cedimus, tanquàm inferiores, uel uicti aut opinione, aut ſententia, aut controuerſia. Concedimus tamen etiam ſæpe, tanquàm maiores, cū uidelicet quaſi de iure noſtro cedimus.* Abſolute. Ci. *Beatos eſſe deos ſumpſiſti, cōcedimus.* Cū datiuo. Idē. *Quod ego ita libenter accipio, ut tibi non concedam.*

Cum

Cum accuſatiuo & datiuo. Idem. *Libenterq́; omnibus omnes opes conceſſerim, ut mihi liceat ui nulla interpellante iſto modo uiuere.* Cum de. Idẽ. *Nunc obtineat eum locum, ut uix Apronio illi de familiaritate concedere uideatur.* Pro condonare. Idem. *Petebam à iudicibus, ut illud ætati meæ, ut honoribus, ut rebus geſtis, ſi iuſto, ſi pro dolore affectum uiderent, concederent. Conceſſum in dialecticis diſputationibus uocari poteſt, quòd iam certum eſt, non dubium, aut controuerſum. Interdum etiam pro libertate, & pro licentia.* Cic. *Vidésne igitur quæ dubia ſunt, ea ſumere ipſos pro certis, atq; conceßis?* Idem. *Is abhorret non modò ab huius ſeculi licentia, uerumetiam à malorum conſuetudine atq; conceßis. Conceſſus, us, ui,* Idem. *Datur enim conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati.*

Dare *eſt concedere, uel permittere.* Cic. *Egi uehementer cum his, ut hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quoad uellemus, uti eſſe liceret.*

Largiri *eſt aliquando largitionem facere.* Cic. *Cùm natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. Hîc eſt gratificantis, uel concedentis.* Cic. *Duo illa relinquamus, idq́; largiamur inertiæ noſtræ.*

Tribuere *eſt gratificantis etiam, & concedentis, ſed ſæpius impertientis & aßignantis.* Cic.

Vide quantum tibi meo iudicio tribuam. Idem. *Tantum tibi tribuo, quantũ mihi arrogo.* Idem. *Nuſquàm enim tantum tribuitur ætati.*

Attribuere *eſt tribuere, adſcribere, aßignare, uel deſtinare. Vnde attributæ pecuniæ ab antiquis dicebantur, quas nunc aßignationes dicimus.* Cic. *Huc accedit ſummus timor, quem mihi natura, pudorq́; meus attribuit. Attributum.* Idem. *Video cui Apulia ſit attributa, qui habeat Hetruriam. Attributio.* Idem. *Ait enim attributionem in Idus, ſe autem urgeri acriter.*

Deferre *pro tribuere.* Cic. *Omnem ei ſuam autoritatem, gratiam, copias, opes, ad hoc negotium conficiendum detulit.*

Aſsignare *eſt tribuere, uel attribuere. Propriè.* Cic. *Duo millia iugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori aßignaſti, & quidẽ immunia. Translatè.* Idem *Hoc noſtris occupationibus aßignare debebis. Aßignatio.* Idem. *Sed ſpes rapiendi, atq; prædandi cœcat animos eorum, quos non bonorum donatio, non agrorum aßignatio, non illa infinita Pompeij haſta ſatiauit.*

Aſcribere *eſt attribuere, adiungere, uel aßignare.* Cic. *Hunc ad tuum numerum libenter adſcribito. Propriè autẽ eſt aſcribere, ſubſcribere, uel unà,*

& cum

& cum ſcribere, uel adſciſcere. Cic. Ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes apologorum. Adſcriptitius. Cic. Iam uerò in Græcia multos habent ex hominibus deos: Alabandum Alabandi: Tenedi Tenem: Leucoteam, quæ fuit Ino, & eius Palæmonem filium, cuncta Græcia: Herculem, Aeſculapium, Tyndaridem, Romulum noſtri, aliosq́; complures: quos quaſi nouos, & aſcriptitios ciues in cœlum receptos putant.

Adiudicare iudicium eſt propriè, qui ſententijs ſuis rem eſſe alicuius declarant: ſed in foro, & extra forum eſt. Cic. Nemo enim dubitat, quin domus eſſet nobis adiudicata.

LICERE. Cic. Omniáne uiris bonis, quæ facere poſſunt, facienda ſunt? etiam ſi turpia, ſi pernitioſa erunt, ſi facere omnino non licebit. Licet, id eſt, facile eſt. Idem. Licet autem uidere, & genera quædam & nationes huic ſcientiæ deditas. Eſſe in eadem ſignificatione, ut uidere eſt, cernere eſt. Verg. Nec non & Tytium terræ omnipotentis alumnum. Cernere erat, id eſt, licebat cernere. Licet cum per. Cic. Quod profectò faciam, ſi mihi per amicitiam eiuſdem licebit. Licere cum accuſatiuo & datiuo. Cic. Cur his per te frui libertate ſua? cur deniq; eſſe liberos non licet? Cum duobus datiuis.

Idem

Idem. Quid dicam in publica re? quo in genere mihi negligenti eſſe non licet? Licet abſolutè. Idem. *Totam hominis uitam, rationemq́; quam ſequitur in philoſophia, derideamus, licet.* Licet. Idem. *Non enim tu poßis (quantumuis licet excellas) omnes tuos ad honores ampliſſimos perducere. Licentia eſt libertas immoderata, & diſſoluta quædam rerum impunitas.* Idem. *Nunc proſpicite omnium rerum infinitam, atq; intolerandam licentiam. Licentiam dare.* Idem. *An dabat hanc conſuetudo licentiam? Licentiam permittere, concedere, largiri.* Cic. *Sequitur diſputatio copioſa illa quidam, ſed paulo abſtruſior: habet enim aliquantum à phyſicis: ut uerear, ne maiorem largiar ei, qui contra dicturus eſt, libertatem atq; licentiam. Licentiam omittere, uel aſſequi.* Idem. *Hi ſunt, qui niſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe putarunt licentiam cupiditatum ſuam. Licentiam habere, poßidere, patere.* Idem. *Itaq; in his perniticſus eſt error, qui exiſtimant libidinum, peccatorũq; omnium patere in amicitiam licentiam. Licentiam præcidere.* Idem. *Nos qui iam, & quid facere, & quantulum iudicare poſſemus, oſtendimus, niſi facile cupiditates noſtras teneremus, nunquàm ipſimet nobis præcideremus iſtam licentiam, libertatemq́; uiuendi. Licentior dicitur paulo liberior, uel quaſi li-*

centia abutens. Cic. *Inde ille licentior, & diuitior fluxit Dithyrambus: cuius membra, & pedes ſunt in omni locupleti oratione diffuſa*. Licenter. Idem. *Solutum quiddam ſit, nec uagum tamen, ut ingredi liberè, non ut licenter uideatur errare*.

Integrum *eſſe*. Cic. *Loquor de legibus promulgatis: de quibus eſt integrum uobis*. Integrũ *ſibi reſeruare*. Idem. *De Dolabella integrum tibi reſerues ſuadeo*. In integro *eſſe*. Idem. *Cùm tibi in integro tota res eſſet*. De integro. Idem. *Habetur de integro quæſtio, nulla uis tormentorum prætermittitur*.

Solutum. Cic. *Solutum exiſtimatur eſſe, alteri maledicere: tamen cauendum eſt, ne in petulantiam incidas*.

Liberum. Cic. *Tuum igitur eſſet auſpicium, ſi modò ei eſſet liberum, ſe oſtendiſſe*.

Sponte. Cic. *Quod profectò cum ſua ſponte, tum te inſtante faciet*. Sponte *extra perſonam, id eſt, per ſe*. Idem. *Equidem ſperabam ita notata me reliquiſſe genera dictorum meorum, ut cognoſci ſua ſponte poſſent*.

Suapte. Cic. *Quintus filius ſuapte piè ſanè, me quidem certè multum hortante, ſed currentem animum patris ſui ſorori tuæ reconciliauit*.

Vltro. Cic. *Quæ ad te ultro attulerim, memi-*

niſſe

niſſe te credo. Vltro citroq;. Cic. Poſteà homines curſare ultro, & citro non deſtiterunt. Idē. Magna etiam illa cōmunitas eſt, quæ conficitur ex beneficijs ultro, citroq; datis, acceptiſq;, id eſt, ab utraq; parte.

Libente aliquo, eſt uel ſumma, uel ſecunda alicuius uoluntate aliquid fieri. Cic. Illam porticum redemptores ſtatim ſunt demoliti, libentiſsimis omnibus. Idem. Cùm totius Italiæ concurſus facti illius gloriam libens agnouiſſet.

Voluntate pro ſponte. Cic Ego iam tibi ipſe iſtuc, quod expetis, mea uoluntate concedam. Summa alicuius uoluntate facere, id eſt, aliquo libentiſsimo. Idem. Iudices habemus, quos uolumus, ſumma accuſatoris uoluntate. Secunda uoluntate alicuius aliquid fieri, eſt aliquo perlibente. Cic. Ex hac ego lege ſecunda cōcionis uoluntate omnia illa tollebam, quæ ad priuatorum incommodū, pertinebant. Voluntarius. Cic. Multi ad te eunt uolūtarij. Planè extra perſonā. Idem. Nec uerò dici poteſt, ui quadam maiore fieri, ut contra naturam aſtra moueantur, quæ enim poteſt maior eſſe? Præſtat igitur, ut motus aſtrorum ſit uoluntarius.

Ex animo eſt ſtudioſè, uel non diſsimulanter, ſed uerè & apertè, quod etiam dicitur ex animi ſententia. Cic. Te autem alienum hominem ament ex

animo

animo, ac non ſui commodi cauſa ſimulent.

Arbitrium *pro iudicio apud antiquos Latinos uſurpabatur. Cic. Quintus quidem Sceuola Pontifex Maximus ſummam uim eſſe dicebat in omnibus ijs arbitrijs, in quibus adhæretur ex fide bona: fideiq́; bonæ nomẽ exiſtimabat manare latiſsimè. Cicero pro Comœdo oſtendit differentiam inter arbitrium & iudicium. Arbitrium etiam arbitri ſententiam ſignificat. Vnde arbitrium ſuſcepiſſe dicitur, qui iudicis partem ſuſcepit, finemq́; controuerſijs ſe ſententia ſua impoſiturum pollicetur. Quod ſi hactenus interuenit, ut experiretur an conſilio ſuo, uel autoritate diſcuti paterentur litem, nec arbiter uidetur, nec arbitrium dicitur recepiſſe. Arbitrorum uerò duo ſunt genera. Vnum eiuſmodi, ut ſiue æquam, ſiue iniquam ſententiam de controuerſia tulerit, parêre debeamus, quod obſeruatur, cum ex compromiſſo ad arbitrium itum eſt. Alterũ, ut ad boni uiri arbitriũ redigi iubeat, quod iure decernat. Arbiter pro præſente, uel teſte. Cic. Narro tibi: hæc loca uenuſta ſunt, abdita certè, et ſi quid ſcribere uelis, ab arbitris libera. Arbiter pro domeſtico diſceptatore, et quaſi honorario iudice. Idem. Deinde ad ſummam, arbitrũ me ſtatuebat, non modò huius rei, ſed totius conſulatus ſui. Arbitriũ pro mercede, uel præmio, uel exuuijs, uel ſpolijs,*

uel iure

uel iure etiam ponitur. Cic. *Orationē tibi miſi: eius cuſtodiendæ, & proferendæ arbitrium tuum ſit.* Ar*bitraria funeris olim dicebantur, cum quiſq; pro modo cenſus, & dignitatis, rerūq; præclarè geſtarū ornamētis funeraretur.* Q*uare funeris modū à* COSS. *impetrari, pro eoq; nonnihil magiſtratibus dependi ſolere: indeq; ductam eſſe à* Cicerone *metaphoram.* Ex *quo more fortaſſe eſt indictio funeris apud eundē* Ciceronem. Neq; *uerò unicuiq; licebat magno funerari, tantiq; quanti* Claudius Iſidorus *apud Plin. lib.* 33. *cap.* 10. Funerandum *ſe mandauit conteſtatione facultatum ſuarum in teſtamento facto.* Arbitria *autem in numero plurali dixit* Cicero, *ut euangelia.* Cic. Epiſtolis *tuis* Euangelia, *quæ reddam neſcio, id eſt, præmium ob iucundum nuntium, uel mercedem allati iucundi nuntij.* Ea *eſt enim* Euangeliorum *ſignificatio: quæ etiam ſacrificium, & ſupplicationes denotant, quæ pro iucundo nuntio decerni conſueuerunt.* Simili *modo dicuntur nutricia, id eſt, nutricis merces.* Et *niceteria, uel epinicia, pro præmio uictorum, & pro ſacrificio, uel epulo uictoriæ gratia facto.* Et *ſoteria pro die, quo ſeruatorem Chriſtum animaduerſario luctu proſequi inſtitutum eſt. ſupplicio ſalutari affectum.* Cic. Nondum *palàm factum erat concidiſſe* Rempublicam, *cùm tibi arbitria funeris ſoluebantur.*

Arbitrium

Arbitrium hic pro opinione, uoluntate, & quaſi quadam libidine ponitur, uel etiam rei poteſtate: aut pro aſſenſionis, uel diſſenſionis declaratione. Cic. *Atq; qui introducunt cauſarũ ſeriem ſempiternam, ij mentem hominis uoluntate libera ſpoliatam, neceßitate fati deuinciunt.* Conferre ad arbitrium, *reuocare.* Idem. *Quod enim nondum ſenatus cenſuit, nec Pop. Rom. iußit, id arroganter non præiudico, neq; reuoco ad arbitrium meum.* Arbitrio meo, tuo, ſuo. Idem. *Cuius nutu, & arbitrio cœlum, terra, mariaq; reguntur.* Idem. *Puto arbitrio ſuo quenq; timere oportere.* Ad arbitrium, *id eſt, arbitrio.* Idem. *Vixit ad aliorum arbitrium, non ad ſuum.* Arbitratu meo, tuo, ſuo. Idem. *Huic ego literas ipſius arbitratu dabo: eæ te ne mouerint.* Idem. *Quo loco, niſi iniquum poſtulo, reſponde arbitratu meo.*

Inuitus *eſt non libens, ſed recuſans, & repugnans, coactus, dolens.* Cic. *Statuas inuiti per uim, atq; imperium dederunt.* Extra perſonam. Cic. *Inuita in hoc loco uerſatur oratio. Videtur enim autoritatem adferre peccandi & rectè uideretur, niſi & uirtutis, et uitiorum ſine ulla diuina ratione graue ipſius conſcientiæ pondus eſſet, qua ſublata iacent omnia.* Inuitè. Idem. *Inuitè cœpi Capuam.*

Flectere *eſt torquere uel detorquere.* Cic.

Omne animal membra, quò uult, flectit, & torquet. Translatè eſt aliquem à re aliqua dehortari, uel à conſilio inito, & ſuſcepto adducere. Idē. Quare flecte, te quæſo, & maiores tuos reſpice, atq; ita guberna Rempub. ut natum te eſſe ciues tui gaudeant.

Inflectere eſt contorquere, uel detorquere. Cic. Stellæ nunquàm curſus ſui ueſtigium inflectunt. Translatè. Idem. Te uerò moneo, ne magnitudinem animi tui unquàm inflectas cuiuſquàm iniuria.

Deflectere pro flectere, uel inflectere. Cic. Si ad uerba rem deflectere uelimus. Deflectimus etiã à re aliqua mutata ſcilicet uoluntate & cõſilio. Eſtq; deflectere, declinare, uel diuertere. Cic. Sed neſcio quo modo ab amicitijs ſapientum ad leues amicitias deflexit oratio.

Deducere eſt reuocare, uel remouere. Cum à, uel ablatiuo. Cic. Quòd inſtituit referre de religione, & ſæpe iam retulit, ab eo deduci non poteſt. Cum de. Idem. Qui ſine cauſa non amant, eos aut beneficio, aut ſpe, aut ſignificando tua erga illos ſtudia futura delinies, dans operam, ut de illa animi prauitate deducas.

Abducere eſt remouere, uel auertere. Cic. In quo nihil eſt difficilius, quàm à conſuetudine oculorum aciem mentis abducere. Idem. Equitatum ad

ſe ab

ſę abduxit Dolabellæ, atq; cum nondum tanto parricidio oblitum, hoſtem ſua ſententia iudicauit. Abducere *cum ui præſenti.* Idē. *Hic eſt Docimus, ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidori mimi filiam, ui abductam à Rhodio tibicine.*

Traducere *pro conferre, transferre, conuertere, abducere, uel auocare. Cic. Ludi à lætitia ad metum traducti ſunt.*

Auocare *eſt traducere, uel à re alia ad aliam uocare. Cic. Senectus à rebus gerendis auocat.*

Reuocare. *Cum accuſatiuo. Cic. Vos qui maximè me repetiſtis, atq; reuocaſtis. Extra perſonam.* Idem. *Retuli me Brute, te hortante maximè, ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa temporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui. Reuocare cum ad ponitur pro referre.* Idem *Reliquas res ad lucrum, prædámq; reuocauit. Reuocare ad perſonas relatum eſt redire.* Idem. *Ego me ad priſtina ſtudia reuocaui. Habet hoc uerbum etiam præpoſitionem à, uel ab.* Idem. *Quæ quidem te à tanto ſcelere etiam muta reuocare debuit.*

Seuocare *eſt ſeparare, abducere, uel traducere. Cic. Næuius de communi, quicquid poterat, ad ſe in priuatam domum ſeuocabat.*

Diſiungere *propriè de copulatis, uel iumen*

tis dicitur. Cic. *Huic ſimile eſt, quod nos augures præcipimus, ne iuge auſpicium obueniat, ut iumenta iubeant diſiungere.* Translatè *eſt abalienare, uel diſiunctionem facere.* Cic. *Ab orationibus diſiungo me ferè, refero'q; ad manſuetiores muſas.* Diſiunctio. Idem. *Animorum diſiunctio diſſenſionem facit.*

Diſſociare. Cic. *Quin alterutram partem offenderet, diſſociatis animis ciuium.*

VITARE. Cic. *Hæc nos uitare cupimus: & , ſi recipis cauſam noſtram, uitabimus, idq; ut facias, te rogamus.*

Deuitare. Cic. *Vt, quoniam criminum uim ſubterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret.*

Euitare. Cic. *Ne uitationẽ doloris ipſam per ſe quiſquam in rebus expetendis putauit, ne ſi etiam euitare poſſet.*

Vitatio *uel deuitatio.* Cic. *Sed quoniam furore illo extrudimur,* Brundiſium *pergere cogito.* Facilior *enim & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, quàm piratarum, qui apparere dicuntur.*

Fugere *pro uitare, habetq; uel accuſatiuum, uel ablatiuum cum præpoſitione à.* Cic. Sentio Iud mo *derandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendamq; ueſtram ſatietatem.*

Effugere

Effugere eſt euitare, uel elabi, & accuſatiuũ habet, uel ablatiuum cum præpoſitione è. Cic. Quòd ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptiſſimum. Effugium. Idem. Ille, quiſquis erat, quem tu in crucem rapiebas, cùm ciuem ſe Rom. eſſe diceret, apud te prætorem, ſi non effugium, ne moram quidem mortis mentione, atq; uſurpatione ciuitatis aſſequi potuit.

Subterfugere. Cic. Syllani temporis acerbitatem, deorũ immortaliũ benignitate ſubterfugerunt.

Declinare propriè eſt corporis motu aliquid effugere, uel corporis flectere, ut quod immineat, urgeátue, effugiamus: quod uidere eſt in laniſtis & gladiatoribus: qui dum alius alium petit, & ictus cominus inferunt, uel toto corpore, uel parte aliquá petitiones declinant, ſeſe ſcilicet, huc, illuc flectentes. Vnde uſus inualuit, ut declinare Latinis ſit uitare, uel effugere. Abſolutè. Cic. Tum princeps rogatus ſententiam L. Cotta dixit, id, quod digniſſimũ Repub fuit, nihil de me actũ eſſe iure: uim fuiſſe illam, flammam quaſſatæ reipublicæ, perturbatoq; undiq; tempore, iure, iudicijsq; ſublatis, magna rerum permutatione impendente, declinaſſe me paululum, & ſpe reliquæ tranquillitatis præſentes fluctus, tempeſtátemq; fugiſſe. Cum accuſatiuo. Idem. Cùm illam beluam indicio laqueos declinantem, iam irretitam tenerét.

neret. Cum ablatiuo & præpoſitione. Idem. Quomodoq; bona natura appetimus, ſic à malis natura declinamus. Declinatio. Idem. Cæſar me ſibi uellet eſſe legatum, honeſtior hæc declinatio periculi: ego hoc non repudio.

Tranſire pro uitare. Cic. Quamobrē quando placatis his utor, uideor ſperare, ſi te uidere, & ea, quæ premant, & ea, quæ impendeant, me facilè tranſiturum.

Præterire pro uitare, uel elabi. Teren. Neſcis, quid mali præterieris, qui nunquā es ingreſſus mare.

Abeſſe pro uitare, uel fugere. Cic. Conſtantem hominem, & grauem, qui glorietur à gloria ſe abfuiſſe, id eſt, gloriam fugiſſe.

Decedere pro uitare. Cæſ. Quibus ita interdictum eſt, ijs omnes decedūt, aditū, ſermonēq; defugiūt.

Elabi propriè eſt excidere. Cic. Cùm animal ex utero elapſum excidit. Hoc uerò loco pro effugere uel euitare eſt, idq; per translationē à rebus lubricis ducitur, quas cùm premere, & retinere ut uolumus, quaſi colliqueſcentes excidūt. Cic. Frater meus ex ueſtro ferro, ac manibus eſt elapſus.

TEMPVS interdum pro capitis parte ponitur. Cic. Iſte ſpumans ex ore ſcelus, anhelans ex infimo pectore crudelitatē, contorquet brachiū, &

dubitanti

dubitanti Graccho,quid eſſet,neq; tamē locū, in quo conſtiterat,relinquenti percutit tempus. Hic pro die, *ætate,memoria,tempeſtate,ſpacio ponitur.* Cic. *Præſertim cum his temporibus audacia pro ſapientia liceat uti.* Tempus *ante lucanum,uel matutinum.* Idem. *Neq; tamen dubito,quin tu per eos dies matutina tempora lectiunculis conſumpſeris.* Tempus *ueſpertinum.* Idem. *In quo curſu multa mirabiliter efficiens tum antecedendo,tum retardando,tū ueſpertinis temporibus deliteſcendo,tum matutinis rurſum ſe aperiendo,nihil immutat ſempiternis ſeculorum ætatibus, quin eadē iiſdē temporibus efficiat.* Temporis *uſura,* Idē. *Perficiam profectio, ut longi temporis uſuram, qua caruimus intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorū meorum ſarciam.* Temporis *breuitas,anguſtiæ,natura,curſus, uel decurſus, forma,imago,ratio,ſtatus.* Idem. *Breui tamen ſic habeto, in eum ſtatum temporum tuum reditum incidere.* Temporis *uarietas,inclinatio, mutatio, motus, perturbatio.* Idem. *Hæc perturbatio temporum perditorum.* Temporum *uitia.* Idem. *Tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit, credo & ætatis maturitate, & his temporum uitijs.* Tempus *dubium, formidoloſum, ſuſpitioſum, turbulentum, cæcum.* Idem *Fuit enim cæcū tempus ſeruitutis.*

id temporis, ut retinẽdus eſſet. Per id, uel idẽ tempus uel temporis. Cic. Duo fuerunt per idẽ tẽ pus diſsimiles inter ſe. Ad tempus, pro tempore conſtituto. Idem. Itaq; ad tempus ad Piſonem omnes. Pro breui tempo ris ſpatio. Idem. Coluntur autem ſimulatione amicitiæ duntaxat ad tempus. Pro commodè. Idem. Si recipiet ille ſe, ad tempus aderis. Pro re nata, uel ut tẽporis ratio poſtulat Planc. Sin autem in itinere meo ſe oppoſuerit, ad tempus, conſilium capiam. Per tempus, id eſt, oportunè. Plaut. Per tempus hic uenit miles. Ante tempus. Cic. Sed tamen mihi uideris ante tẽpus rationem ordinis, & diſponendarum rerum requiſiſſe. Poſt tempus. Plaut. Serò poſt tempus uenis. Vno tempore. Cic. Multas uno tempore accepi epiſtolas tuas. Suo tempore. Cic. Scandilius rem ſe totam relicturam dicit, & ſuo tempore eſſe rediturum. In tempore, id eſt, opportunè, commodè. Cic. Nihil agis nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere ualeat in tempore. Loco, uel in loco pro in tempore, uel tempore. Terent. Heu laudas, qui heros fallunt? N. In loco ego uerò Tempore, pro oportunè. Cic. Ad cœnam tempore uenit Caninius. Primo quoq; tempore. Liuius. Primo quoq; tempore redire in Hiſpaniã, iuſsit. Ex tempore pro re nata. Cic. Quæ tu ſcelere partim parari, & iam cogitari: partim ex tempore

futura cenſes. Pro cito, uel ilico. Idem. *Illud egregium & ex tempore: manus laua, inquit, & cœna.* A quo tempore. Idem. *Vnum, alterum menſem, propè annũ, deniq; domi tuæ piratæ, à quo tẽpore capti ſunt, quo ad per me licitum eſt, fuerunt.* Ex quo tempore. Cic. *Nam teipſum, ex quo tempore tu me diligere cœpiſti quotidie pluris feci: tum acceſſerunt etiam coniunctiones neceſſariorum tuorum.* Ex eo tempore. Idem *Ex eo tempore, quo primum ex Africa nũtius uenit.* Ab illo tempore. Idem. *Iam ab illo tempore, cùm mihi obuiam ueniſti.* Illo tempore Cic. *Is non contemptus orator temporibus illis fuit.* Vt tẽporibus illis. Idẽ *Fuit (ut temporibus illis iuris ualde peritus.* Tempus uenire, accidere, uel extare eſſe. Cic. *Scio fuiſſe & moriendi honeſtius tempus, & utilius.* Tempus eſſe, *pro neceſſe eſt, uel ſequitur, ut: uel res poſtulat, ut.* Cic. *Nam ſi ego omnem uim oratoris in argumentis, & in re ipſa per ſe comprobanda poſuiſſem, tempus eſſet iam de ordine argumentorum, & de collocatione aliquid dicere.* In tempus incidere. Cic. *Conſidera, ne in alieniſsimum tempus cadat aduentus tuus.* Tempus obſeruare, capere, pro obſeruare. Cic. *Et ille, cui mandaui, ſatis ſcitè & commodè tempus ad te cœpit adeundi.* Tempus arripere, *uel ante capere, dare, ſumere, habere, ponere, diſtribuere, uel tribuere,*

Traducere,

Traducere,tranſmittere,conſumere,dirimere. Cic. *Metellus calumnia dicendi tempus exemit.* Tempus *intermittere, remittere, dimittere, prætermittere, amittere.* Cic. *Cuius per deos gloriæ, gratiæq́; caue tempus amittas.* Tempus perdere, à tempus amittere differt. Etenim tempus amittere, eſt rei, uel temporis occaſionem prætermittere. Tempus uerò perdere, eſt tempus fruſtra, & inaniter conſumere. Tempus præterire, abire. Idem. *Præterijt legitimum tempus, ut ſuccedatur.* Tempore excludi, egere. Idem *Quod me de faciendis uerſibus rogas incredibile eſt mi frater, quàm egeam tempore.* Tempus reuocare, uel recuperare, prorogare. Cic. *Illud pugna, & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur.* Temporis propagatio, uel longinquitas. Idem. *Quòd in ea uita maneam, in qua nihil inſit niſi propagatio miſerrimi temporis.* Tempori ſeruire. Idem. *Quid faciam? tempori ſeruiendum eſt.* Tempori conſulere. Idem. *Tuum eſt conſulere temporibus.* Temporis cauſa aliquid facere, uel dicere, eſt idem, quod tempori conſulendo, uel aſſentiendo. Cic. *Niſi forte temporis cauſa aſſentiebare.* Tempori aſſentiri, parēre, cedere. Idem. *Fecimus id quidem temporibus cedētes, quæ ualent in Reipub. plurimum.*

Spatium *hic totum eſt temporis. Cic. Propterea quòd tam longo ſpatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus detinebantur. Spatium ſumere, uel ſurripere, dare, habere. Idem. Quod aliter non poteſt fieri, niſi ſpatium habuero. Spatium eſſe. Idem. Mihi ſi ſpatium fuerit in Tuſculanum ante Nonas ueniendi, iſtic te uidebo.*

Momentum *pro puncto temporis, id eſt, minimo temporis ſpatio. Cic. paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.*

Punctum *ponitur interdum pro quadam quaſi aſſenſione, uel conceſſu: uel pro primis partibus, id eſt, precipua rei alicuius gloria. Cic. Recordor, quantum hæ quæſtiones in ſenatum habitæ punctorum nobis ſerui detraxerunt. Punctum pro eo quod Latini dicunt caput. Cic. Deinde quod agitur, adiungas, puncta argumentorum plerunq; occulas, ne quis ea numerare poßit, ut re diſtinguantur, uerbis confuſa eſſe uideantur. Punctum pro temporis momento. Idem. Totumq; leue eſt, qualecunq; eſt: fit enim ad punctum temporis.*

Veſtigium *temporis ponitur pro maxima celeritate, tranſlatio à ueſtigij breuitate, uel ueſtigiũ, facientis celeritate ducta, quod ſcilicet nihil penè citius fiat, quàm ueſtigium. Cæſ. Eodemq; tempore uis,*

magna

magna pulueris cernebatur, & ueſtigio temporis primum agmen erat in conſpectu. E ueſtigio *pro ſtatim, uel repẽte.* Ci. *E ueſtigio eò ſum profectus prima luce.*

Exemplo *pro ſtatim, continuo, uel ex tempore.* Verg *Extemplo Aeneæ ſoluuntur frigore mẽbra.*

Tempeſtas *pro tempore.* Cic *Ea demũ tempeſtate multis ſignis Lacedæmonijs luctricæ pugnæ calamitas denunciabatur.* Tempeſtiuitas *pro certa quadam, & idonea, uel commoda temporis ratione, natura, aut curſu, aut ſtatu.* Idem. *Curſus eſt certus ætatis, & uia una naturæ, eaq; ſimplex: ſuaq; cuiq; parti ætatis tempeſtiuitas eſt data: ut enim infirmitas eſt, puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam cõſtantis ætatis, ſic ſenectutis maturitas naturale quiddam habet, quod ſuo tẽpore percipi ſolet.* Tẽpeſtiuus *ſine caſu.* Cic. *Nec hoc tẽpore ſine hominũ opera aut paſcere equos, aut domare, aut tueri, aut tẽpeſtiuos fructus ex ijs capere poſſemus.* Cũ datiuo. Idẽ. *Sed illa quãta benignitas naturæ? quòd tam multa ad ueſcẽdũ, tam, uaria, tamq; iucunda gignit? neq; ea uno tempore anni: ut ſemper & nouitate delectemur & copia: quàm tẽpeſtas aũt dedit, quàm ſalutares nõ modò hominũ, ſed etiam pecudũ generi, his deniq; omnibus quæ oriuntur è terra, uentos Eteſias?* Cũ ad. Idẽ. *Multa mihi ipſe ad morem tempeſtiua fuerunt, quæ utinam*

utinam potuiſſem obire, id eſt, commoda, uel idonea. Tempeſtiuum conuiuium. Cic. *Statuitur Lollius in illo tempeſtiuo gladiatorum conuiuio.* Tempeſtiuè. Idem. *Neq; enim, ſerendi, neq; colendi, nec tempeſtiuè demetendi, percipiendiq; fructus, neq; condendi, ac reponendi ulla pecudum ſcientia eſt earumq; omnium hominum eſt & uſus, & cura.* Intempeſtiuus eſt præpoſterus. Idem. *Si nihil habebis, tamen ſcribas aliquid: nunquid enim mihi tua epiſtola aut intempeſtiua, aut loquax uiſa eſt?* Intempeſtiuè. Idem. *Nam quemadmodum coràm, qui ad nos intempeſtiuè adeunt moleſti ſæpe ſunt: ſic epiſtolæ offendunt non loco redditæ.*

Dies pro luce. Cic. *Equidem credibile non eſt quantum ſcribã die, quin etiam noctibus nihil eſt enim ſomni.* De die. Terent. *Apparare de die conuiuium.* Dies cum adiectiuo. Ci. *Idq; perficiã his ſupplicationum ocioſis diebus* Dierum ratio. Idem. *Verum cũ habeo rationem dierum, antè puto tranſmiſſurum, quàm poterit conueniri.* Dies pro temporis curſu. Idem. *Dies autem non modò non leuat luctum hunc, ſed etiam auget.* Dies hodiernus. Idem. *Hodierno enim die primum ueteris iſtius criminis diluendi poteſtas eſt data.* Multos dies, uel complures eſſe cum aliquo uel uerſari in re aliqua. Cic. *Cum multos dies*

aures meas Acutilio dediſſem. Idem. *Puto me Laodiceæ fore perpaucos dies*. *Dies noctesq́; eſt perpetuo, uel aßiduè*. Idem. *Vt dies & noctes, quid mihi faciendum eßet, cogitares*. *Paucis ante diebus*. Idem. *De Republica, deq́; his negotijs, cognitionibusq́; noſtris, perſcripſeram ad te diligenter paucis ante diebus*. *Paucis diebus*, id eſt, *paucis poſt diebus*. Idem. *Sed nunc propero, perſcribam ad te paucis diebus omnia* Paucis poſt diebus Idem. *Paucis poſt diebus poſt mortem Africani*. *Lapſis paucis pòſt diebus*. Cic. *Craßius lapſis paucis poſt diebus conſequebatur, ut me puderet* P. C. *in eam urbem redire, ex qua illi abirent*. *Proximis ſuperioribus diebus*. Idem. *Repentinam eius defenſionē Gabinij, quem proximis ſuperioribus diebus accerrime oppugnaßet, tametſi ſine ulla mea contumelia, ſuſcepiſſet, tuliſſem ſed cúm me diſputantem, non laceſſentem læſiſſet, exarſi iracundia*. *In paucos dies, uel in diem, pro paucis diebus, & ad diem*. Liuius. *Conuentum in diem tertium edicit*. *Ad eam diem, id eſt, uſq; ad eam diem*. Idem. *Quæ bella geſta ad eam diem eſſent*. *Ad diem, id eſt, ad diem conſtitutum, uel certum*. Cic. *Vt pecuniam reliquàm Buthrotij ad diē ſoluerent*. *In diē uel in dies cum uerbo uiuit* Quintil. *Non, ut ferè uolucres præſentis modo cibi memores, in diem uiuunt,*

duraturus hyeme reponitur uictus. Cum alio uerbo. Sall. *Panem in diem mercari, quaſi dicat præſentis diei habere rationem, nihilq́; cogitare de craſtino.* In dies idem eſt, quod quotidie, ſed propriè cum quodam incremento, ideòq; plerunq; cum comparatiuo ponitur, ut. *Cum in dies malum arctius premeret.* Per ſingulos dies. Cic. *Quotidie, uel potius in dies ſingulos breuiores ad te literas mitto.* Cum comparatiuo, uel uerbo incrementi. Idem. *Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus.* Sine incremento. Cælius. *Comitiorum dilationes occupatiorem me habebant, & expectare exitum in dies cogebant, ut confectis omnibus te facerem certiorē.* Cum uoce diminutionis Lep. *Itaq; ad me complures milites, & equites ab eo tranſierunt, & in ſingulos eius copiæ minuuntur.* Dies legitimos antiqui dicebant, quas nunc dilationes ordinarias uocamus. Statos etiam uocabant, quos nunc ordinarios dicimus: & dicuntur à ſiſtendo: ut ſtatus dies, dicatur dies conſtitutus, quem uulgus diem præfixum uocat. Iuſti dies, dicebantur continui triginta dies, quibus exercitui imperato, uexillum ruſſi coloris in arce poſitum erat. Erant & iuſti dies triginta dies, qui conceſſi æris, & debiti damnatis cauſa conquirendæ pecuniæ dabantur lege 12. tabularū. Præliáres uerò dies dicebantur, quibus fas erat res repetere

tere

tere,uel hoſtem laceſſere. Diem illuſcere. Cic. *Quàm heſternus dies nobis turpis illuxit?* Diem inclinare. Idem. *Deinde cum omnes inclinato iam in pomeridianum tempus die ueniſſent ad Craſſum.* Diem abire. Idem. *Hic dies, hoc modo abijt.* Diem ponere. Idem. *Vnum mediusfidius tecum diem libentius poſuerim, quàm hoc omne tempus cum pleriſq; eorum quibuſcum neceſſariò uiuo.* Diem degere. Teren. *Hunc diem miſerè nimis cupio, ut cœpi perpetuum in lætitia degere.* Diem conſumere. Cic. *Dies magna ex parte conſumptus eſt altercatione.* Diem, conterere, ſumere. adſcribere. Cic. *In altera epiſtola, præter conſuetudinem tuam, diem non adſcribis, ſed ſatis ſignificas tempus.* Diem commutare dicimur, cum iam adſcriptam in literis mutamus. Cic. *Neq; nos datis iam epiſtolis diem commutari curamus.* Diem ſtatuere, conſtituere, præſtituere, præfinire, deſtinare. Cic. *Præfinit enim ſucceſſori diem.* Diem dare. Interdum eſt permittentis. Cic. *Sed quoniam adueſperaſcit, dabis diem nobis aliquem, ut contra iſtum dicamus.* Interdum conſumetis. Idem. *Nam Veſtorio dandi ſunt dies* Diem aduentare, appetere, obrepere, inſtare, uenire, intercedere Cic. *Dies nondum decem interceſſerant, cùm ille alter filius infans necatur.* Diem cedere ſignificat incipere deberi pecuniam. Cic. *Hora*

A quidem

quidem cedunt, & dies, & menſes, & anni. In diem incidere. Idem. *Facieſq́; me certiorem in quem diem Romana incidunt myſteria.* Diem uidere, agere, uel celebrare, ſuſtinere, differre, uel proferre. Cic. *Iſte omnibus iudicijs diem diſtulit.* In alium diem differre. Idem. *Quare ſi quid conſtitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas.* Diem producere, uel ducere, prorogare, uel prolatare, diffundere, extrahere, eximere, uel tollere, auferre, intermittere. Terent. *Pol is quidem iam hic aderit: nam nunquàm unum intermittit diem, quin ſemper ueniat.* Dies exemptiles eò dicti ſunt, quod ex menſe eximi ſolebant, ut annus cum Solis ac Lunæ ratione congrueret: ij etiam exhæreſimi uocantur Exhæreſimis uerò diebus, id eſt exemptilibus contrarij ſunt dies intercalares.

Diurnus. Cic. *Verſantur enim. Quirites in animo meo multæ, & graues cogitationes: quæ mihi, nullam partem, neq; diurnæ, neq; nocturnæ quietis impertiunt.* Diurnus, uel diutinus. Cic. *Spondeo tibi acerbitatem iſtam, & iniuriam non diuturnam fore.* Idem. *Romæ delectus habetur, totaq́; in Italia: ſi hic delectus appellandus eſt, cùm ultro ſe offerunt omnes, tantus ardor animos hominum occupauit*

cupauit deſiderio libertatis,odioq́; diutinæ ſeruitutis Diuturnitas. Idem. *Imperij diuturnitati modum ſtatuendum ueteri exemplo putauiſtis.*

Hodie, *pro hoc die.* Cic. *Nonæ ſunt hodie Sex.* Pro *hoc tempore, uel nunc.* Idem. *Mihi autem non minori curæ eſt, qualis Reſpub. Poſt mortem meam, futura ſit quàm qualis hodie ſit.* Hodiernus. Idem. *Quid D. Bruti iudicium Quir. quod ex hodierno eius edicto perſpicere potuiſtis? nuncui tandem contemnendum uidetur?*

Quotidie *ſine incremento.* Cic. *Quotidie aliquid audimus earum rerum.* Cum *incremento.* Idem. *Obdureſcunt quotidie magis boni uiri.* Quotidianus *eſt communis, aſſiduus, uel uulgaris.* Idem. *Omnia enim poſita ſunt, ante oculos, collocata in uſu quotidiano, in congreſſione hominum atq; in foro.* Quotidianū *eſt, id eſt, quotidie accidit.* Brut. *Non ſolum enim uſitatum, ſed etiam quotidianum eſt aliquid audire dete, quod pro noſtra dignitate, fideliter, atq; honorificè dixeris.* Quotidiana *forma, id eſt, uulgaris.* Terent. *O faciem pulchram, deleo omnes dehinc ex animo mulieres, tædet harum quotidianarum formarum.*

Heri. Cic. *Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræeum.* Heſternus. Idem. *Sed me hercule,*

ut quidem ſe nunc cauſa habet, & ſi heſterno ſermone labefactata eſt, mihi tamen uidetur eſſe uerißima.

Cras, *id eſt, poſt hunc diem. Cic. Cras mane putat. Craſtinus. Idem. Aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur.*

Pridie *abſolutè. Cic. De Terentia autē ſcripſi ad te meis literis, quas dederā pridie. Pridie quàm. Idem. Sed hæc eſt ex pridie data, quàm altera. Vſq; ad pridie. Idem. Ibi eſſe uolo uſq; ad pridie Calend. Maias. Ad pridie. Idem. Statim me hercule Arpinū irem, ni te in Formiano commodißimè expectari uiderem, duntaxat ad pridie Non. Ma. Cum genitiuo. Idem. Is nuntiabat Q. Fratrē ad Cæſarem profectū. IIII. Calend. Iun. Philotimum Rhodum pridie eius diei ueniſſe. Cum accuſatiuo. Idem. Pridie Compitalia. Cum ablatiuo. Idem. Fuit enim pridie Quinquatrijs egregia tempeſtas, qua ego illum uſum puto.*

Poſtridie *abſolutè. Cic. Et ſe poſtridie mane ad te iturum eſſe dixit. Cum quàm. Idem. Andricus poſtridie ad me uenit, quàm expectâram. Cum genitiuo. Idem. Hæc ſcripſi poſtridie eius diei, cùm caſtra haberem in agro Moſeſtiæ. Cum accuſatiuo. Liuius. Poſtridie Idus rebus diuinis ſuperſederi iuſſum eſt.*

Poſterus dies. *Cic. Iſte poſtero die mane, cùm multo maturius, quàm unquàm antea, ſurrexiſſet, indices*

ſet, iudices citari iubet. In poſterum, eſt in poſterum diem. Idem. Recitatis literis oblata religio Cornuto eſt pullariorũ admonitu, non ſatis diligenter eum auſpicijs operam dediſſe, idq; à noſtro collegio comprobatum eſt. Itaq; res dilatata eſt in poſterum.

Perendie. Cic. Ego hinc perendie mane cogito. Perendinus. Cæſ. Qui, ſi per te liceat, perendino die cum proximis hybernis coniunctim communem cum reliquis belli caſum ſuſtineat.

Nudiuſtertius. Cic. Nudiuſtertius dedi ad te epiſtolam longiorem, nunc ad eam, quæ proximè uenit. Nudiuſtertiusdecimus, uel quartus. Idem. Recordamini qui dies nudiuſquartuſdecimus fuerit, quantus conſenſus ueſtrũ? quanta uirtus? quãta cõſtantia?

Diu aduerbium eſt temporis, & ſignificat multos uel dies, uel annos, uel multorum annorum memoriam. Cic. Id ſpero nos eſſe adeptos, omniaq; iam ex ipſo, quæ diu cupimus, cognituros. Idem. Perdiu nihil de te audiui.

Diutius, uel diutiſſimè. Cic. Ne diutius anno in prouincia eſſem. Idem. Mitto aurum coronarium, quod te diutiſſime torſit.

Interdiu idem eſt, quod die, uel de die. Cic. Tempus ita quæritur, qua parte anni: quã hora: noctu, an interdiu.

Iandiu. *Cic. Quærenti mihi iandiu, quid ad te potiſsimum ſcriberem, non modò certa res nulla, ſed ne genus quidem literarum uſitatum ueniebat in mentem.* Iandiu *pro dudum, uel iandudum.* Idem. *Itaq; conuentus, qui initio celebrabantur, iandiu fieri deſierunt.*

Tandiu, *id eſt, uſq; eò uel tam longo tempore.* Abſolutè Cic. *Abs te tandiu nihil literarum?* Cum quandiu. Idem. *Ego etſi tandiu requieſco, quandiu aut ad te ſcribo, aut tuas literas lego: tamen & ipſe egeo argumento epiſtolarum, & tibi idem accidere, certè ſcio.* Cum dum. Idem. *Eas epiſtolas cùm lego, minus mihi turpis uideor: ſed tandiu, dum lego.* Cũ quàm. Idem. *Is cùm ſatis floruiſſet adoleſcens, minor haberi eſt cœptus poſtea: deinde ex uirginum iudicio magnam laudem eſt adeptus: & ex eo tempore quaſi reuocatus incurſum tenuit locum tandiu, quã ferre potuit.*

Quandiu *uel interrogatiue, uel ſine interrogatione ponitur: & ſignificat quantum, quo ad, quo uſq;.* Ci. *Quò uſq; tandem abutêre Catilina patientia noſtra? quandiu nos etiam furor iſte tuus eludet? quem ad finem ſeſe effrenata iactabit audacia?*

Aliquandiu *pro aliquò temporis ſpatio.* Cic. *Atq; hæc parua ſunt: cognoſcite reliqua ut non*

aliquando condemnatum eſſe Oppianicum,ſed aliquã diu incolumem fuiſſe miremini.

Biduum,triduum,quatriduum.Cic. Tempus enim tridui,quod in his caſtris morabar,in magno officio,& neceſſario mihi ponendum putaui. Terent. In hoc biduum Thais uale. Cũ accuſatiuo temporis. Cic. Cum quidem biduum ita ieiunus fuiſſem, ut ne aquam quidem guſtarem. Cum ablatiuo. Idem. Biduo factus eſt mihi familiaris. Cum accuſatiuo loci. Cic. Cùm uerò tuas epiſtolas lego, multo etiam magis omnino intelligo nullum fuiſſe tempus poſt has fugas, & formidines,quod magis debuerit mutum eſſe à literis,propterea quod neq; Romæ quicquam auditur noui nec in his locis, quæ à Brunduſio abſunt propius quàm tu,biduum, aut triduum. Cum ablatiuo loci. Cæſ. Brutum adoleſcentem hijs copijs præficit, hunc monet, ut in omnes partes equites quàm latiſſimè peruagentur,daturum ſe operam,ne longius triduo à caſtris abſit. Bidui abeſſe, id eſt, itinere, uel uia bidui. Cic. Nos in ea caſtra properabamus, quæ aberant bidui.

Lux pro die & tempore. Cic. Centeſima lux eſt hæc ab interitu P.Clodij, & opinior altera: qua fines imperij Pop ulli Rom, non ſolum fama iam de illo: ſed etiam lætitia peragrauit. Lux pro

uita. Idem. *Vt per ſe afflictum, atq; euorſum propinquum ſuum non modò honeſtè partis bonis: uerum etiam communi luce priuaret.* Lucis uſura. Idem. *Cur inquam ciuibus* Romanis, *quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percußis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti?* Inde lucem aſpicere pro uita frui. Cic. *Portentum atq; monſtrum certißimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias uicerit, ut propter quos hanc ſuauißimã lucem aſpexerit, eos indignißimè luce priuârit, cũ etiam foras interſeſe partus, atq; educatio, & natura ipſa conciliet* Lucem accipere, id eſt, in uitam ſuſcipi. Idem. *Ita mulierem, ne partu eius ab hæreditate fraterna excluderetur, necauit: fratris autem liberos prius uita priuauit, quàm illi hanc à natura propriam lucẽ accipere potuerunt.* Lux tranſlatè pro auxilio, uel ope, aut pro dignitatis reſtitutione. Idem. *Pro dij immortales, tanta ne unius hominis incredibilis, ac diuina uirtus, tam breui tempore, lucem adferre* Reipub. *potuit?* Lux pro ornamento, uel capite Idem. *Videor enim mihi hanc urbem uidere lucem orbis terrarum, atq; arcem omnium gentium ſubitò uno incendio concidentem.* Lux pro celebritate, uel nobilitate. Idem. *Vrbem mi Ruſe cole, & in iſta luce uiue.* Propriè. Ci. *Vt enim obſcuratur, & offunditur luce*

ſolis

ſolis lumen lucernæ: ſic omnis iſta rerum in corpore barum æſtimatio, ſplendore uirtutis & magnitudine obſcuretur & obruatur neceſſe eſt Ante lucem. Cic. Inde ante lucē proficientes. Prima luce. Terent. Cæterum rus cum filio prima luce ibo hinc. Luc. Idem. Cum ſeptus ſis legibus, & iudiciorum metu, non ſunt omnia timenda, neque ad omnes inſidias præſidia quærenda. quis enim audeat luci? quis in militari uia? quis bene comitatum? quis illuſtrem? egredi? Luce. Idem. Nam quod querebas quomodo rediſſem? primum luce non tenebris: deinde cum calceis, et toga nullis nec caligis, nec lucerna

Lucere. Cic Subitò conſilium cepi, ut, antequā luceret, exirem, ne cui conſpectus fieret, aut ſermo

Luceſcere. Terent. Luceſſit, hoc iam ceſſo pultare hoſtium uicinæ.

Dilucere. Cic. Diſcuſſa eſt illa caligo: quam paulo ante dixi: diluxit: patet: uidimus omnia: neq; per nos ſolùm, ſed admonemur à noſtris.

Diluculum eſt id, quod dicunt ſummo mane. Cic Cum poſt primam horam noctis occiſis eſſet, primo diluculo nuntius hic Amerium uenit.

Illuceſcere uel illucere. Liuius. Vbi illuxit recepere claſſem.

Lucere propriè dicitur quod ſplendet. Cic. Luna luce lucet aliena. Tranſlatè eſt quicquid excellit, & cũ quadã præſtantia uiget, uel patet, & ſicut lux, undequaq; ſplendet. Idẽ. Aequitas enim lucet ipſa per ſe; dubitatio autem cogitationem ſignificat iniuriæ.

Elucere eſt urgere, excellere, eminere, oſtendi, explicari. Cic. Nunc autem opto, ut ab iſtis Orientis partibus uirtutis tuæ lumen eluceat.

Prælucere apud antiquos dicebatur, qui tædam nuptialem nouæ nuptæ præferebat, isq́; ſeruus, qui eam præferebat δαδοῦχος græce eſt. Tranſlatè. Cic. Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, ut ſi prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſuæ.

Lumen propriè. Cic. Docet enim ratio Mathematicorũ, quanta humilitate luna feratur, terram penè contingens, quantum abit à proxima Mercurij ſtella: multo autem longius à Veneris: deinde alio interuallo diſtet à ſole, cuius lumine colluſtrari putatur. Lumen pro eo, quod lumen recipit uel emittit. Idem. Democritus luminibus amiſſis, alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat. Tranſlatè pro præſtantia, aut præſtabili nota, & indicio, uel celebritate. Idem. Lucretij poëmata lita ſunt multis luminibus ingenij, multæ tamen artis. Lumẽ pro quodam quaſi

adiumento. Idem. Hac tum re admonitus, inueniſſe fertur ordinem eſſe maximè, qui memoriæ lumē adferret. Luminibus obſtruere ſignificat altius ædifican do, uel obiecto pariete, uicinis ædibus lucem detrahere. Propriè A. Q. Seio contendit, ut ſibi domū uenderet: cum ille negaret, primò ſe luminibus eius eſſe obſtructurum minabatur: affirmabat Poſthumius, ſe uiuo illam domum iſtius nunquàm futuram: acutus adoleſcens ex ipſius ſermone intellexit, quid fieri oporteret: hominē ueneno apertiſſimè ſuſtulit. Trans latè idem. Nam ut Phyliſti, & Thucydidis conciſis ſententijs, interdum etiam non ſatis opertis officit Theopompus elatione, atq; altitudine orationis ſuæ. (quod idem Lyſiæ Demoſthenes) ſic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorū quaſi exaggerata altius oratio. Luminibus officere. Idem. Nec illius animi aciem perſtringit ſplendor ſui nominis: nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ, & gloriæ. Lumen ciuitatis dicitur, qui ciuitati præ cæteris ornamento eſt: aut cuius uirtute & nomine clara eſt ciuitas, uel in quo diuina quædam uirtus elucet. Idem. Qui imperij Pop. Rom. decus ac lumen fuit. Luminare. Idem. In te autem M. Antoni id decreuit ſenatus. & quidem incolumis, nondum tot luminibus extinctis, quod in hoſtem togatum decerni eſt

ſolitum

ſolitum more maiorum. Lumen *præferre, pro conſilium dare, uel mentem inijcere, uel moderari, aut in re aliqua gubernare.* Et *ductum eſt ab ijs, qui nobis in tenebris prælucent, id eſt, qui ante nos lucem, uel lumen ferunt, quorũ quaſi ductu ambulamus, & progredimur.* Cic. *Vos, uos obteſtor dij immortales: qui meæ menti lumina prætuliſtis, cùm conſenſum extinxi coniurationis, arcemq́; urbis ab incendio, ac flamma liberaui.*

Meridies *eſt media diei pars, & eſt meridies, quaſi medidies.* Cic. *Itaq; ſue inuenta, ad meridiem ſpectans in uinea media dicitur conſtitiſſe.* Idem. *Itaq; hodie Antij, cras ante meridiem domi.* Meridianus. Idem. *Vt igitur ante meridiem diſceſſerint, paululumq́; requieuerunt, in primis hoc à ſe Cotta animaduerſum eſſe dicebat, omne illud tempus meridianum Craſſum in acerrima, atq; attentiſsima cogitatione poſuiſſe.* Antemeridianus. Idem. *Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi: nunc reſpondeo ueſpertinis.*

Pomeridianus. Cic. *Deinde cum omnes inclinato iam in pomeridianum tempus die ueniſſent ad Craſſum: quid eſt Craſſe, inquit, Iulius: imúsne ſeſſum?*

Meridiare *uel meridiari eſt meridianũ cibũ*

capere

capere. Plaut. Ientando, comeſſando, meridiando, pergræcando uitam ducere. Hinc merenda dicta eſt cibus, qui ſumitur ante cœnam. Aliquando eſt meridianum ſomnum capere. Corn.Celſ. Longis diebus meridiari potius ante cibum utile eſt, ſin minus poſt, cùm per hyemem potius totis noctibus conquieſcere. Meridiatio. Cic. Nunc quidem propter intermiſſionem forenſis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus uti antea non ſolebam.

Veſper eſt extrema pars diei. Cic. Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia ueſpera. Veſpera. Idem. Heri inquam ludis commiſſis ex urbe profectus ueni ueſperam. Veſperū Idem. Epiſtolam cùm à te auidè expectarem ad ueſperum, ut ſoleo, ecce tibi nuntius, pueros ueniſſe Roma. Veſperi Idem. Lepidus ad me heri ueſperi literas miſit Antio. Veſpertinus. Idem. Præclara tum fuit ſenatus in illo ipſo die ueſpertina prouinciarum religioſa ſortitio. Adueſperaſcere, uel ueſperaſcere. Idem. Sed quoniam adueſperaſcit, & mihi ad uillam reuertendū eſt, nunc quidem hactenus.

Sero pro ueſperi, quod eſt poſt occaſum ponitur. Altera ſignificatio, quæ hinc naſcitur, quæ eſt poſt tempus: tertia ſignificatio eſt pro tarde. Cic. Itaq; & ſi domū bene potus, ſeroq; redieram: tamen id caput, ubi hæc controuerſia eſt, notaui.

Nox

NOX Cic. Itaq; habui noctem plenam timoribus, ac miſerijs. Nox tempeſta dicta eſt à tempeſtate, & eſt noctis tempus, uel pars, qua nihil agitur: id eſt, qua ſomno ſepulti ſunt omnes, ut fit media nocte. Idem. Adfertur nocte intempeſta grauis huiuſce mali nuntius Syracuſis. Nox concubia dicitur, cùm omnes cubant. Idem. Qui ut cœnati quieſcerent, concubia nocte uiſum eſſe in ſomnis ei, qui erat in hoſpitio, illum alterum orare, ut ſubueniret, quòd ſibi à caupone interitus pararetur. Noctem intercedere. Idem Nox nulla interceſſit, mox interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpitiones. In noctem ſe conijcere eſt nocte inſtante aliquid aggredi, uel in uiam ſe dare. Cæſ. Noſtræ naues duæ tardius curſu confecto in noctem coniectæ, cùm ignorarent, quem locum reliquæ cepiſſent, contra Lyſſum in anchoris conſtituerunt. Noctu. Cic. Cùm ſe ille ſeptimo die ueniſſe à freto, & noctu ſe introiſſe dixiſſet. Nocte pro noctu. Idem. Video hunc nullius rei mutaſſe conſilium: illum cauſam mutandi conſilij finxiſſe: huic, ſi inſidiarerur, nocte prope urbem expectandum: illi etiam ſi hunc non timeret, tamen acceſſum ad urbem nocturnum fuiſſe metuendũ. De nocte. Cic. In comitium Milo de nocte uenit. Cæſ. De media nocte miſſus equitatus. Nox pro rerũ confuſione

per

per metaphoram ponitur, & caligine, & obſcuritate: aut pro imminutione dignitatis & ſtatus: cùm, quòd antea ſplendebat, & elucebat, nocte quaſi offuſa in tenebris iaceat. Cic. *Qui tanquam ſi offuſa* Reipublicæ *ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaq́; miſcebant.* Pernoctare *eſt noctem tranſigere, uel traducere.* Nocturnus. *Idem. Quid puerorum illa concurſatio nocturna.*

Tenebræ *pro caligine, uel obſcuritate.* Cic. *Latent iſta omnia craßis occultata, & circunfuſa tenebris.* Tranſlatè *pro rerum obſcuritate, & ignoratione, uel pro perturbatione & confuſione.* Idem. *Conatus eſt clarißimis rebus tenebras obducere.* Tenebricoſus. Idem. *Eſſe ſenſus quidem nec obſcuros dicit, nec tenebricoſos.*

Caligo. Tranſlatè. Cic. *Vide nunc caliginem temporũ illorũ.* Caliginoſus. Idem. *Quid enim obſecro te? terráne tibi, aut hoc nebuloſo, & caliginoſo cœlo aut ſata, aut cõcreta uidetur tanta uis memoriæ?*

Mane *eſt primo diluculo, uel prima luce.* Cic. *Poſtridie mane homines in concionem ueniunt.* Bene mane. Idem. *Ad eum* VIII. Id. *literas dederam bene mane.* Multo mane. Idem. *Beneuentum ueni ad* V. Id. Ma. *ibi accepi eas literas, quas tu ſuperioribus literis ſignificaueris te dediſſe; ad quas*

ego ipſo eo die dederam ex Trebulano. L. *Pontio ac binas quidem tuas* Beneuenti *accepi, quarum alteras* Feſulanus *multo mane mihi dedit, alteras ſcriba* Tullius *Matutinus, uide ſupra.*

Hora. Cic. *Cum hora diei decima ferè ad ſaxa rubra ueniſſet.* Horæ *pro diebus.* Idē. *Hic tu fortaſſe aderis diligens, ne quàm ego horam de meis legitimis horis remittam.* Horam *conſumere, uel abire* Terent. *Dum hæc dicit abijt hora.*

Horologium. Cic. *Horologium mittam, & libros ſi erit ſudum.*

Menſis. Cic. *Menſis autem eſt, quando Luna luſtrato ſuo curſu Solem conſecuta eſt.* Idem *Omnino res totum in menſem Ianuarium reiecta erat.* Menſem *inire, ponere, uel conſumere, abire.* Terent. *Hæc dum dubitas, menſes abierunt decem.*

Menſtruus. Cic. *Qui tabulas conficiunt menſtruas, penè rationes in eas transferunt.* Vnde *menſtruum neutrum mulierum eſt profluuium quod illis ſingulo quoq; menſe accidere ſolet* Pli *lib.* 7. *cap.* 15.

Calendæ. Cic. *Proficiſcitur* Roma *egreditur ante diem quartum* Cal. *Febr.*

Nonæ. Cic. *Nonis* Febr. *ſi* Romæ *fuit, cauſæ nihil dicimus, quin tibi uadimonium promiſerit.*

Idus. Cic. *Res ante* Idus *acta ſic eſt: nam hæc.*

Idibus

Idibus mane ſcripſi. Vide Macrob.lib.1. Satur.cap. 16.& 18.

Annus *ſpatium eſt temporis, quo ſol ſuum totum conficit, & peragrat curſum.* Teren. *Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.* Annũ *intercedere.* Cic. *Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cogitationis meæ, cùm iſte accuſauit.* C. Norbanum *defendente me.* Annum *agere uel conficere.* Idem. *Propè enim centum confecit annos.* Annum *habere.* Cic. *Vt haberet, quod ipſe dicebat, ad præturam gerendam, hoc eſt, ad euertendã Rempublicam plenũ annũ atq; integrum.* Idem. *Teſtamento ſi recitatus hæres eſſet pupillus Cornelius, isq; annos iam uiginti haberet, nobis interpretibus amitteret hæreditatem?* Annus *uertens dicitur, cùm ad finem inclinatus redit.* Idem. *Si debuiſſet Sexte, petiſſes ſtatim: ſi non ſtatim, paulo quidẽ pòſt: ſi non paulo, at aliquando ſex quidẽ illis menſibus profectò, anno uertente ſine controuerſia.* Annum *abire, exire, præterire.* Cic. *Nunc exitus eſt anni.* Annuus. Idem. *Etſi annuum tempus eſt, propè tamen emeritũ impleamus* Annalis *eſt ad annos pertinẽs, ut lex annalis, quæ annorũ numerũ præfiniebat ad magiſtratus petendos, capeſſendosq;.* Cic. *Legibus enim annalibus cum grandiorẽ ætatẽ ad conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem uerebantur.*

B Anniuer

Anniuerſarius. *Cic. Vſq; ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt.*

Perennis *eſt continuus, iugis, uel perpetuus. Cic. Quod uerò dixerat, ſi illud de duobus Conſulibus perenne, ac proprium manere potuiſſet. Perennitas* Idem. *Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum ueſtitus uiridiſsimos, ſpeluncarum concauas altitudines, ſaxorum aſperitates, impendentium montium altitudines, immenſitatesq; camporum.*

Solennis. *Solennia ſacra dicuntur, quæ certis temporibus anni fieri cõſueuerũt. Generatim uerò ſolenne dicitur, quod ſingulis annis ſtato tempore præſtari debet. Cic. Qui uehiculis Thenſarum ſolennes cœtus ludorum initis. Solennis pro obſeruando, uel celebri.* Idem. *Si Trib. pleb. uerbis non minus priſcis. & penè ſolennibus bona ciuis cuiuſpiam conſecrarit, non ualebit.*

Status *pro ſolenni. Cic. Status autem dies nõ ut ſacrificij, ſic conſilij expectari ſolet.*

Quotannis. *Cic. Mos eſt Athenis, laudari in concione eos, qui ſunt in prælijs interfecti: quæ ſic probata eſt, ut eam quotannis illo die recitari neceſſe ſit.*

Biennium, *Triennium, Quadriennium, &c.*

Cic.

Cic. Lex uſum, & autoritatem fundi iubet eſſe biennium.

Sexennium. *Cic. Quod quidem ſexennio pòſt Velios captos factum eſſe uidemus.*

Iter. *Cic. Quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. Iter patefacere, uel aperire uel munire. Sall. Quocunq; ire placet, ferro iter aperiendum eſt. Iter gubernare. Cic. Sed tamen iter meum Reipublicæ, & rerum urbanarum ratio gubernabit. Iter componere. Idem. Ego itinera ſic compoſueram, ut Non. Quint. Puteolis eſſem ualde enim feſtino ita tamen, ut, quantum homo poßit, quàm cautißime nauigem. Iter inſtare, eſſe, ſuſcipere, petere, inire, ingredi. Cic. Quid cenſetis? cum iter ingreſſus ero, longum præſertim, nullásue inſidias mihi pertimeſcendas? Itineri ſe committere. Idem. Poſſúmne igitur ſatis uideri cautus, ſatis prouidus, ſi me huic itineri tam infeſto, tamq; periculoſo commiſero? Eſſe in itinere. Idem. Cùm in itinere eſſem, nuntiatum mihi eſt eum mortuum eſſe. Iter conferre, conuertere, dirigere. Idem. Meumq; iter eò contuli. Iter habere, pro diſcedere, uel iter facere ponitur, & ſæpe eſt cùm in uia ſumus. Cic. Iter habebant ad Laium regem, quanquã omnia nec benigna, nec copioſa cognorant. Iter facere. Cic. Dein iter*

ſaciam ad exercitũ. Pedibus iter ſacere. Pedibus con ſequi, profiẽiſci, pedibus flumen tranſire. Cic. Tu pedibus es conſequutus. Laodicea iter ſacere, eſt per Laodiceam tranſire. Et ita ablatiuo utimur in nominibus urbium. Iter conficere. Idem Iter conficiebam æſtuoſa, & puluerulenta uia. Itinerare, uel iter ire. Cæſ. Cæſar iter conſtitutum ire contendit. Iter maturare, procedere, reprimere, uel ſupprimere, impedire, uel intercludere. Cic. Quò iter interclusum eſt. Itinere deſiſtere. Cæſ. His rebus cognitis Cæſar legiones, equitatumq́; reuocari : atq; itinere deſiſtere iubet.

Via eſt iter. Viarum uerò multa ſunt genera. Quædam enim ſunt publicæ, ab alijs prætorias, uel conſulares appellatæ. Quædam priuatæ, quædam uicinales. Vias autem uicinales uocamus, quæ ex agris priuatorum collatæ ſunt. Viæ militares, ideò dictæ, quod cõſtratæ à militibus erant. Regia uia, quæ Romæ cõſularis dicebatur, qua ſcilicet conſules exercitus ducebant. Ci. Ex eo loco rectà Vitularia uia profecti ſumus in Sufidianũ fundũ. Via inepta, uel deterrima. Cic. Longulum ſane iter, & uia inepta. Via aliquorum dierum. Idem. Video quod dierum uia ſit. Viam munire uel facere, eſt repurgare, reficere, ac ſubſtruere, interdum lepidibus, quales ſunt uiæ

Romanæ

Romanæ à pleriſq; portis in multorum dierum iter ſilicibus ſtratæ. Cic. Idcóne. *Appius ille cæcus uiam muniuit, non qua populus uteretur, ſed qua ſui poſteri latrocinarentur?* Translatè. *Idem. Hæc omnia tibi accuſandi uiam muniebant, adipiſcendi obſepiebant.* Viam dare. *Idem. P. Memmius ſequutus eſt, qui ſuum non paruum beneficium commemorauit in amicos Cecinnæ, quibus ſeſe uiam per fratris ſui fundum dediſſe dixit, quà effugere poſſent, cùm eſſent metu omnes perterriti.* Viam patêre. *Idem. Alter in Aſiam irrupit curſim, ut in Syriam patebat uia certa, neq; longa.* In uiam ſe dare. *Idem. In uiam quòd te des hoc tempore, nihil eſt: longum eſt iter, & non tutum.* Committere ſe uiæ. *Idem. Te neq; nauigationi, neq; uiæ committas.* In uia eſſe. *Idem. Iam ad id biduum, quod fueris in uia, dum in Cumanum ueneris, accedent continuo ad reditum dies quinq;.* Viam procedere, progredi, conficere. *Cic. Et ſi te hæc legente, aliquantum tamen uiæ proceſſero.* Via translatè pro ratione, uel inſtituto. *Cic. Is Reipublicæ uiam, quæ popularis habetur, ſequutus eſt.* In uiam reducere, uel redire, uide ſuo loco.

Viator *dicitur, qui iter facit. Cic. Nunc niſi quid ex prætereunte exceptùm eſt, ſcire nihil poſſumus.* Viatores *etiam dicebantur, qui magiſtratibus*

parebant, eo quòd plerunq; ex agris uocabantur homines ad magiſtratus, ac frequens eorum ab agris ad urbem uia erat. Cic. *A uilla in Senatum accerſebantur & Curius, & cæteri ſenes, ex quo qui eos accerſebant, uiatores nominati ſunt.* Pro uiatoribus *Latini ponunt apparitores, qui miniſtri ſunt, qui ad omnes nutus præſto ſunt magiſtratibus.* Cic. *Sit lictor non ſuæ, ſed tuæ lenitatis apparitor, maioraq; præferant faſces illi, ac ſecures dignitatis inſignia, quàm poteſtatis.* Apparitores *quoq; quoniam homines in iudicio ſiſtunt, ſtatores ideo à* Latinis *dicuntur.* Statores *tamen etiam ſunt nuntij, uel tabellarij.* Cic. *Literas à te mihi ſtator tuus reddidit Tharſi ad* XVI. Calend. Sext. *Iupiter ſtator inde dictus, quia ſtitit, id eſt ſtare fecit* Romanos *in fugam à Sabinis uerſos. Liuius 1. ab urb.*

Viaticum *eſt quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt, ſiue cibus ſit, ſiue pecunia in uictum expendenda.* Cic. *Poteſt enim quicquam eſſe abſurdius, quàm quo minus uiæ reſtat, eò plus uiatici quærere?*

PROFICISCI: *Interdum accedentis eſt.* Cic. *In Britanniam te non eſſe profectum, uehementer gaudeo. Interdum diſcedentis. Idem. Cum te iam ex Aſia Romam uerſus profectum eſſe*

eſſe conſtaret. Translatè pro manare. Idem. Omnia quæ à me profecta ſunt in te, tibi iucunda accidiſſe gaudeo. Profectio. Idem. Afficior ſummo dolore, eiuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſecuta eſſe.

Ire *eſt uadere, & iter facere. Cic. Caninio ad te eunti non potui nihil dare. Ire in conſilium iudices dicuntur, cum à prætore, qui cauſæ præeſt in conſilium mittuntur, de re non liquente deliberaturi. Vel iudices in conſilium ire dicuntur, cùm aut capita conferunt, aut in interiore conſilio inſtrumenta litis percenſere aggrediuntur, cùm litis proceſſus in medium poſitus eſt. Cic. In conſilium erant ituri Iudices triginta duo, ſententijs decem, & ſex abſolutio confici poterat. Rem ire. Idem. Quod quidem, ut res ire cœpit, haud ſcio, an aliquando futurum ſit. Contrarium eſt, rem nec caput, nec pedes habere. Quod dicimus, cùm res ita impedita eſt, & implicata, ut non eat, id eſt, ut expediri non poßit, uel ut illi nullum poßit afferri remedium. Idem. Propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum ſcribis, nec caput, nec pedes, equidem uellem uti pedes haberent, ut aliquando redires. Ire pro creſcere, uel extendi. Idem. Frater meus pro ſua æquitate, prudentiaq; decreuit, ut, ſi iudicatũ negaret, in duplum iret. Itio,*

uel itus. Cic. *De obuiam itione ita faciam,ut ſuades.* Idem. *Quis porrò ueſter itus, reditus uultus,inceſſus inter iſtos?*

Adire. Cic. *Ad me ire quoſdam memini, qui dicerent,nimis magnos ſumptus legatis decerni.* Aditus *&* loci *&* perſonæ eſt. De perſona. Idem. *Dico ab eodem imperatore L.Lucullo* Sinopen *atq; Amizum, quibus in oppidis erant domicilia regis omnibus rebus ornata, atq; referta, cæteraſq; urbes* Ponti, *&* Cappadociæ *permultas uno aditu, atq; aduentu eſſe captas.* De loco. Idem. *Poſt diem tertium ueni in ædem.* Telluris, *equidem inuitus cùm omnes aditus armati obſiderent.* Aditum aperire, uel patefacere. Idem. *Cum in templum* Caſtoris *aditus eſſet apertus nemini.* Aditum comparare,munire,uel facere. Idem. *Veſtibula nimirum, honeſta, aditusq; ad cauſam faciet illuſtres* Aditum dare, eſſe, uel patere. Idem. *Tanta eſt enim intimorum multitudo,ut ex his potius aliquis effluat, quàm nouo ſit aditus.* Aditum habere, claudere,intercludere præcludere, obſtruere. Idem. *Socij quò fugiant? cùm aditus cuſtodi patriæ præcluſus ſit.*

Vadere *eſt iter facere,uel ingredi, uel diſcedere.* Cic. *Ad eum poſtridie mane uadebam,cum hæc ſcripſi.*

Petere

Petere. *Pro ire, uel uadere. Cic. Si auderem, Athenas peterem.*

Tendere *aliquando eſt proponere, uel extendere. Ci. Imperator dextram tendens. Hîc pro ire ponitur. Verg. Si datur Italiam ſocijs, & rege recepto. Tendere. Tranſlatè. Ci. Adhuc hæc erant, ad reliqua acri tendebamus animo, ſic parati, ut niſi quæ cauſa grauior obſtitiſſet, nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non Latinis literis illuſtratus pateret.*

Contendere *pro petere. Cic. Nos magnum feciſſemus, ſi quidem potuiſſemus, quò contendimus, peruenire. Tranſlatè. Idem. Quorum autem prima ætas propter humilitatem, & obſcuritatem in hominum ignoratione uerſatur, hi ſimulac iuuenes eſſe cœperunt, magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs debent contendere.*

Intendere. *Cic. Vigilas tu de nocte, ut tuis cõſultoribus, reſpondeas: ille, ut eo, quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. Tranſlatè. Idem. Sed profecto ſtudia nihil proſunt, perueniendi aliquo, niſi illud, quod eò, quò intendas, ferat, deducatq́; cognôris.*

Cõferre *ſe eſt ire, uel proficiſci. Cic. Ex quo te quocũq; opus erit, facilimè, et expedititiſſimè cõferas.*

Commeare *eſt ultro citroq́; ire. Terent. Rus abdidit ſe, huc raro in urbem commeat.*

Concedere *aliquò, pro abire. Cic. Si te parentes timerent, atq; odiſſent tui, neq; eos ulla ratione placare poſſes, ut opinor, ab eorum oculis aliquò, concederes.*

Peregrinari *eſt peregrinatorem, uel peregrinum eſſe, uel iter peregrè facere.* Abſolutè. Ci. *Si quando tibi peregrinari commodum eſt. Cum ablatiuo* Idem. *Nam, ut ſemel è Peireo eloquentia euecta eſt, omnes peragrauit inſulas, atq; ita peregrinata tota Aſia eſt, ut ſe externis oblineret, moribus, omnemq; illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem perderet, ac loqui penè dediſceret. Cum accuſatiuo.* Idem. *Democritus luminibus amiſſis, alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat. At uerò bona, mala, æqua, iniqua, honeſta, turpia utilia, inutilia, magna, parua poterat: & cum alij ſæpe, quod eſſet ante pedes, non uiderent, ille infinitatem omnem pergrinabatur, ut nulla in extremitate conſiſteret. Tranſ atè.* Cic. *An uerò* Iud. *uos id ſoli ignoratis? uos hoſpites in hac urbe uerſamini? ueſtræ peregrinantur aures? neq; in hoc peruagato ciuitatis ſermone uerſantur?* Peregrinator, *uel peregrinus.* Idem *Et me hercule non tam ſum peregrinator iam, quàm ſolebam, ædificia mea me delectant, & otium domus eſt.* Idem. *Eſt enim quiddam, aduenientē,*

non

non eſſe peregrinum, atq; hoſpitem. Peregrinatio. Idem *Sed tamen, ut iubes, curabo, ut omnis peregrinationis tibi opus extet.* Peregrinitas *uel in uerbis, uel in rebus eſſe poteſt.* Cic. *Ego autem mirificè capior facetijs, maximè noſtratibus, præſertim cum eas uideam primùm òblitas* Latio, *tum cum in urbem noſtram eſt infuſa peregrinitas, nunc uerò etiam bracchatis, & tranſalpinis nationibus, ut nullum ueteris leporis ueſtigium appareat.* Peregre *uerbis & motum habentibus & artem habentibus iungitur.* Idem. *Lucius quidem frater eius, ut pote qui peregre pugnauit familiam ducit.*

Ambulare *pro ſpatiari, uel deambulare.* Ci. *Marcum uerò Manlium nos etiam uidimus tranſuerſo ambulantem foro, quod erat inſigne, eum, qui id faceret, facere ciuibus omnibus conſilij ſui copiam.* Interdum *longioris itineris eſt, & idem eſt, quod ire, uel iter facere.* Idem. *Eo modo autem ambulat Cæſar, & his triarijs militum celebritatem incitat ut timeam ne citius ad* Brunduſium, *quàm opus ſit acceſſerit.* Cum *accuſatiuo.* Idem. *Vt ſic* Xerxes *cùm tantis claßibus, tantisq; equeſtribus & pedeſtribus copijs* Helleſponto *iuncto. Atq; per foſſo maria ambulauiſſet, &c.*

Deambulare. Ci. *Quid igitur ad illa ſpatia noſtra,*

noſtra, ſedesq́; pergimus? ubi, cum ſatis erit deambulatum, requieſcemus.

Inambulare. Cic. *Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus.*

Ambulatio, *interdum pro loco, in quo ambulamus ponitur.* Cic. *In Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem, Sed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. Interdum pro ipſa inambulationis actione eſt.* Idem. *Conſtituimus inter nos, ut ambulationem in Academia conficeremus. In ambulationem uenire.* Idem. *Poſtero autem die, cùm illi maiores natu, ſatis quieſſent, in ambulationem uentum eſſe dicebat: tum Scæuolam duobus ſpatijs, tribusúe factis dixiſſe, &c.*

Spatiari *eſt ambulare, uel de ambulare.* Cic. *Poſteaquam inuenit neminem eorum, qui poſſunt, & ſolent, ita negligens eſſe cœpit, ut cùm in mentem ueniret ei reſideret: deinde ſpatiaretur: nonnunquàm, etiam puerum uocaret: prorſus ut ueſtro conſenſu, & hoc conuentu pro ſumma ſolitudine abuteretur. Spatium de loco.* Idem. *Ego autem, & me ſæpe noua, uideri dicere intelligo, cùm peruetera dicam, ſed inaudita pleriſq;: & fateor me Oratorem*

ſi modo

ſi modo ſim, aut etiam quicunq; ſim, non ex rhetorum officinis ſed ex Academiæ ſpatijs extitiſſe. Spatium facere, uel conficere Cæſ. *Incredibili celeritate magno ſpatio paucis diebus confecto, eiuſmodi tempeſtates ſunt conſequutæ, ut opus neceſſario intermitteretur.* Spatium decurrere, uel excurrere. Cic. *Nec uerò uelim quaſi decurſo ſpatio ad carceres à calce rouocari.* Terent. *Propè iam excurſo ſpatio.*

Incedere *aliquando eſt inuadere, uel commouere.* Cic. *Repente uerò inceßi omnibus lætitijs.* Aliquando eſt inualere, uel irrepere. Sall. *Quoniam is inceßit mos.* Aliquando eſt ambulare. Cic. *Alter (ô dij boni) quàm teter incedebat, quàm truculentus quàm terribilis aſpectu.* Inde inceſſus ſiue tardus, ſiue feſtinus, ſiue commotus, & incompoſitus, immoderatusq;. Idem. *Status erectus et excelſus, rarus inceſſus, nec ita longus, excurſio moderata, eaq; rara.* Nonnunquàm faſtum præſe fert. Vergilius. *Regina ad templum magna ſtipante caterua Inceßit.*

Gradari *eſt gradum facere, ambulare, uel ire.* Cic. *Iam uero alia animalia gradiendo, alia ſerpendo ad paſtum accedunt.* Gradus propriè ſunt, quibus in locum aliquem aſcendimus. Vel pro pedum

pedum gradientium uiciſsitudine ponuntur. Cic. Cùm ueniſſem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant. Idem. Ad hanc igitur conuerſionem, quæ pedibus & gradu non egeret ingrediendi membra non dedit. Tranſlatè pro exiſtimatione, & honoris loco, uel ſede, uel uia eſt. Cic. Ampliſsimæ tibi fortunæ ſunt, ſummus honoris gradus. Idem. Gradus tuos, & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. Gradum iácere, uel facere. Idem. Habetis unum uenditionis genus, quod magnum uideri uobis intelligo: ſed attendite animos ad ea, quæ conſequuntur. Hunc quaſi gradum quendam, atq; aditum ad cætera iactum intelligetis. Aſcendere gradum uel ad gradum. Idem. In ijs autem, qui ſe adiuuari uolent, non ut ne affligantur, ſed ut altiorem gradum aſcendant; reſtricti omnino nullo modo eſſe debemus: ſed in deligendis idoneis, iudicium & diligentiam adhibere. Gradum aſſequi, uel ad gradum peruenire. Matius. Cic. Sed non agam aſtutè. Fateor me ad iſtum gradum ſapientiæ non perueniſſe. Locare, uel collocare, uel ponere in gradu. Cic. Duæ ſunt artes, quæ poſſunt locare homines in ampliſsimo gradu dignitatis, una imperatoris: altera Oratoris boni. Gradum tenere, uel obtinere. Idem. Quod quia ſemper ſperaſti, non dubito quin adeptus intelligas te

facilime

facilime obtinere poſſe ſummum, atq; altiſsimum gra dũ ciuitatis Idem *Tenere Conſularis dignitatis gradum. De gradu deijcere, uel demouere.* Idem. *Non ſentiunt uiri fortes in acie uulnera: uel ſi ſentiunt, ſe mori malunt, quàm tantummodo de dignitatis gradu dimoueri.*

Greſſus. *Cic. Cauendum eſt autem, ne aut tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, ut ſimiles pomparum ferculis eſſe, uideamur: aut in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates.*

Gradatio *eſt quædam exornatio rhetorica.* Cic. *Eſt enim gradatio quædam, & conuerſio, & uerborum concinna tranſgreſsio.* Gradatim Idem. *Hinc gradatim aſcendere uocem utile & ſuaue eſt.*

Ingredi *eſt in aliquem locum adire, uel ſe inferre, aut introire.* Cic. *O audaciam immanem: tu ingredi illam domum auſus es? tu illud ſanctiſsimum limen intrare?* Tranſlatè. Idem. *Eloquentia, quocunq; ingreditur, eodem eſt inſtructa comitatu.* *Cum in.* Idem. *In uitam paulo ſerius tanquàm in uiam ingreſſus ſum. Cum ad.* Idem. *Sed aliter, atq; oſtenderem, facio, qui ingredior ad explicandum rationem. Cum intra.* Idem. *Homo mea ſententia prudentiſsimus Cecinna, tamen in hac re plus mihi animi, quàm conſilij uidetur habuiſſe. Nam cũ & armatorũ*

multitudinem uideret, & uocem Ebutij, quam commemoraui, audiuiſſet, tamẽ acceſsit propius: & iam ingrediens intra finem eius loci, quem oleæ terminabant, impetum armati Antiochi, cæterorumq́; tela, atq; incurſus refugit. Cum infinitiuo. Idẽ. *Negabam oportere præterita repeti. Aſſentiebar tamen quanquam ingreſſus eſſem dicere, quid oportuiſſet.* Ingreſſus, us, ui. Idem. *Tantus enim curſus uerborum fuit, & ſic euolauit oratio, ut eius uim & incitationem aſpexerim: ueſtigia, ingreſſumq́; non uiderim.* Ingreſsio. Idem. *Ac uideo hanc primam ingreſsionẽ meam è media philoſophia repetitam.*

Progredi *eſt progreſsionẽ, uel progreſſum facere, uel procedere.* Cic. *Ex hac domo progreſſa iſta mulier de ueneni celeritate dicere audebit?* Trãslatè. Idem. *Neq; tamen progredior longius, quàm mihi doctiſsimi homines concedunt.* Progreſſus, us, ui. Cic. *Itaq; ille noſter amicus inſolens infamiæ, ſemper in laude uerſatus, circunfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quò ſe conferat, neſcit: progreſſum præcipitem, inconſtantem reditũ uidet.* Translatè. Idem. *Nihil enim errat, quod in omni æternitate conſeruat progreſſus & regreſſus, reliquosq́; motus conſtantes, & ratos.* Progreſſum facere, habere. Idem. *Philoſophiæ deniq; ipſius prin*

cipes nunquam in ſuis ſtudijs tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent. Progreßio. Idem. Atq; ab his initijs profecti, omnium uirtutum, & originem, & progreßionem perſecuti ſunt.

Prætergredi. Cic Currens Lepta uenit, mihiq́; nuntiauit, te iam caſtra prætergreſſum eſſe.

Tranſgredi. Cic. Niſi fortè poſteà cœperint legare, quàm ego Taurum tranſgreſſus ſum. Tranſgreßio. Idem. Cuius ego imperio non Alpium uallum contra aſcenſum, tranſgreßionemq́; Gallorum: non Rheni foſſam gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanißimis gentibus obijcio, & oppono.

Præteruehi. Cic. Inſulam totam præteruectus eſt, quæ eſt urbis magna pars Syracuſis ſuo nomine, ac mœnibus. Idem. Emerſi iam è uadis, & ſcopulos præteruecta eſt oratio mea.

Procedere pro progredi. Propriè. Cic. Qui ſe nunquàm profectò, ſi iſtum in locum proceſſerint, explicabunt. Tranſlatè. Idem. His proceßiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma, atq; etiam ægra ualetudine fuiſſet. Idem. Item qui proceßit aliquantum ad uirtutis aditum, nihilo minus in miſeria eſt, quàm ille qui nihil proceßit. Proceſſus. Propriè. Cic. Hîc iam plura non dicam, fuit enim extremum, ut ex his locis à militibus noſtris reditus magis matu-

rus, quàm proceſſus longior quæreretur. Tranſlatè. Idem. *Itaq; tantos proceſſus efficiebat, ut euolare, nõ excurrere, uideretur.*

Pergere *ſignificat, quod ſemel cœptum eſt, perſequi: aut in re cœpta perſeuerare, ſed ut plurimum ad iter pertinet.* Abſolutè. Cic *Perge igitur, ut agis, nomenq; tuum commenda immortalitati.* Cum ad. Idem. *Sed ad reliqua pergamus.* Cum in Idem. *Lanuuio pergam in* Tuſculanum. Cum de. Idem. *Sed perge Pomponi de Cæſare, & redde, quæ reſtãt* Vel *cum accuſatiuo, idq; dupliciter, accuſatiuo enim, loci aliquando iungitur* Cic. *Eum cũ uidero,* Arpinũ *pergam.* Aliquando *cuiuis alij* Idem. *Pergo reliqua, geſtio ſcire omnia.* Cum alius uerbi infinitiuo. Idem. *Perge porrò hoc idem interdictum ſequi.*

Maturare *eſt maturitatem afferre, uel maturum facere.* Cic. *Omnia quæ terra gignat, maturata pubeſcunt.* Et *maturum propriè de frugibus dicitur, eſtq; quod neq; crudum, neq; nimium coctum, ſed in tempore temperatum prouenit: ut poma matura, uel quilibet alius fructus.* Cic. *Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, ui auelluntur: ſi matura & cocta, decidunt.* Maturum *pro tempeſtiuo, & cõmodo.* Ci. *Cuius rei nõ modo non præterijt tempus, ſed ne maturum quidẽ etiam nunc meo iudicio fuit.* Maturum *pro*

pleniore,

pleniore & perfectione. Idem. *Ego enim non deſpero fore aliquem aliquando, qui & ſtudio acriore, quã nos ſumus, atq; fuimus: & otio, ac facultate dicendi maiore, ac maturiore exiſtat talis orator, qualẽ quærimus.* Maturitas *pro tempeſtiuitate, & abſolutiore quadam perfectione.* Propriè. Cic. *Non poteſt in eo ſuccus eſſe diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſequutum.* Tranſlatè *aut pro tempore, tempeſtiuo, commodo & idoneo, ponitur, uel pro commoda & opportuna occaſione, uel facultate.* Cic. *Eius rei maturitas nondum uenit; & tamen iam appropinquat.* Aut *pro ceſſu, grauitate perfectione, aut acceßione* · Cic. *Vt dicendi latinè prima maturitas, in qua ætate extitiſſet, poſſet notari.* Muturare *pro properare.* Idem. *Te expecto, & oro, ut matures uenire.* Mature *eſt tempeſtiuè, celeriter, uel citò.* Idem. *Satis enim te maturè uidero, ſi planè confirmatum uidero.* Idem. *Nam ut quæq; res eſt turpißima: ſic maximè, & maturißime ad publicas cauſas acceſſerim.* Præmaturè, & præmaturus Planc. *Itaq;, nunquàm diffitebor multa me, ut ad effectum horum conſiliorum peruenerim, & ſimulaſſe inuitum, & diſsimulaſſe cum dolore, quod præmatura denuntiatio boni ciuis imparati,*

quàm periculoſa eſſet, ex caſu collegæ uidebam.

Properare. *Cic. Quod huc properes, nihil eſt, præſertim Vacerra mortuo. Cum alius uerbi infinitiuo. Idem. Ductus odio properauit rem deducere in iudicium. Properatio. Idem. Equidem ad noſtram laudem non multum uideo intereſſe: ſed ad properationem meam quiddam intereſt, non te expectare, donec ad locum uenias, ac ſtatim cauſam illam totam, & tempus arripere. Properatum, pro properatione. Idem. Age, ſi ita factum, quæ cauſa cur Romam properaret? cur in noctem ſe coniiceret? quid afferebat feſtinatio? quòd hæres erat? primum erat nihil, cur properato opus eſſet? Properus. Plaut. Properam uideo ancillam uenientem. Præproperus idem eſt, quod quaſi modum properationis excedens præ nimia feſtinatione. Cic. Fuit illius hæc præpropera prænſatio. Properè eſt celeriter. Sall. Tum properè Conſul ducit exercitum,*

Approperare. *Cic. Quē diem ille, niſi ad cogitatū facinus approperaret, nunquàm reliquiſſet.*

Celerare. *Cic. Dedit autē diuinis duo genera motus: unū, quod ſemper eſſet in eodē æque, & idē in omnibus, atq; uno modo celerare: alterum, &c.*

Accelerare. *Idem. Si accelerare uolent, ad ueſperum conſequentur.*

Celer

Celer. *Cic. O miſeram, & in breui tam celerem, & tam uariam Reipublicæ commutationẽ. Celeritas eſt corporis uelocitas. Cic. Quid hæc tanta feſtinatio, celeritasq́; ſignificat? Celeritatem adhibere, uel ſuſcipere* Idem, *Opprimi potuiſſe, ſi celeritas adhibita eſſet, exiſtimant. Celeritatem morari, id eſt, retardare.* Idem. *Vt omittam hæc, quæ magna ſunt: iſta legatio moram, & tarditatem afferet bello quanuis dicant, & quoſdam audiam dicturos: legati proficiſcebantur, bellum nihilominus paretur: tamen legatorum nomen ipſum & animos molliet, & belli celeritatem morabitur. Tranſlatè.* Idem. *Naturæ celeritatem ad diſcendum, & memoriam dabant: quorũ utrunq; mentis eſſet proprium, & ingenij Celeriter eſt cito, uel breui tempore, aut maturè.* Idem. *Nam illud mihi celeriter nunciatum eſt.*

Feſtinare *eſt properare, uel maturare, et tam ad corpus, quàm ad animam pertinet.* Ci. *Plura ſcripſiſſem, niſi tui feſtinarent. Tranſlatè.* Idem *Multa, prætereo, eaq́; præclara, ad ſingulare enim M. Antonij factum feſtinat oratio. Cum alius uerbi infinitiuo.* Idẽ. *Nihil eſt, ut migrare tantopere feſtines. Feſtinus.* Idem. *Faciamus igitur, ut cenſes, colligamusq́; nos. feſtino enim ſimilimus decurro, atq; curſu theſeis meis commentari non deſino: ſed ſunt quædam earum*

perdifficiles ad iudicandum. Feſtinatio. Idem. *Mea autẽ feſtinatio non ſolùm uictoriæ auida eſt, ſed etiam celeritatis.* Feſtinanter. Idem. *Illum mihi à te nimium feſtinanter dictum uidetur.*

Accurrere. Cic. *Tu ſi manus ad nos, nos accurremus ad te.* Ibidem. *Poterimus & nos libenter accurrere.*

Aduolare. Cic. *Sin autem id non eſt nihil, duobus nobis eſt ſtultius: me, qui te non Romam attraham: te, qui non huc aduoles.*

Appropinquare *eſt propè, uel propius, uel proximè accedere.* Abſolutè. Cic. *Totius urbis occaſus appropinquat.* Cum datiuo. Idem. *Quibus ego confido, impendêre fatum aliquod, aut inſtare iam planè, aut certe iam appropinquare.* Appropinquatio. Idẽ. *Quarta reſtat cauſa, quæ maximè augere, atq; ſollicitã habere noſtrã uidetur: appropinquatio mortis, quæ certè à ſenectute nõ poteſt lõgè abeſſe.*

Aduentare *eſt quod mox futurũ ſit.* Cic *Aduentare, & propè eſſe iam debes.* Aduentus. Idem. *Mihi nihil neq; à te ipſo, neq; ab ullo alio de aduentu tuo ſcribebatur.* Aduentum appropinquare. Idẽ. *Sperabam tuũ aduentũ, ſic enim audiebã, appropinquare.*

Accedere. Abſolutè. Cic. *Quanquàm longius etiam cogitabã ab urbe diſcedere, cuius iam etiam*

nomen

tamen inuitus audio: tamen propius accedam. Cum accuſatiuo, proprij nominis. Idem. Rhodum Ciceronem cauſa puerorum acceſſurum puto, neq; tamẽ certum. Cum ad. Idem. Ad quos ego pacis ſpe, non belli cupiditate adductus acceſſeram. Cũ in. Idem. Quare fac, ut quàm primum uenias, neq; in Apuliam tuam accedas, ut poßimus ſaluũ te ueniſſe gaudere. Translatè ſine incremẽto. Cic. Sed ut propius ad ea Cato accedam, quæ à te dicta ſunt, preßius agamus: eaq; quæ modo dixiſti, cũ his conferamus, quæ tuis antepono. Extra crementũ etiam ſignificat aſſentiri, probare, uel recipere. Idẽ. Condemnari cum iſtius inuidia infamiaq; malebant, quàm ad eius cõditiones, pactionesq; accedere. Interdũ etiam eſt inuadere, uel incuti, & datiuũ habet. Idẽ. Huic nihil poteſt offenſionis accedere, ſine acerbißimo animi ſenſu, ac dolore: et ſine ſummo dedecore uitæ, ac turpitudine. Accedere cũ ſimilitudine, uel æqualitate. Cic. Alexidis manũ amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinẽ tuæ literæ. Idem. Antonio Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo tamẽ proximus. Cũ cremento. Abſolutè. Cic. Quãobrẽ uita quidẽ talis fuit, uel fortuna, uel gloria, ut nihil poſſet accedere. Cũ datiuo. Idẽ. Manus extrema nõ acceßit operibus eius: præclarè inchoata multa, pfecta nõ planè. Cũ ad, uel in. Idẽ. Volo enim ad id,

quod mea cauſa feciſti, hoc etiam accedere. Cum ad-uerbijs huc, eò, uel eòdem. Idem. Accedit eò lem uulgi uoluntas, uel potius conſenſus omnium. Idem. *Accedit eò, quod mihi non eſt notum, ut quiſq; in* Epeirum *proficiſcatur.* Idem. *Huc ſi quid acceſſerit, non tam mihi, quàm uobis* Reiq; *pub. acceſſerit.* Acceſſus. Idem. *Vt luna acceſſu, & receſſu ſuo ſolis lumen accipiat. Acceßio eſt, quicquid ad rem accedit, et ea quidem perpetua eſt, & uera ſignificatio: ſed expreſſiori quadam elegantia ponitur, pro incremento, & additamento, quod capiti accedit* Cic. *Ad ſingula medimna multi* H S. *duos: multi* H S. *quinq; acceßionis cogebantur dare.* Acceßionem facere. Ci. *Ad id, quod* Attici *cauſa te oſtendiſti eſſe facturum, tantum uelim addas, quantum ex noſtro amore acceßionis fieri poteſt.* Acceßionem afferre. Idem. *Ad paternas enim magnas & ueteres, & iuſtas neceßitudines magnam attulit acceßionẽ tua uoluntas erga me, meaq́; erga te par atq; mutua.*

Appellere *propriè dicitur, qui ex pelago, aut freto ad littus accedit: uerbum igitur nauticum eſt cum accuſatiuo loci.* Cic. *Id non eſſe eiuſmodi didici heri. cùm ad uillam noſtram nauis appelleretur* Tranſitiuè. Plaut. *Haud auſpicatò huc me appuli.* Tranſlatè. Terent. *Nunc uxore opus eſt, animum ad*

uxorem

uxorem appulit. Appulſus de animatis. Cic. Tribus modis cenſet deorum appulſu homines ſomniare. Ad inanimata relatum, ut appulſus frigoris, uel caloris, cùm uel frigoris, uel caloris inſtat moleſtia. Dicitur etiam appulſus ſolis. Cic. Terræ maximas regiones inhabitabiles, atq; incultas uidemus, quod pars earum appulſu ſolis exarſerit: pars obriguerit niue, pruinaq́; longinquo ſolis abſceſſu. Idem. Tactus autem toto corpore æquabiliter fuſus eſt, ut omnes ictus, omnesq́; nimios & frigoris, & caloris appulſus ſentire poßimus

Applicare. *Cic. Qui etiam ſine his clarißimis uiris hanc rem in Cilicia ad oſtium fluminis Cydni confeciſſet, ſi ille ad eam ripam, quam conſtituerat, non ad contrariam nauim applicuiſſet. Tranſlatè pro conferre ſe, uel dedere ſe, & adiungere: uel ſe qui, uel hærere. Cic. Itaq; ſe alij ad philoſophiam: alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant. Applicatio. Idem. Quapropter à natura mihi uidetur potius, quàm ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi cum quodam ſenſu amandi, quàm cogitatione, quantum illa res utilitatis eſſet habitura.*

Aſpirare, *pro peruenire, uel accedere ad. Propria aſpirandi ſignificatio. Cic. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aßimilis ſpongijs mollitudo*

ad hauriendum ſpiritum aptiſſima: qui tum ſe cõtrahunt aſpirantes, tum ſpiritu dilatant. Adſpirare, pro *fauere.* Virg. *Aſpiret primo fortuna labori. Aſpirare (inquit* Pedianus *) eſt in eam partem, qua quid quæritur, uultum & oculos, ac ſpiritum oris aduertere.* Quo *factum eſt, ut ob illam ſpiritus intentionem ponatur efficiens pro effecto.* De loco. Cic. *Quò claſſes ſæpe conatæ, nunquàm aſpirare potuerunt.* De re. Idem. *Quid enim quiſquã me inuito ad meam pecuniam aſpirat? quid accedit?* De perſona. *Etenim cum ad aliquem aſpirare, uel non aſpirare poſſe dicimur, non illius ſemper corpus intelligitur, ſed dignitas, uel gloria.* Cic. *Subinuideo tibi, ultro te etiam accerſitum ab eo, ad quem cæteri non propter eius ſuperbiam, ſed occupationem aſpirare non poſſunt.*

Obrepere, *eſt latenter aggredi, & fallaciter adire, ut ſerpentes humi repentes ſolent.* Vnde *fit, ut, quicquid ſenſum fallat, id obrepere dicatur.* Cic. *Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus.* Obrepere, *pro fallere, hoc eſt, incautũ aggredi.* Plin. *Nec poteſt uideri* Scaurus *rudi, & huius mali improuidæ ciuitati obrepſiſſe quodam uitæ rudimento: iam enim* L. *Craſſum oratorem* M. Brutus *in iurgijs ob id* Venerem Palatinam *appellauerat. Obrepere autem ad magiſtratum dicitur,*

qui

qui falſa ſpecie uel probitatis, & integritatis, uel doctrinæ ad magiſtratus aſſumitur. Cic. In Piſon. Ob*repſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum nihil habes ſimile præter colorem.* Id eſt, *fefelliſti* Pop. Rom. *commendatione familiæ cognomento frugi.*

Irrepere. Cic. *Non enim furatus eſt ciuitatē, non genus ſuum ementitus, non aliquo impedimenti mendacio delituiſſe, non irrepſiſſe in cenſum dicitur: unum obijcitur, natum eſſe* Gadibus.

Adrepere. Cice. *Quibus rebus ſenſum ad iſtius amicitiam adrepſerat.*

Venire, *eſt accedere.* Abſolutè. Cic. *Quare fac, ut quàmprimum uenias. Cum accuſatiuo, uel aduerbio loci.* Idem. *Si eò, quò conſtitueras, uenire uoluiſſes. Cum accuſatiuo loci, & præpoſitione ad cum pronomine. Sed te oro, ut ad me* Vibonem *ſtatim uenias. Cum præpoſitione ad, & accuſatiuo non proprij nominis, uel aliquando proprij.* Cic. *Sine meis literis eum ad te uenire nolui.* Idem. *Te uerò nolo, niſi ipſe rumor iam raucus erit factus, ad* Baias *uenire. Cum in.* Cic. *Sed iam facilius conſequar, ſi ad me in* Ciliciam *ueneris. Cum ablatiuo à loco.* Idem *Sexto die* Delum Athenis *uenimus.*

Deuenire

Deuenire. *Cic. Diſceßi ab eo bello, in quo aut in acie cadendũ fuit: aut in aliquas inſidias incidendũ: aut deueniendum in uictoris manus.*

Aduenire *eſt accedere.* Cic. *Eſt enim quidam, aduenientẽ non eſſe peregrinũ, atq; hoſpitem.* Aduentitius. Cic. *Vnam rationem non reijciebam, ut ager hac aduentitia pecunia emeretur, quæ ex nouis uectigalibus per quinquennium reciperetur inde* Aduentitium *donum, quod conſulibus olim in prouintias aduenientibus dabatur. Aduentitia dos, & aduentitia bona filiorum, quæ aliunde, quantum à patre obuenerũt. Præfectitia dos eſt, quæ à patre, uel parente proficiſcitur. Vide in alio loco plura de ijs.*

Peruenire *ad multa eleganter transfertur. Primò dicitur res ad alicuius aures puenire, cuius fit certior.* Cic. *Peruenit res ad iſtius aures neſcio quomodo. Dicimus item iniuriam ad aliquem peruenire, qua appetitur.* Idem *Iactam à te in me iniuriam ſemper duxi, tamen perueniſſe ad me nunquàm putaui.* Et: *peruenire in manus.* Idem. *Ne epiſtola in manus eius perueniret. Ponitur etiam peruenire, pro dari.* idem. *Niſi multorũ impunita ſcelera tuliſſemus, nunquàm ad unum tanta licentia perueniſſet.* Et pro *infligi* Cic. *Ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna parentũ peruenit.* Idem *Quò, & ad quos pecunia peruenerit*

*ueneri*t. *Idem. Cyrus ad ſeptuageſimum annum peruenit. Idem. Peruenire ad ſuum ſine alterius infamia. Idem. In quo ſpes fuit, poſſe ſe aliquando ad ſuas fortunas peruenire. Idem. Ego tibi hoc confirmo, ſi Romæ manſeris, te paucis annis ad maximas pecunias perueniturum. Idem. Operamq́; des, quoad tibi æquum & rectum uidebitur, ut quàm commodiſſima conditione libertus Strabonis negotium conficiat, ad nummosq́; perueniat Ad hæc. In ſcripta alicuius peruenimus, cuius ſcriptis illuſtramur, & celebramus. Atq; hoc præſtantius mihi fuerit, et ad lætitiã animi, & ad memoriæ dignitatem, ſi in tua ſcripta perueuero, quàm ſi in cæterorum. Peruenire propriè. Cic. Nondum ad propoſitũ mihi finẽ honoris perueneră.*

Tangere. *Tangimus propriè, quæ manu tractamus, aut quæ parte aliqua corporis premimus. Ci. Tribuni ſanctiſſimum corpus nõ ſolùm tactum, ac uiolatum manù, ſed etiam uulneratum ferre, confectũq́; uidiſtis. Tranſlatè pro leuem, aut in tranſcurſu mentionem facere. Cic. Iam intelliges Eruci certum crimen, quàm multis ſuſpitionibus coarguatur, tametſi neq; omnia dicam, & leuiter unum quodq́; tangam. Tangere, pro còmmouere, uel ſollicitum habere. Idem. Minæ, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. Tangere, pro peruenire. Cæl.*

Neq;

Neque prius deſinam formidare, quàm tetigiſſe te Italiam adiere.

Attingere. *Cic. Simulac me Dyrrachiũ attigiſſe audiuit, ſtatim ad me lictoribus dimiſsis, inſignibus abiectis, ueſte mutata profectus eſt.*

Intrare *eſt ingredi, uel accedere. Cic. O audaciam immanem. Tu ingredi illam domum auſus es? tu illud ſanctiſsimũ limen intrare? Translatè. Idem. Qui in tuam familiaritatem penitus intraui.*

Introire *eſt in aliquẽ locum adire. Cic. Quaſi uerò ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modò ne triumphali. Translatè. Idem. Quãobrem cum ille quidem actum optime eſt: mecum autem incõmodius, quem fuit æquius, ut prius introierã in uitam, ſic prius exire de uita. Introitus & loci & actionis eſt, ut pleraq; alia nomina, quæ præceſſerunt iter ſcilicet, uia, & gradus. Actionis. Cic. Qui nocturnus introitus in Smyrnam, quaſi in hoſtium urbem? Loci. Idem. Iſte ad omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum, armatos homines opponit. Trãslatè. Idem. Etenim poſt profectionem tuam primus (ut opinor) introitus fuit in cauſam fabulæ Clodianæ: in qua ego nactus locum reſecandæ libidinis, & coërcendæ iuuentutis uehemens fui, & omnes profudi uires animi, atque ingenij mei.*

PRAESTO

PRAESTO eſſe pro præſentem eſſe, uel adeſſe. Obſerua in hac loquutione ineſſe quãdam opportunitatis ſignificationẽ, & celeritatem ſeſe offerendi. Cic. Tu uelim ad urbẽ mihi præſto ſis. Præſto, pro parato. Idem. Hoſtiæ, quas debuiſti, ad ſacrificiũ præſto non fuerunt. Præſto eſſe pro aduenire Idem. Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt, hyeme pulſæ recedunt.

Obuius dicitur, qui nobis occurrit. Cic. Tu autem fac, ut mihi tuæ literæ uolent obuiæ. Obuiam mittere. Idem. Leptam præfectũ fabrũ meum tibi obuiam miſi. Obuiã proficiſci. properare. Cic. Tu uelim, quod cum cõmodo ualetudinis tuæ fiat, quàm longiſſimè poteris, obuiam nobis properes. Obuiam ire, & in bonã & in malam partem capitur. Obuiam enim aliquãdo ſignificat contrà cum odio, ſimultate, uel diſſenſione: & tunc planè reſiſtentis eſt, & contrà nitentis. Sall. Præterea modeſtiſſimè parendo, & ſæpe obuiã eundo periculis, in tantam claritudinẽ breui peruenerat. Obuiam ire, pro reſiſtere, uel occurrere, id eſt, obuiam ſe ferre. Cic. Dixiſti. S. C. me referente eſſe factũ, ſi mercede corrupti obuiã candidatis iſſent: ſi conducti ſectarentur. Obuiam itio. Idem. De obuiã itione ita faciam ut ſuades: neq; enim ualde eius aduẽtus opinio eſt: neq; ſi qui ex Aſia ueniunt, quicquam auditum eſſe dicunt de pace.

de pace. Obuiam prodire Idē. *Cùm diceret te ſecum eſſe queſtum, quòd tibi obuiam non prodiſſem. Obuiam procedere, uenire.* Idem. *Mihi in ſylua Gallinaria obuiam ueniſſet. Obuiam ſe ferre, uel offerre.* Terent. *Oppidò opportunè te obtuliſti mihi obuiam. Obuiam fieri.* Cic. *Obuiam mihi fit tabellarius, qui me offendit.*

Occurrere *eſt obuiam fieri, uel ſe obuiam offerre.* Cic. *Cur neq; ante occurrit, nec eò in loco ſubſedit, quò ille noctu uenturus eſſet. Occurſatio.* Idem. *Facilis eſt illa occurſatio, & blanditia popularis: aſpicitur, non attrectatur: procul apparet, non excutitur: non in manus ſumitur.*

Adeſſe. *Abſolutè.* Cic. *Tu, ſi aut amor in te noſtri, ac tuorum, aut ulla ueritas: aut ſi etiam ſapis, ac frui tuis commodis cogitas, aduentare, & propè adeſſe iam iubes. Cum datiuo non ſine aſſenſione, & autoritate eſt.* Idem. *Resq́; ipſa declarat, tibi illum honorem noſtrum ſupplicationis fuiſſe iucundum, quòd ſcribendo adfuiſti. Adeſſe animo cum ablatiuo, uel datiuo.* Cic. *Adeſtote, omnes animis, qui adeſtis corporibus: erigite mentes, aureſq́; ueſtras, & me de inuidioſis rebus, ut ille putat, dicentem audite.* Idem. *Quamobrem adeſte animis Iudices, & timorem, ſi quem habetis deponite. Cum ad.* Idem.

Petijt

ſtrum ex oppido exiret. Cum in. Idem. Vellem, ut ſcribis, in meo grauiſſimo caſu adfuiſſes. Adeſſe præſentem. Cic. Adeſt præſens uir ſingulari uirtute, conſtantia, grauitate præditus M. Bibulus. Adeſſe coràm. Idem. Fit enim neſcio quomodo, ut quaſi coràm adeſſe uideare, cùm ſcribo. Adeſſe coràm præſentem. Idem. Coràm aderit præſens tibi ipſe, & ille, quem inſimulas, pugio reſpondebit.

Præſens. Cic. Noſtram fidem omnes, & amorem tui abſentis præſentes tui cognoſcent. Viuus, & præſens. Eſt modus loquendi, uel ad rei fidem augendam, uel ad rei præſentiam magis exprimendam. Idem. Neq; ſolùm uiui, atq; præſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt, atq; docent: ſed hoc quidem etiam poſt mortem literarum monumentis aſſequuntur. Viuus, uidensq;. Terent. O indignum facinus. Nunc ego & illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio. Et tedet, & amore ardeo.. Et prudens, ſciens, uiuus, uidensq; pereo. Præſens animus, dicitur, dum in id, quod propoſitum, uel ſuſceptum eſt, totus incumbit, nec ulla alia cogitatione ad aliud auocatur. Cic. In Repub. uerò, quanquam animus eſt præſens, tamen uoluntas etiam, atq; etiam ipſam medicinam efficit. Præſentiam animi, pro fortitudine. Idem. Videbant enim ſapientiſſimi homines facti rationē, præſentiam

animi, defenſionis conſtantiā. Præſens, pro ſubito, uel efficaci, uel potēti. In bonā partē. Terēt. Hæc, cū ratione ineas, quàm ſint ſuauia, & quā chara ſint ea, quæ præbet, num tu hūc habeas planè præſentē deū? In malā partē, pro uehemēter exitioſò. Ci. Nō medius fidius accerrimis conſilijs plus, quàm etiā inertiſſimis dummodo diligentibus, conſequuntur. Hæc enim quæ fluant, per ſe diuturna ſunt. In contentione, præſentes ad nocendum habent uires. Præſens pro parato, uel in promptu. Cic Pro eo tibi præſentem, pecuniam ſolui imperaui, ii e tu expenſum muneribus ferres. In rem præſentem uenire, non tempus, ſed locum ſignificat: & idem eſt, quod ad locum uenire, de quo controuerſia ſit. In rem uerò præſentem olim tum ueniebant, cùm locum oculo, ac digito deſignari uolebant: ut hodie, cùm aut iudex pronuntiat, aut inter litigatores conuenit, agrum, quem controuerſum facere uolumus, aut re deſignari, aut teſtibus per inquiſitionem demonſtrari, certis finibus circumſcriptum: uidelicet, ut ille deliberare de re controuerſa poſſit, cedere nec ne uindicanti debeat: hi ut certi ſint teſtimonij ſui. Cic. Placuit de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentē ueniretur Cum autem in rem præſentem uentum eſt, in re præſenti diſceptatur. Liuius. Eodem anno inter pop.

Carthaginen-

Carthaginenſem, & regem Maſſiniſſam in re præſenti diſceptatores Rom. de agro fuerunt. In præſenti. Cic. Hæc ad te in præſenti ſcripſi, ut ſperes te aſſequi poſſe, id quod optaſſes. In præſens. Idem. Dixi igitur ſententias in Antonium, dixi in Lepidum ſeueras: neq; tum ulciſcendi cauſa, quàm ut in præſens ſceleratos ciues timore ab impugnada patria de terrerem In præſentia. Idem Cedam tibi in præſentia ſpiro Inpræſentiarmu ponunt Tacitus & Cato. Præſentia. Cic. Vt quoad eius fieri poßit, præſentiæ tuæ deſiderium meo labore minuatur.

Coràm *ſignificat ante oculos, uel in oculis, uel in conſpectu. uel antè. Aduerbij uſus. Cic Sed hæc & multa alia coràm breui tempore licebit. Coràm te cum. Idem. Deſperaram coràm me tecum agere poſſe. Vſus propoſitionis. Idem. Mihi uerò ipſi coram genero meo, propinquo tuo quæ dicere auſus es?*

Ante *oculos, uel in oculis, pro coram Cic. Ante Conſules, oculosq́; legatorum tormentis Mutinam uerberauit. Idem. Hic uerò in oculis S P. Q. R. nihil poſſe exiſtere arbitrabantur, quod non ante extingui atq; opprimi poſſet.*

Intereſſe. *Cum datiuo, uel abſolutè, Cic Sæpe interfui querelis meorum æqualium. Cum ablatiuo,*

& præpoſitione in. Idem. *De luxuria purgauit* Erutius, *cùm dixit, hunc ne in conuiuio quidem ullo ferè interfuiſſe.*

Abeſſe *cùm eſt localis.* Cic. *Cùm domus patris à foro longe abeſſet, quò facilius & noſtras obiret domos, & ipſe à ſuis coli poſſet, conduxit in palatio non magnam domum. Cum perſonalis eſt.* Idē. *Quòd abes, gratulor: quia non uides ea, quæ nos.* Idem. *Abfui magnam partem conſulatus tui* Abeſſe *translatè, pro remotum eſſe.* Cic. *Vis abſit, ferrum remoueatur, operæ faceſſant, ſeruitia ſileant.* Abeſſe *pro deeſſe.* Idem. *Qui autem hæc cognouerit, quid huic abeſſe poterit de maximarum rerum ſcientia?* Abeſſe *pro carere, uel uacuum eſſe.* Idem. *Quòd autem à tuis abes, ideò leuius ferendum eſt, quòd eodem tempore à multis, & magnis moleſtijs abes.* Abeſſe *pro inferiorem eſſe.* Cic. *Multum ab his aberat* L. *Fuſius, tamen ex accuſatione* M. *Aquilij diligentiæ fructum ceperat.*

Parum *abeſt, quin, uel nihil abeſt quin.* Cic. *Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus.* Idem. *Parum abfuit, quin occideretur.*

Nihil *propius eſt, quàm.* Cic. *Nec quicquam propius eſt factum, quàm ut illum obtorto collo ad ſubſellia reduceret.* Plaut. *Nihil fuit propius, quàm ut perirem.*

Tantum

Tantum *abeſt, imperſonaliter poſitum.* Cic. *Tantum porrò aberat, ut binos ſcriberent, uix ſingulos confecerunt.* Idem. *De iſto autem hactenus dixerim me uel plurima uincula tecum ſummæ coniunctionis optare, & ſunt amoris arctiſſima: tantũ abeſt, ut ego ex eo, quo aſtricti ſumus, laxari aliquid uelim.* Idem. *Tantum abeſt, ut aliquam mihi bonam gratiam quæſiſſe uidear, ut multas etiam ſimultates partim occultas, partim apertas ſubeundas mihi eſſe intelligam.*

Eſſe *ſine, pro eſſe.* Cic. *Sic enim tibi perſuadeas uelim, unum mihi eſſe ſolatiũ, quare facilius poſſum pati te eſſe ſine nobis.*

Abſens. Cic. *Sed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum quicquam te abſente fieri, quod, cùm ueniſſes, tibi non eſſet integrum.* Abſentia. Idem. *An, uereris ne, qui hic in abſentia ſolus tuli ſcelus eiuſdem, cum* Pompeio, *& cum reliquis principibus non feram?*

Conuertere *propriè eſt commutare, uel traducere.* Cic. *Omnia hæc tum intereunt, tum in naturam aliam conuertuntur.* Pro *conferre.* Idem. *Vt mones, ualde me totum ad otium, pacemq; conuerte. Interdum etiam eſt ex lingua una in aliam uertere: ut conuertere Græca in Latinũ: uel Latina in Græcum:*

 & dicimus

& dicimus conuertere in, de, uel ex. Cic. Quæ ſi è Græcis omnia conuerſa non erunt, tamen ut generis eiuſdem ſint, elaborauimus. Conuertere in rem ſuam uel in commodum Idem Nihil de patris fortunis in rem ſuam cõuertit. Idem Conuertere omnia ad ad ſuum commodũ. Hic eſt uiciſsim retro commeare. Idẽ. Hinc, ſi aliquid à comitijs audierimus, nos in Aſiam conuertemus: neq; adhuc ſtabat, quò potiſsimũ.

Diuertere, uel diuerti eſt de uia decedere, & declinare. Cic. Has literas ſcripſi in Pontino, cum diuertiſſem ad uillam Metrilij Philomenis. Diuerticulum eſt uiæ flexio. Idem Quos tu meandros, dum omnes ſolitudines perſequeris, quæ diuerticula, flexionesq; quæſiſti?

Flectere eſt diuertere, uel declinare. Flectere neutrum eſt, uel tranſitiuum. Dicimus enim flectere aliquò, uel flectere uiam, aut promontorium. Cic. Sed Leucatem flectere moleſtum uidebatur.

Deflectere. Cic. Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipſum eſt, quod utile appellatur. In quo uerbo lapſa conſuetudo deflexit de uia, ſenſimq; eò deducta eſt, ut ab honeſto utile ſecerneret, & conſtitueret honeſtum aliquod, quod utile non eſſet.

Declinare eſt deflectere, uel diuertere. Cic. Brunduſium ueni, uel potius ad mœnia acceſsi, urbem

di, quàm

unam mihi amiciſſimã declinaui, quæ ſe potius excinderet, quàm, è ſuo complexu, ut eriperet, facilè pateretur. Translatè. Idem Sed, ut eò reuocetur, unde huc declinauit oratio.

Deuius, qui de recta uia deflexit: & tam de loco, quàm de perſona dicitur, poniturq; aliquando propriè, aliquando translatè De loco. Cic. Tu, ſi in Formiano nõ erimus, in Pompeianũ uenito. Id & nobis erit periucundũ, et tibi nõ ſanè deuiũ. De perſona. Idem. Stultè Aquinates, ſed tamen in uia habitabant, quid Anagnini? qui cùm eſſent deuij, obuiã ei deſcenderunt, ut iſtũ, tanquam ſi, eſſet Conſul ſalutarent.

Recipere ſe, eſt redire, pedem referre, diſcedere, abire. Cic Cùm me ad hyemem ex Cilicia recepiſſem. Receptus eſt refugium, uel reuocatio à bello. Vnde receptui canere, id eſt, tuba è prelio copias certantes reuocare. Cæſ Equitatus Cæſaris, quòd anguſto itinere per aggeres aſcendebat, receptui ſuo timens, initium fugæ faciebat. Receptui canere. Idem. Quis enim reuocante, & receptui canente Senatu properet dimicare?

Abire. Cic. Quin tu abis in malam peſtem, malumq; cruciatum. Translatè pro ceſſare, euaneſcere, uel ſedari. Idem. Illa mea, quæ ſolebas antea laudare ô hominem facilem, ô hoſpitem non grauem:

abierũt. Abire pro delabi, uel dilabi Ci. Quid ad iſtas ineptias abis inquies? Idem. Ne longius abeam.

Præterire. Sed illud & præterijt, & leuius, eſt, id eſt, abijt, uel actũ eſt, uel ſedatum eſt. Propriè Cic. Præterijt uillam meam Curio, iuſſitq; mihi nunciari, mox ſe uenturum. Tranſlatè. Idem. Hæc nunc prætereo, ac relinquo Abitus. Idem. Nunc autem ne poſt abitum quidem huius importuniſſimæ peſtis quiſpiam reperiretur, qui ſua uoluntate araret. Abitio. Terent. Propter eam hæc turba, atq; abitio uenit.

Diſcedere eſt abire, migrare, uel demigrare Abſolutè. Cic. Non modò ibi non fuiſti, ubi me quàm primum uidere poſſes: ſed eò diſceſſiſti, quò ego te ne perſequi quidem poſſem triginta diebus. Cum ablatiuo. Idem. Seruium diſceſſiſſe Athenis, moleſtè tuli. Cum propoſitione à. Idem. Diogenes tuus, homo modeſtus à me cum Philone Peſſimonte diſceſſit Cum è, uel ex. Idem. Quod iam depoſitis rationibus ex prouincia diſceſſiſſemus. Cum de. Idem. Itaq; tum de foro, cùm iam aduesperaſceret diſceſſimus. Tranſlatè Cic. Videte quò deſcendam Iudices, quàm longe uideor à cõſuetudine mea, ac cautione, & diligentia diſcedere. Diſcedere ſuperiorem. Idem. Quæro igitur, quid adiuuerit oratorem in his cauſis iuris ſcientia, cùm hic iuriſconſultus fuerit ſuperior diſceſſurus,

qui

qui eſſet non ſuo artificio, ſed alieno, hoc eſt non iuris ſcientia, ſed eloquentia, ſuſtentatus. Ab hac *ſignificatione non abhorret, ſequens exemplum.* Cic. Is *omnium, qui aderant, iudicio, diſceßit probatus.* Diſcedere *à, pro diuortium facere.* Cæl. Illud *mihi occurrit, quòd inter poſtulationem, & nominis delationem uxor à* Dolobella *diſceßit. Cùm à te diſceßi, id eſt, te excepto,* Cic. A*moris uerò erga me, cùm à fraterno amore, domeſticoq́; diſceßi, tibi primas deſero. Secundum hanc uoci ſimilis eſt.* Cic. Ille *mihi ſecundum te, ac liberos noſtros, ita eſt, ut ſit pene par. Secundum, pro poſt.* Idem. *Quare in hac noſtra actione ſecundum uocem uultus ualet. Secundum pro iuxta Seruius.* Circiter *horam decimam noctis* Poſthumius, *familiaris eius ad me uenit, & mihi nuntiauit* M Marcellum *collegam noſtrum poſt cœnæ tempus à* P. Magio *Chilone familiari eius pugione percußum eſſe, & duo uulnera accepiſſe: unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. Secundum, pro cõgruenter, & concordanti quadam rerum ratione.* Cic. O*mnia quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis.*

Terram *deſidere, non diſcedere dicendum eſt pro conſidere.* Liuius. In Veliterno *agro terra ingentibus cauernis conſedit, arboresq́; in profundũ,*

baptiſtæ. Varro Vbi ſtramentum deſedit in aperto loco palàm: à quo nominata poteſt eſſe palea.

Diſceſſus *eſt abitus, uel profectio. Cic. Scire, enim cupio, quid agas, quid expectes, quàm longum, iſtum tuum diſceſſum à nobis futurum putes. Diſceſſio, uide ſupra.*

Decedere. *Abſolutè. Cic. Prius ut te conueniam, quàm decedas. Cum ablatiuò. Idem. Cùm hæc maximè ſcriberem, ecce tibi Seboſus. Salue, inquit Arius.* Hoc eſt Roma *decedere: quos homines effugi cùm in hos incidi? Cum de. Idem.* Ego *de prouincia, decedens Quæſtorem Cælium præpoſui prouinciæ. Cum ex. Idem, Itaq; ſtatim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent. Cedere, cum datiuo, pro cedere. Idem. Nunc igitur ſi lingua eſt certandum, innocentiæ uirtute fretus ſupero: ſi facta, compenſanda ſunt, conferamus æquitatem: ſi uiolentiæ impetu opprimimur, decedam pro omnibus unus Tribunitio furori, quoniam laborem pro cunctis ferre conſueui. Decedere de uia tranſlatè poſitum, eſt per errorem, ſiue honoris cauſa digredi. Cic Huic triſti, ac decrepito ſeni reſponderet Cælius, ſe nulla cupiditate inductum de uia deceßiſſe, id eſt, rationem uitæ mutaſſe Simili tranſlatione dicit Cicero de curriculo uitæ decedere. Meminero, inquit*

inquit, me Siculis ſatis eſſe facturum, ſi, quæ cognoui in Sicilia, quæ accepi ab ipſis, diligenter expoſuero: Populo Rom ſi nullius uim, nullius potentiam pertinuero: uobis ſi facultatem uerè, ac honeſtè iudicandi, fide & diligentia mea fecere: mihi in eo ſe minimum quidem de meo curriculo uitæ, quod mihi ſemper pro poſitum, fuit deceſſero. Decedere de ſua ratione. Cic. *Quod à me ita præcautum, atq; ita prouiſum eſt, non ut ego de optima illa mea ratione decederem, ſed ut ille eſſe melior, & aliquid de populari leuitate deponeret.* Decedere de dignitate, uel officio. Idem. *Quid faceres pro homine innocente, & propinquo, cùm propter hominem perditiſſimum, atq; alieniſſimum de officio, ac dignitate decedis?* Decedere à, pro mutare. Idem. *Sed ſi hoc crimen eſt, aut in eo eſt, quòd non licuerit imperare: aut in eo, quod non opus fuerit nauibus: aut in eo, quòd nulla hoc Prætore claſſis nauigarit. licuiſſe ut intelligas, cognoſce, quid me* Conſule *Senatus decreuerit, cum quidem nihil à ſuperioribus continuorum annorum decretis deceſſerit.* Decedere, pro expelli. Idem *Nam per deos immortales quid intereſt, utrum Prætor imperet, uiq; cogitat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere, an huiuſmodi iudicium det, quo iudicio indicta cauſa*

fortunis

fortunis omnibus euerti neceſſe ſit? Decedere de *ſumma*, id *eſt, detrahi*. Terent. *De ſumma nihil decedet.*

Deceſſio *pro deceſſu.* Cic. *Is mecum ſæpe de tua manſione, aut deceßione cõmunicat.* Pro *diminutione.* Idem. *Nec enim ulla deceßio fieri poterat, nec acceßio.*

Excedere *eſt exire. Abſolutè, aut cùm accuſatiuo, & præpoſitione in ad locum.* Cic. *Eius enim partis erat exemplar Salluſtius, quò, tanquã in unam uoraginem, cœtus omnium uitiorum exceſſerat.* Cum *ablatiuo.* Idem. *Vos fortaſſe ſapientius exceßiſtis urbe, quam liberaueris.* Cum *ex.* Cic. *Idem dicebat ſemper, animos hominum eſſe diuinos, iiſq́; cùm è corpore exceßiſſent, aditum ad cœlum patere.* Cum *extra.* Idem. *Sic in omni mũdo omnes partes collocatæ ſunt, ut nulla pars huiuſce generis excederet extra.* Exceſſus. Cic. *Reſpondebo tibi equidem, ſed non antequàm tu ipſe mihi reſpondeas* Attice, *num longe à tuis ædibus inambulans poſt exceſſum ſuum* Romulus Proculo Iulio *dixerit, ſe deum eſſe, &* Quirinum *uocari, templumq́; ſibi dedicari in eo loco iuſſerit.*

Decedere. Propriè Cic. *Cur mihi te offers, ac meis cõmodis officio ſimulato officis, & obſtas? recede de medio per altam tranſigam.* Translatè. Idem. *Longius à uerbo recedamus, ab æquitate ne tantulum quidem.*

quidē. Receſſus pro diſceſſu. Cic. Incolumitatis ac ſalutis omniū cauſa uidemus hunc ſtatum eſſe huius totius mundi, atq; naturæ, rotundum ut cœlum, terraq; media ſit: ſol ut eam circūferatur: Luna acceſſu & receſſu ſuo ſolis lumen accipiat. Pro receſſu. Idem. De Nicia, quod ſcribis, ſi ita me haberem, ut eius humanitate frui poſſem, in primis uellem illum mecum habere: ſed mihi ſolitudo, & receſſus prouincia eſt.

Secedere eſt ſemigrare, uel abire. Cic. Quare ſecedant improbi, ſecernāt ſe à bonis: unum in locum cōgregentur: muro deniq;, id quod ſæpe iam dixi, ſecernantur à nobis. Seceſsio. Idem. Etenim te inquirere uidebāt triſtem ipſum, mœſtos amicos, obuerſationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceßionē ſcriptorum animaduertebāt. Seceſſus Interdum ponitur pro diſceſſu, interdum pro uacatione, & quadam quaſi laboris intermiſsione: interdum pro loco ſecretiore. Verg. Eſt in ſeceſſu longo locus.

Abdere ſe, pro occultare, uel retrudere. Cic. De uxore Tuberonis nō poſſum iam abdere: eſt enim res peruulgata. Cum accuſatiuo. Idem. Quibus cum iuratus affirmaſſet ſe, quæ deberentur, poſtero die perſoluturum, domum ſe abdidit. Cum accuſatiuo & præpoſitione in. Idem. Ergo utar tuo conſilio, neque me in Arpinum hoc tempore abdam. Cum ablatiuo.

Idem.

Idem. Ergo uerò fateor me ijs ſtudijs eſſe deditum, cæteros pudeat, ſi qui ita ſe literis abdiderũt, ut nihil poſſint ex ijs neq; ad cõmunem afferre fructum, neq; in aſpectum, lucemq; proferre. Cum ablatiuo & præpoſitione in. Idem. Qui locus, quod tempus, illud dij immortales fuit? cùm ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet?

Solitudo non ſemper ad locum refertur, ſed ad perſonã interdum: idq; eſt, quod luctus, uel ſordes, quæ ex nimia quadam triſtitia, & mœrore anxietateq; cõtrahuntur. Interdũ etiam eſt obſcuritas, humilitas, tenuitas tum rei, tum nominis: & opponitur celebritati. Ad locũ cum pertinet ponitur pro regione derelicta, uel loco deſerto Cic. Quod eſt igitur meum triſte cõſilium? ut diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines? Solitudo extra locum. Idem. Si tuam ſolitudinẽ, cõmunemq; calamitatem nemo deſpexerit, aut per te confici, aut nullo modo poterit. Solitarius. Dicitur autem ſolitarium, quod remotum eſt ab oculis populi: ut ſolitarius homo, qui celebritatẽ, hominũq; frequentiã, & cœtus odit, ſolitudineq;, & ſeceſſu oblectatur. Ponitur etiam pro ſolo. Et tam ad res quàm ad perſonas refertur. Cic. Ergo etiã ſolitario homini, atq; in agro uitam agenti opinio iuſtitiæ neceſſaria eſt.

Digredi eſt diſcedere. Propriè Cic. Etſi periniquo

iniquo patiebar animo te à me digredi, tamen eo tempore me conſolabar, quod & in ſummũ etiam odium te ire: arbitrabar, & impendentibus magnis negotijs diſcedere. Translatè. Idem. *Digredi ab eo, quod propoſueris, atq; agas, ſæpe utile eſt* Digreſſus *eſt receſſus.* Idem. *De Acutiliano autem negotio quod mihi mandaras, ut primum à tuo digreſſu* Romam *ueni, confeci.* Digreßio. Idem. *Id minus miſerum fuit, quàm fuiſſet tum congreßio, tum uerò digreßio noſtra.* Translatè Idem. *Iſta mihi tua fuit periucunda à propoſita oratione digreßio.*

Egredi *abſolutè.* Cic. *Quem cum egredientem inſequi cœpiſſem, cepi equidem fructum maximũ & ex conſurrexione omniũ ueſtrum, & ex comitatu publicanorũ.* Cum ablatiuo Idẽ. *Adhuc* C. *Cæſar* Q. *Ligarius omni culpa uacat, domo eſt egreſſus, nõ modò nullum ad bellum, ſed ne ad minimã quidem ſuſpitionẽ belli.* Cum è, uel ex. Idẽ. *Cum mercatores è naui egredientes terreres, conſcendẽtes morarere.* Cum extra. Terent. *Nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe.* Egreſſus Cic. *An cùm proficiſcebamini paludati in prouincias uel emptas, uel ereptas, Cõſules uos quiſquã putauit? Itaq; credo, ſi minus frequẽtia ſua ueſtrum egreſſum ornãdo, ac celebrando, at omnibus ſaltem bonis, ut* Conſules: *non triſtißimis, ut hoſtes, aut proditores perſequebantur.*

Exire

Exire *eſt egredi, uel prodire, aut pedem efferre: & eſt à loco, uel ad locum. Cùm eſt à loco, ponitur abſolutè: uel cum ablatiuo: uel cum præpoſitione à, è, ex, uel de. Cic. Subitò conſiliū cepi, ut, antequàm luceret, exirem, ne cui conſpectus fieret, aut ſermo. Idem. Si quem tuorū fidelium uoles, ad me mittas, ne aut tibi exire ex urbe neceſſe ſit, aut mihi accedere. Exire cū ad locū eſt, iungitur cum aduerbio locali, uel accuſatiuū habet cum præpoſitione in. Cic Quoad opinatus ſum me in prouinciā exiturū. Translatè. Idem Nihil non conſideratum exibat ex ore. Exitus pro diſceßit, uel egreſſu ponitur. Idem. Quæ plurimos exitus dant ad huiuſmodi digreßionem.*

Migrare *eſt aliò ad habitandū ire, ſolum uertere, mutare. Cic. Sed quod quæris, quid acceſſerim Chryſippum, tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt.*

Emigrare. *Cic. Itaq; uehementer iſte Sthenio infenſus, hoſpitium ei renuntiat, domo eius emigrat, atq; adeò exit, nam iam antè migrarat.*

Demigrare. *Cic. Demigrandū potius aliquò eſt, quàm habitandū in ea urbe, in qua trophæa & de me, & de Repub. uideam conſtituta.*

Semigrare. *Cic. Reprehēdiſtis, à patre quòd ſemigrarit: quod quidem iam in hac ætate minimè reprehendendum eſt.*

Commi-

Commigrare. *Cic. Domus tibi ad lacum Piſonis Luciana conducta eſt: ſed, ut ſpero, paucis menſibus poſt Cal. Quint. in tuam commigrabis.*

Immigrare. *Cic. Dij immortales ſuorũ templorum cuſtodem, ac præſidem ſceleratiſsimè pulſum cùm uiderent ex ſuis templis in eius ædes immigrare nolebant.*

Migratio. *Cic. Migrationem & emptionem feliciter euenire uolo, tuumq; in ea re conſiliũ probo.*

Euolare *pro deuitare, uel effugere, ut euolare pœnam, pro effugere. Cic. Hic ſociorũ ambuſtus incendio, tamen ex illa flamma, periculoq; euolauit. Euolare pro progredi, uel altius ad honorem euehi. Cic. Quẽ illi eſſe in principibus facilè ſunt paſsi, euolare altius certè noluerunt. Idem. Certè hinc iſtis inuitiſsimis euolabo, atq; utinam ad Curionem.*

Præteruolare *eſt prætergredi, aut præterlabi: & dicitur res, uel oratio ſenſus noſtros præteruolare, quæ uel nimia celeritate, uel ſubtilitate ſenſus noſtros quodammodo fallit, aut à nobis percipi nõ poteſt: Vel præteruolat oratio, quæ in animis non inſidet. Cic. Illud mihi à te nimium feſtinanter dictum uidetur: ſapientes omnes eſſe ſemper beatos, neſcio quo modo præteruolauit oratio.*

Currere *eſt celeriter ire, uel uehementer in-*

tenta celeritate uiam (quod dicitur) quaſi uorare, uel gradum præcipitare Et dicimus currere aliquò: uel currere curſum, aut ſtadium. Cic. Quòd ſi Alexandria petebatur, cur non eoſdem curſus hoc, tempore, quos L. Cotta. L. Torquato COSS. cucurrerunt? Currentem incitare, eſt ſatis per ſe incitatum, at ad rem agendam alacrem, obnixeq́; incumbentem inſtantius hortari, uel impellere. Ducta eſt metaphora ab iis, qui in curriculo certant curſu, quibus acclamatio ſolet addere uelocitatem, & animos alacriores facere. Idem. Facis tu quidem fraternè, quod me hortaris, ſed me hercule currentem, nunc quidem, ut omnia mea ſtudia in hunc conferam Idem. Hæc non eò dixi, ut oratio mea dormientem excitare, ſed potius ut currentem incitare uideatur.

Curſitare, uel curſare. Ci. Ne curſem huc, & illuc uia deterrima Curſor. Idē. Nec uerò unquàm ne ingemiſcit quidē uir fortis, ac ſapiēs, niſi fortè ut ſe intendat ad firmitatē: ut in ſtadio curſores exclamant, q̃ maximè poſſūt. Curſus terreſtris. Idē. Eſt igitur prudētis ſuſtinere ut curſum, ſic impetū beneuolētiæ: quo utamur, quaſi equis tēperatis, ſic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorū. Curſus marinus. Idē. Infero mari nobis incerto curſu hyeme maxima nauigandū eſt. Curſus cœleſtis. Idē. In quo infixi ſunt illi,

qui

qui uoluuntur ſtellarum curſus ſempiterni. Tranſlatè. Cic. *Vides enim, in quo curſu ſumus, & quàm omnes gratias non modò retinendas, uerum etiam acquirendas putemus.* Curriculum *eſt ſpatium quo curritur aut curſus, aut currus* Propriè. Idem *Reſpondebo igitur* Poſthumio *primùm, qui neſcio quo pacto mihi uidetur* Prætorius *candidatus in* Conſularem *quaſi, deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere.* Tranſlatè. Idem. Etenim. *Quirites exiguum uobis uitæ curriculum natura circunſcripſit, immenſum gloriæ.* Curſim *propriè idem eſt, quod curſu contento, uel per curſus uiciſsitudinem.* Ponitur *tamen pro leuiter, uel parùm attentè, & conſideratè. Quæ enim curſu, uel currentes prætergredimur, ea aut attentius aut diligentius cõſiderare nõ poſſumus.* Cic. *Alter in Aſiam irrupit curſim* Tranſlatè. Idem *Quæ ego ſerò & curſim arripui, & ſucciſiuis horis, ut aiunt.*

Tranſcurrere *eſt prolabi* Cic. *Ita grauiſsimo ſuo caſu, dum Cyri, &* Alexandri *ſimilis eſſe uoluit, qui ſuum curſum tranſcurrerant, &* L. *Craſsi, & multorum Craſſorum inuentus eſt diſsimilimus.*

Percurrere, *eſt ſtrictim attingere, uel breuiter percenſere. Sed percurrimus oratione, uel animo. Quæ animo percurrimus, comprehendi, percipi, cognoſciq́; ſignificantur.* Cic. *Quæ ualde breuiter à te.*

Craſſe de ipſa antepercurſa ſunt. Idē. *Hæc properās percurro.* Idem. *Hæc percurrere oratione facile eſt.* Idem. *Identidem primos quoſq; locos imaginum renouandarum cauſa celeriter animo percurramus.* Percurſio. Idem. *Velocitas autem corporis, celeritas appellatur: quæ eadē etiam ingenij laus habetur, propter animi multarū rerū breui tempore percurſionē.*

Decurrere *propriè.* Cic. *Nunc uideo calcem, ad quem cùm ſit decurſum, nihil ſit præterea extimeſcendum.* Tranſlatè. Idem *Propè acta iam ætate, decurſaq;.* Decurſio pro excurſione. Brut. *Eſt numerus ueteranorum, & armatorum ſatis frequens cum Ventidio: conſilia Antonij hæc ſunt neceſſe eſt, aut ad Lepidum ſe conferat, ſi recipitur: aut Apennino, Alpibuſq; ſe teneat, et decurſionibus per equites, quos habet multos, uaſtet ea loca, quæ incurrerit.* Decurſus. Tranſlatè. Cic. *Vides ex S. C prouinciam eſſe habendam: ſi eam quàm expeditiſsimam mihi tradideris, facilor erit mihi quaſi decurſus mei temporis.*

Præcurrere *eſt anteire, uel antecedere.* Propriè *ferè accuſatiuum habet, uel abſolutum eſt,* Cic. *Præcurrit amicitia iudicium, tollitq; exercendi poteſtatem.* Tranſlatè *pro ſuperare, uel præcellere.* Idē. *Horū uterq; Iſocratem ætate præcurſor.* Idē. *Apponitur his tamen accuſator Næuius Turpio quidā,*

qui

qui C Sacerdote Prætore iniuriarum damnatus eſt, homo bene appoſitus ad iſtius audaciam: quem iſte, in decumis, in rebus capitalibus, in omni calũnia præcurſorem habere ſolebat, & emiſſarium. Præcurſio. Idem Alia autem præcurſionem quandam adhibent, ad efficiendum: & quædam afferunt per ſe adiumẽta etſi non neceſſaria: ut, amori congreſſio cauſam attulerit, amor flagitio: id eſt, anteceſſionem.

Excurrere. Cum abeuntis eſt. Cic. Fortaſſe, excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem. Cũ redeuntis eſt. Idem. Cùm puer tuus ad me ſecunda ferè uigilia ueniſſet, isq; te ante lucem Iconium uenturum mihi nuntiaſſet, incertumq; utra uia, cùm eſſent duæ, altera Varronem tuum familiariſſimum, altera Leptam præfectum fabrum meum tibi obuiam miſi: mandaui utriq; eorum, ut antè ad me excurrerent, ut tibi obuiam prodire poſſem. Tranſlatè eſt extendi, uel produci. Cic. Nullum enim uobis ſors campum dedit, in quo excurrere uirtus, cognoſciq; poſſet. Excurſor ferè ſemper in malam partem ponitur. Cic. Petit Næuius Turpio quidam iſtius excurſor, & emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Excurſio. Cic. Nunc igitur ſi ad centeſimum annum uixiſſet, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? nec enim excurſione, nec ſaltu, nec

eminus haſtis, aut cominus gladijs uteretur: ſed conſilio, ratione, ſententia.

Vagari *eſt paßim errare, uel uolitare.* Ad *perſonas relatum.* Cic. *Vagamur egentes cum coniugibus, & liberis.* Extra *perſonam.* Idem. *Atq; utinam eum diem uideam, cùm iſta oratio ita liberè uagetur, ut etiam in Siccæ domum introëat.*

Euagari. Cic. *Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquàm exultantes, ſiue cupiendo, ſiue fugiendo non ſatis à ratione retinentur, hi ſine dubio finem, & modum tranſeunt.*

Peruagari. Cic. *Hîc te prætore prædonum nauiculæ peruagatæ ſunt, quò Athenienſium claßis ſola poſt hominum memoriam* CCC. *nauibus ui, ac multitudine inuaſit: quæ in eo ipſo portu, loci ipſius, portuſq; natura uicta, atq; ſuperata eſt.* Cum *ablatiuo.* Idem. *Moleſtiæ, lætitiæ, cupiditates, timores, ſimiliter omnium mentes peruagantur.* Per*uagatus eſt peruulgatus, uulgaris, uel communis.* Idem *Maximè eſt hoc commune uitium, & peruagatum.*

Vagus *eſt, qui ſine negotio modò huc, modo inutiliter diſcurrit.* Ad *perſonam relatum.* Cic. Dio*nyſio, dum exiſtimabam uagos nos fore, nolui moleſtus eſſe.* Extra *perſonam.* Idem. *Solutum quiddam ſit,*

ſit, nec uagum tamen, ut ingredi liberè, non ut licenter uideatur errare.

Peragrare *eſt pedibus obire, uel luſtrare, & concurſare. Cic. Obiecta eſt Aſia, quæ ab hoc non ad uoluptatem, & luxuriam expetita eſt, ſed in militari labore peragrata. Extra perſonam. Idem. Fama de interitu Clodij fines imperij Romani iam peragrauit. Peragratio. Idem. In eodem uerò tribunatu, cùm Cæſar in Hiſpaniam proficiſcens huic conculcandam Italiam tradidiſſet, quæ fuit eius peragratio itinerum? luſtratio municipiorum?*

Peruadere *propriè. Cic. Similiter nares, quæ ſemper propter neceſſarias utilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, poßit peruadere. Trãslatè. Idẽ. Per oẽs partes prouinciæ te tanq̃ calamitoſam tempeſtatẽ, peſtẽq; peruaſiße demõſtro. Li. Cũ ea fama forũ, atq; urbẽ peruaſiſſet.*

Euadere *pro exire, euolare, & erumpere. Cic. Abijt, exceßit, euaſit, erupit. Euadere cum liberationis ſpecie. Idem. Hic in illo maieſtatis iudicio ſi licuiſſe ſibi oſtenderit, ego oportuiſſe concedam. Ex hoc quoq; euaſerit, proficiſcar eò, quò me iampridem uocat pop. Rom. Euadere pro euenire, uel exitum habere. Idem, Sed hæc paucis diebus ex illius ad noſtra reſponſa reſponſis intelligentur,*

quorſum euaſura ſint. Euadere pro fieri. Cic. *Niſi hoc fortè deterior es, ſi fieri poteſt, quòd tu eiuſmodi euaſiſti non in hominis luxurioſi, ſed tantum in furis, ac diuiſoris diſciplina educatus.*

Fugere *hic ſignificat in fugam ſe conijcere.* Dicitur hinc uinum fugiens, id eſt, dubium, uel in uitium inclinans, & quod ſtatim à ſapore quaſi refugiat. Cic. *Qui uinum fugiens uendat, ſciens, debeátne dicere? non neceſſe putat* Diogenes: *Antipater uiri boni exiſtimat.* Fugiens uinum Cicero poſuit, pro ætati cedente. Acere uinum dicitur, quod in acetum degenerat: & acidum uinum eſt, quod coacuit. Cato. Vinum in dolijs hoc modo uenire oportet. Vini in culeos ſingulos quadragenæ, & ſingulæ urnæ dabuntur, quod neq; aceat, neq; muceat. Mucidum uinum eſt, quod emucuit: id eſt, quod mucorem reſipit. Plin. Proprium autẽ inter reliquos humores uino muceſcere, aut in acetum uerti. Vappa autem tum dicitur, cùm odorem, ſaporemq; amiſit. Idem. Vitium muſto quibuſdam in locis iterum ſponte feruere: qua calamitate cùm deferbuit, deperit ſapor, uappæ accipit nomen. Inde uappa probroſum nomen eſſe cœpit homini, cùm degenerauit animus, id eſt, cum à priſtina ſolertia, & animi uigore, & induſtria diſcedere cœpit. Horat. Non ego auarũ. Cùm uerò te fieri.

nappam iubeo, ac nebulonem. Vinum conſiſtens cùm firmitatem & auſteritatem propriam retinet. Fugientes etiam literæ dicuntur exoleſcentes, quæ uetuſtati cedunt: quod fit, cùm membranæ præpingues, aut ſitu confectæ, & exeſæ literas non retinent, & dicuntur per metaphoram fugientes, quaſi ab aſpectu noſtro ſeſe remouentes. Fugere. Cic. Fugiſſe enim ex prælio Mutinenſi dicuntur notiſſimi latronũ duces.

Aufugere. Cic. Dionyſius ſeruus meus, cùm multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impunè laturum putaret, aufugit.

Profugere. Cic. Intereà ſanè perturbatus & ipſe, & eius amici, & conſiliarij moleſtè ferre cœpèrunt Heraclium profugiſſe.

Transfugere. Cic. Fatetur ſe nõ bellè dicere nõ ad uoluntatẽ loqui, nõ ab afflicta amicitia tranſfugere, atq; ad florentem aliam deuolare.

Fugitiuus propriè dicitur ſeruus, qui à domino fugit. Cic. Sed ut ad Dionyſium redeamus, omni cultu, & uictu humano carebat: uiuebat cùm fugitiuis, cum facinoroſis, cum barbaris. Fugitiui uerò reprœhendi dicuntur, cùm à fuga retrahuntur. Curt. Reprehenſoſq; ex fuga Perſas pugnaturos, quia fugere non poſſent. Quos Cicero retractos uocat. Qui autem fugitiuos repræhendebant, & id profitebãtur

ut artificium, ut ſcilicet fugitiuos inueſtigatos reduce rent, fugitiuarij apud antiquos dicebãtur: & dicitur fugitiuarius ea forma, qua thynnarius, uel thunnarius, id eſt, qui è littore editiore thynnos (thynni piſces ſunt prægrãdes) ſpeculari ſolet: uel ut anataria quædam aquila, apud Pliniũ, id eſt, anatum inſectatrix: uel leporaria, à necandis leporibus, & anatibus indito nomine. Piratæ etiam hodie fugitiuarijs canibus utuntur ad reprehenſionem remigum uinctorum, qui ad ſcalmum hærentes aufugerunt, ut miſera illa ſeruitute, uel cruce potius perpetua liberentur. Fugitiuarij nomine Varro metaphoricè quodãmodo uſus eſt. Idoneus, inquit, ſub dio ſumendus eſt locus cochlearijs, quem totum circa aquas claudas, ne quas ubi po ſueris ad partum, ne liberos earum, ſed ipſas quæras. Aqua inquam fundenda, ne fugitiuarius ſit parandus.

Transfuga non is ſolùm accipiendus eſt, qui aut hoſtes, aut à bello transfugit, ſed & qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit. Salluſt. Leuiſſime transfuga neq; in hac, neq; in illa parte fidem habens.

Perfuga. Cic. Cur clandeſtinis conſilijs nos op pugnant? cur de perfugis noſtris copias comparant contra nos?

Fugax. Cic. Perge igitur, ut agis, nomenq; tuũ

commenda

commenda immortalitati, atq; hæc omnia, quæ habẽt ſpeciem gloriæ, collecta inanibus ſplendoris inſignibus contemne breuia fugacia, & caduca exiſtima.

Erro. *Errones appellantur ſerui, qui non planè fugitiui ſunt, ſed qui uagantur ſæpe ſine cauſa, et tem poribus in res inutiles conſumptis ſerius ad dominum redeunt. Sed error in ſeruis eſt: emanſor, et deſertor, & alia uerba ſunt caſtrenſia. Emanſor dicitur, qui diu uagatus ad caſtra reuertitur. Deſertor, uerò qui per prolixum tempus euagatus reducitur.*

Fuga *cum genitiuo, pro uitatione, uel declina tione. Cic. At uerò eos & accuſamus, & iuſto odio digniſsimos ducimus, qui blanditijs præſentium uoluptatum deliniti, atq; corrupti, quos dolores, quas moleſtias excepturi ſint, occæcati cupiditate non pro uident, ſimiliq; ſunt in culpa, qui officia deſerunt molli tia animi. Propriè. Idem. Factus eſt à noſtris impetus fuga operarum, eiectus de roſtris Clodius fugam parare uel ornare. Terẽt. Paululũ ſi ceſſaſſẽ Pythia, domi nõ offendiſſẽ, ita iam ornabat fugã. Fugã quærere, uel petere. Ci. Quid huius audaciæ, et ſceleri poterat opponi? nondũ ullos duces habebamus, nõ copias nul lum erat conſiliũ publicũ, nulla libertas, dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ: fugam quærebamus omnes, quæ ipſa exitum non habebat. In fugam cõijcere.*

Conijcimus

Conijcimus nos in fugam: uel alios, cùm illos fugamus. Nos. Cic. Sic fingunt, Licinium, cùm iam manum ad tradendum pyxidem porrexiſſe, atq; illo repentino hominum impetu ſe in fugam conieciſſe. Alios. *Caeſ. Rurſus reſiſtentibus, conſuetudine ſua ad pedes deſilierunt, ſuffoßisq; equis, cõpluribusq; noſtris deiectis reliquos in fugam coniecerunt.* Fugam facere eſt, aut alios fugare, aut fugere. *Plaut. Vt, ſi noſtri fugam facerent, illuc me, puto, reciperent.* In fugam uertere. *Caeſ. Ita coronã hoſtium dextro, ſiniſtroq; cornu mediam diuidit, & unã partem ab altera excluſam equitibus intrinſecus adortus cum peditatu telis coniectis in fugam uertit.* In fugam dare. *Damus alios in fugam, uel noſipſos.* Alios. *Caeſ. Noſtri ſimul in arido conſtiterunt, ſuis omnibus conſecutis in hoſtes impetum fecerunt, atq; eos in fugam dederũt.* Nos. Cic. *Repente Agrigentini concurrũt, fit magna lapidatio, dant ſeſe in fugã iſtius praeclari imperatoris nocturni milites.* Fugae ſe dare, uel mandare. Cic. *Ne me dem incertae, & periculoſae fugae.* In fugam ſe conferre. *Idem. Eodem tempore ſe in fugam conferunt unà amici, aduocatiq; eius metu perterriti, quemadmodũ illorum teſtem dicere audiſtis.* Fugam intercludere. *Idem. At illum ruere nuntiant, & iam iamq; adeſſe, non ut manum conferat, ſed ut fugam intercludat.*

Fugare eſt in fugam conijcere, fugam facere. Cic. Solus ille cognouit, quemadmodũ armatũ ciuem, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi conti neret, non modò uinci, uerũ etiam uincere oporteret.

Tergum, uel terga uertere. Tergũ à Latinis pro dorſo ponitur, id eſt, poſteriore corporis parte. Cic. Grues in tergo præuolantium capita reponunt. Tergum tamen non ſemper aut hominis, aut animalium eſt, ſed pro rerum quarumuis poſteriore parte translatè ponitur. Cic. Eóne pirata penetrauit? quo ſimul atq; adeſſet, nõ modo à latere, ſed etiam à tergo magnam partem urbis relinqueret? Tergum pro tergore. Verg. Mercatiq; ſolum facti de nomine Byrſam Taurino quantum poſſent circundare tergo. Terga uertere pro in fugam ſe dare. Cæſ. Factum eſt opportunitate loci, hoſtium inſcitia, ac defatigatione, uirtute militum, ac ſuperiorũ pugnarum exercitatione, ut ne unum quidem noſtrorum impetum ferrent, ac ſtatim terga uerterent. Pro terga uertere ponit aliquando Cæſar uertere ſe. Interim, inquit, certior factus P Sylla, quem diſcedens caſtris præfecerat Cæſar, auxilio cohorti uenit cum legionibus duabus, cuius aduentu facilè ſunt repulſi Pompeiani, neq; uerò conſpectũ, aut impetum noſtrorũ tulerunt, primiſq; deiectis reliqui ſe uerterunt, & loco ceſſerunt. Vertere ſe pro deflectere.

ſtere. Cic. Verti me à Minturnis Arpinum uerſus, id eſt, à Minturnis declinaui, uel deſlexi.

Vertere ſolum, eſt aliò migrare, hoc eſt, regionem mutare, ſiue exilij cauſa, ſiue ob æs alienum. Cic. Sunt item lecti iudices, qui fortè excuſabuntur: habent enim legitimã excuſationẽ, exilij cauſa ſolum uertiſſe, nec eſſe poſtea reſtitutos. Idem. Qui exilij cauſa ſolum uerterit. Antiqui enim uertendo ſolo legum pœnas uitare poterant.

Domi ſe continere, exilij loco apud Romanos erat. Cic. Cumq; non maieſtate imperij, neq; iure legum, ſed ianuæ præſidio, & parietum cuſtodijs Conſulis uita tegeretur, quæro miſeris ne uiatorem, qui M. Bibulum domo ui extraheret? ut, quod eſt in priuatis ſemper obſeruatum, id de Trib. pleb. Conſulis domum exilium eſſe non poſſet? Solum uertere antea annotauimus dici propriè poſſe de argentarijs, qui foro cedunt, cum ſoluendo non ſunt, & argentariam diſſoluere coguntur.

Mutare ſolum Cic. Omnes ſcelerati, atq; impij, quorum tu te ducem eſſe profiteris, quos leges exilio affici uolunt, exules ſunt, etiam ſi ſolum non mutarunt.

Exulare propriè dicitur, qui uel pœnæ metu, uel lege coactus, ſolum uertit. Dicitur etiam exulare, qui

qui patria quouis modo priuatus, & carens, mutato ſolo apud exteros agit. Cic. *Cui Romæ exulare ius eſſet, ſi ſe ad aliquē quaſi patronū applicuiſſet.*

Exul *dicitur, qui ui eiectus, aut exilio mulctatus eſt.* Pro exule ſæpe ſubſtantiuatè ponitur eiectus. Cic *Quid eſt enim exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis, quādo igitur eſt turpe? reuera quando eſt pœna peccati: opinione autem hominū, ſi eſt pœna damnati.* Exilium *eſt proſcriptio, uel exterminatio.* Dicunt autem Latini *eijci, uel proijci, uel pelli in exilium, aut mulctari exilio, aut ire, uel proficiſci in exilium.* Quibus cōtraria ſunt *reduci de exilio, uel redire ab exilio.* Cic. *Exilium non ſupplicium eſt, ſed profugium, portuſq́; ſupplicij.* Idem. *Proijcitur Tullius in exilium.* Idem *At ego tuas literas, etſi iure poteram à te laceßitus, tamen non protulī: quibus petis, ut tibi per me liceat quendam de exilio reducere.*

Extorris *dicitur extra patriam eiectus & exactus.* Quod uocabulū putat Budæus *ab ignis interdictione potius ductum, quàm à terra, etiam ſi exul à ſolo eſt.* Ci. *Hinc* CXXXVII *patresfamiliâs exterres profugerunt.* Hos nunc *excōmunicatos uocamus, quibus ſcilicet humanitatis iura, uiciſsitudinemq́; officiorū uetamur exhibere.* At quos maiore execratione *mulctādos eccleſiaſtica autoritas cenſuit,* Anathemata appellant,

appellant, ex eo, quòd in cippis expoſita eſt eorũ deteſtatio, & perſcripta. Antiqui ſacros homines ſic uocitabãt, quaſi execrandos & deteſtandos. Vnde ſacra fames Vergilio, & ſacer, atq; infeſtabilis Horatio. Plaut. Men' criminatus eſt? optimè eſt: ego ſum malus, ego ſum ſacer, ſceleſtus. De ſacro homine ita ſcribit Feſtus. Sacer homo eſt, quem populus iudicauit ob maleficiũ. Neq; fas eſt immolari: ſed qui occidit, parricidij non damnatur. Nam lege Tribunitia prima cauetur: ſi quis eum, qui Plebiſcito ſacer eſt, occiderit, parricida ne ſit. Ex quo quiuis homo malus, atq; improbus ſacer appellari ſolet. Inde ſacratæ leges dictæ, quibus ſanctum iubetur eſſe alicui deorum, quicquid aduerſus eas fit: ſicut familia, pecuniaq;. Et ſacroſanctum dicitur, quod iureiurando interpoſito eſt institutum: ut, ſi quis id uidet, morte pœnas pendat. Inde Romani cùm Tribunos cõmunes eſſe uoluiſſent, & tanquàm aram omnibus acceßibilem, cumq; moribus conſtitutum eſſet, ut domus eorum noctu ne clauderetur, ſed interdiu, noctuq; indigenti cuique paterent, quaſi portus quidam & præſidium periclitantium, eos honore quidem ſacroſanctos eſſe uoluerunt, nec ſine inexpiabili ſcelere uiolabiles. Cic. Primùm ſacroſanctũ nihil eſſe poteſt, niſi quod populus, plebsúe ſanxerit.

Sacrare pro deuouere, uel deteſtabile decernere,

nere, & ita morti addicere, ut impunè occidi, & uiolari poſſit. Liuius. Lex de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populũ lata, ſacrandoq́; cum bonis capite eius, qui regni aucupandi conſilia iniſſet. Sacer pro uenerabili. Verg. Extulit os ſacrũ cœlo. Sacer quoq; ignis morbus eſt, cuius multa genera ponit. Plin. lib. 22. cap. 11. Sacer morbus appellatur comitialis, quem alio nomine Herculeum nominamus, quod eò laboraret Hercules. Sacrare pro dicare, uel ſacroſanctum facere, & tanquàm religioſè colendum indicere. Cic. Sanctiones ſacratæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & cõſecratione legis, aut pœna, cùm caput eius qui contrà facit conſecratur.

Conſecrare interdũ eſt dicare, uel dedicare, uel ſacrum, id eſt, uenerabile reddere. Cic. Cuius multiplex ratio diſputandi, rerumq́; uarietas, & ingenij magnitudo Platonis memoria, & literis conſecrata, plura genera efficit diſſentientiũ philoſophorũ. Interdum eſt religioſum facere. Idem. Hunc marmoreũ cupidinem, quòd erat conſecratus, non attigit.

Redire eſt reuerti, uel ſe recipere. Cic. Ego tamen, cùm Tullius rure redierit, mittam eum ad te. Translatè Cic. Sed iam ſi placet, ad inſtitutũ redeamus. Redire ad id, ſæpe dicimus, de quo nulla antea facta eſt mentio. Reditum aperire, uel cõficere. Idem.

Reditum,ſi me tantum amas,quantùm certè amas, hominibus conſice. Reditum patêre. Cic Idem *dicebat ſemper animos hominum eſſe diuinos,ijſq́;,cum è corpore exceſſiſſent reditum ad cœlum patere.* Reditum prohibere Idem. *Huic uni reditum ad Antoniũ prohiberi negabant oportere.*

Reúenire. Terẽt. *Hanc mater utero grauidam cõperit,ut ægrã ad ſe transfert,reuenit Pamphilus.*

Reuertere *eſt reuenire.* Cic. *Arabes,qui fuerũt admixto Parthico ornatu, dicũtur omnes reuertiſſe.*

Reuerti. Cic. *At habet magnum dolorem, unde cum honore deceſſerit,eòdem cùm ignominia reuerti.* Tranſlatè Idem. *Ad propoſitum reuertar. Feſtinationi meæ,breuitatiq́; literarum ignoſces, reliqua ex Furnio cognoſces. Reuertimur etiam ad id, de quo nulla ante ſit facta mentio.* Cæſ. *Non reſpuit conditionem Cæſar: iamq́; eum ad ſanitatem reuerti arbitrabatur, cùm id quod antea petenti denegaſſet, ultro polliceretur, magnăq; in ſpẽ ueniebat,pro ſuis, tacitis Populiq́; Rom. in eum beneficijs,agintis ſuis, poſtulatis fore ut pertinacia deſiſteret* Reuerſio. Cæſ *Antequàm de Repub. P. C. dicam ea, quæ dicẽda hoc tempore arbitror, exponam uobis breuiter conſilium & profectionis, & reuerſionis meæ.*

Recurrere. Cic. *Id, ſi eſt, eſſedum aliquod ſua*

deo

deo capias, & ad nos quàmprimùm recurras.

Remigrare. *Cic. Sed quando, ut uideo, æſtimationes tuas uendere non potes, neq; ollam denariorum implere. Romam tibi remigrandum eſt.*

Referre *ſe, eſt redire: & nos referimus tam, ad loca, quàm ad alia, quæ ante deſerueramus, uel abieceramus. Cic. Iterum iſte, cui nullus eſſet unquàm, conſiſtendi locus. Roma mſe retulit.*

Repedare *eſt aliquod uiti, uel alij arbuſculæ, ſuſtentaculum adhibere: unde uineæ pedatæ dicuntur Colũ. Pedatam uineã, iugatamq; ſequitur alligatoris cura. Antiqui pedare pro uadere, uel ire poſuerũt. Vnde repedare dicitur, quod eſt redire. Ci. Domum cum laude repedandũ, nihil enim præter laudẽ bonis atq; innocentibus, neq; ex hoſtibus, neq; ex ſocijs reportandum eſt.*

Referre *pedem. Cæſ. Pedem referre, & loco excedere nõ turpe putabant. Referre gradũ. Liuius. Niſi referentibus gradum Conſul metum excuſsiſſet.*

Ferre *pedem eſt accedere. Et per metaphoram ponunt poëtæ aliquando pro adeſſe: id eſt, opem ferre. Verg. Ferte ſimul Fauniq; pedem, Dryadesq; puellæ.*

Efferre *pedem, eſt exire. Plaut. Seruate iſtum, ſultis intus ſerui, ne quòquam pedem efferat.*

Inferre *pedem eſt accedere. Liuius. Clamore renouato inferunt pedem.*

Ponere *pedem, dicitur prò ueſtigium facere, uel imprimere, uel pedem inferre. Cic. Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres?*

Conferre *pedem, eſt ſimul congredi, & manum conferre.* Cic. Non *poſſum magis pedem conferre, ut aiunt, aut propius accedere.*

VISERE, *aliquãdo officij eſt. Cic. Sed tamen conſtitui ad te uenire, ut & uiderem & uiſerem, & cœnarem.* Aliquando *cognitionis eſt, & pro ſpectare maximè ponitur, ſed nunquã ſine cognitionis cupiditate & deſiderij explendi ſtudio.* In *qua ſignificatione & acceſſus: aliquãdo planè abeſt. Cic. Meſſanam it qui ſquis noſtrũ uenerat, hæc uiſere ſolebat, omnibus hæc ad uiſendum patebunt quotidie. Aliquando eſt admirationis, uel conſiderationis Cic. Idem, opinor, artifex eiuſdem modi Cupidinẽ fecit illum, qui eſt Theſpijs: propter quẽ Theſpiæ uiſuntur: nam illa uiſendi cauſa nulla eſt Viſere cum uerbo, uel præpoſitione ad Teren. Nunc ad eam uiſam Plaut. Nunc huc adueneris, ſinum uenio uiſere.*

Inuiſere *ſæpe officiũ, curam, ſolicitudinemq́; habet. Cic. Vt inuiſas nos non ſolum rogo, ſed etiam ſuadeo.*

Interuiſere

Interuiſere. *Cic. Vrbanam expolitionē urget ille quidem:ſed etiam ipſe crebrò interuiſo.*

Reuiſere. *Cic. Velim deſinas iam noſtris literis uti,& nos aliquando reuiſas.*

Viſitare *Cic. Is cùm arderet podagræ doloribus, uiſitaſſetq́; hominem Carneades Epicuri perfamiliaris,& triſtis exiret, mane, inquit, Carneade noſter: nihil illinc huc pertinet.*

Ventitare *eſt uiſere, uel frequētare. Cic. Dies ferè nullus eſt, quin hic Satrius domū meam uentitet.*

Interuenire *eſt aliquando caſu uenire: uel, tanquàm interpellator, accedere:& tunc non ſine moleſtia eſt. Aliquando etiam intercedere eſt. Abſolutè. Cic. Caſus uerò mirificus quidam interuenit, quaſi uel teſtis opinionis meæ, uel ſponſor humanitatis meæ. Cum caſu poſitum, pro adeſſe, uel intereſſe poni uolunt. Iunctū tamen etiam cum datiuo uidebis, ubi uel accidere, uel obuenire, uel inferri ſignificare poſſit. Idem Magni intereſt Ciceronis, uel mea potius, uel mehercule utriuſq; me interuenire dicenti. Interuentor. Cic Cùm enim omnes poſt interitum Cæſaris nouarum perturbationum cauſæ quæri uiderentur, iiſq́; eſſe occurrendū putaremus, omnis ferè noſtra in his deliberationibus conſumebatur oratio, idq́; & ſæpe aliàs, & quodam liberiore, quàm ſolebam, & magis*

uacuo ab interuentoribus die, cùm ille ad me ueniſſet. Interuentus. *Idem. Caleni interuentum, & Caluenæ cauebis.*

Frequentare *interdum eſt aliquid frequentius reddere, & quaſi implere, uel coaceruare.* Hinc *eſt uentitare, uel ſæpius cum aliquo eſſe.* Cic. *Publicũ eſt, quod ciuitas uniuerſa aliqua de cauſa frequentat, ut ludi, dies feſti.*

Videre, *pro unà eſſe, uel congredi.* Cic. *Ipſe dabo operam, ut te quàmprimũ uideam.* Idem. *Multis de cauſis te exopto quamprimùm uidere.*

Habere *pro uidere.* Cic. *Te aliquantò antè (ut ſpero) habemus.*

Congredi *aliquando concertationem habet, & conflictum.* Cic *Nondum ſtatuo te uirium ſatis habere, ut ego tecum luctari & congredi debeam* Hinc *eſt conuenire, uel colloqui.* Idem. *Vt quo die congreßi erimus, conſiliũ capere poßimus* Congreſſus *aliquando ad rem gladiatoriam, uel militarem pertinet.* Cic. *Ante congreſſum multa fuit, quæ non ad uulnus, ſed ad ſpeciem ualere uideantur.* Hinc *pro colloquio omnino ponitur.* Idem *Mihi uerò ut inuideant piſcenarij noſtri, aut ſcribam ad te aliàs, aut in congreſſum noſtrum reſeruabo* Congreßio. Cic. *Vna mehercule noſtra, uel ſeuera, uel iocoſa congreßio pluris erit, quàm*

non modò hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Hædui.

Conuenire eſt colloqui, uel congredi. Cic. Si Clodium conuenero, ex eius ſermone ſcribam ad te plura.

Loqui eſt ſermonem habere, uel uerba facere. Cic. Ita ſum cum illo locutus ut mihi uiderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Loqui ſimplex ſignificatio, quæ neq; eſt diſsipantis, neq; congredientis, ſed uerba tantũ facientis, & ſermone utentis. Cic. Deſinãt dicere malè aliquem loquutũ eſſe, ſi quis uerè ac liberè loquutus ſit. Latine loqui. Cic. Cùm dico nihil hoſtium eiuſmodi rerum in tota prouincia reliquiſſe, Latinè me ſcitote, non accuſatoriè loqui. Extra perſonam aliquando egreditur, & dicitur res loqui, uel literæ, & annales, uel oculi, ac tum ſignificat indicare, oſtendere, uel probare. Cic. Pluribus uerbis tecum agerem, niſi pro me apud te res ipſa loqueretur. Loqui cum inter. Idem Ego enim ad eum ſcribam, ut tu ipſe uoles, de ea re nos inter nos loquutos.

Colloqui. Cic. Tu uerò, ut me appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare, uelim. Cum inter Idem. Hoc enim uno præſtamus uel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere

dicendo ſenſu poſſumus. Colloquium, eſt collocutio, uel congreſſus, ut dialogus, uel ſermonis communicatio. Cic. *In hac ſolitudine careo omnium colloquio.* Euocare ad colloquiũ. Cæſ. *Ibi ab Atilio certior, & Murco per literas factus de poſtulatis Libonis, & Bibuli, legionem relinquit, ipſe Oricum reuertitur: eò cùm ueniſſet, euocantur illi ad colloquiũ.* Colloquium facere, uel habere. Plaut. *Iracũdias autem harum rerum recentes habebant, quòd Lepidum caſtigare non deſtiteram, ut extingueret bellum: quod colloquia facta improbabã.* Colloquutio. Cic. *Vna hercule colloquutio noſtra pluris erit, quàm omnes Samarobrinæ.* In colloquutionem uenire. Idem *C. Pompeius, cum à Gallis obſideretur, neque effugere ullo modo poſſet, uenit cum hoſtium ducibus in colloquutionem.*

Loquutio. Cic. *Quanquam omnis loquutio oratio eſt: tamen unius oratoris loquutio hæc proprio ſignata nomine eſt.* Loquela uox antiqua, & prorſus deſita. Idem. *Ex ea difficultate illæ fallacis loquelæ (ut ait Accius) malitiæ natæ ſunt.* Loquax eſt multus uel nimius in loquendo. Idem. *Prælijs promulgatis ſpernitur orator non ſolum odioſus in dicendo, ac loquax, uerumetiam bonus.* Loquacitas. Idem. *Loquacitati ignoſces, quæ & me leuat ad te quidem ſcribentem, &*

tem, & elicit tuas literas. Loquaciter. Idē. Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderes?

Verba facere, eſt loqui. Cic. Eo die nos quoq; multa uerba fecimus. Idem. Neque tamen iam multa uerba faciam.

Sermocinari. Cic. Hoc ex opinione hominum ſumetur, cùm, quemadmodum, & quibus in rebus homines in conſuetudine ſcribendi, aut ſermocinandi eo uerbo uti ſoleant, conſiderabitur.

Sermo. Cic. Sermo eſt oratio remiſſa, & finitima quotidianæ locutioni. Sermo pro uulgato rumore, & ponitur tam actiuè, quàm paßiuè. Cic. Mirificè ipſe ſuo ſermone ſubſequutus eſt humanitatem tuarum literarum. Cum adiectiuis quibuſdam inſigni oribus. Cic. Quid eſſe poteſt in otio aut iucundius, aut magis proprium humanitatis, quàm facetus, ac nulla in re rudis. Sermo ludicer, familiaris, ſuauis, liberior, longus, multus, uanus, obſcurus Idē. Quæ ad nos nec uano, nec obſcuro, ſermone, ſed clarißima omnium uoce perfertur. Sermo uarius, tectus, dubius, peruagatus, exploratus, commodus, honorificus, maleuolus, ſtultus, puerilis. Cic. Cuius ſermo ſtultus, & puerilis, erat iam antea ad me à M. Cælio familiari noſtro perſcriptus: de quo item ſermone multa ſcripta ſunt à te. Sermo urbanus. Idem. Nònne in-

telligis Cæſar ex urbanis maleuolorum ſermunculis hæc ab iſtis eſſe collecta? urbanis, id eſt, in urbe peruagatis. Sermo quotidianus, præclarus. Idem. Multos enim eius præclaros ſermones de Repub. recipiam. Sermo cum quibuſdam ſubſtantiuis. Cic. Atq; hoc ita habeto, materiam omnem ſermonum meorum, qui de te detrahere uelint. Stathium dediſſe. Idem. Deniq; etiam ſermònis anſas dabat, quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus. Idem Huius ſermonis Valerius autor eſt. Idem. In tam ſuſpitioſa, ac maledicta ciuitate locum ſermoni obtrectatorium non reliquit. Sermonem dare, uel excitare. Idem. De Parthorum tranſitu nuntij uarios ſermones excitarunt. In ſermonem uenire, uel incidere, pro ſermonis anſam dare. Idem. Quid refert? tamen in ſermonem incidemus? id eſt, ueniemus, uel ſermonem dabimus. Sermonibus uapulare, uel ſermonem ſubire, ſuſtinere, aut ferre. Cic. Qui cùm ſe omnium ſermonibus ſentiet uapulare, ruere incipiat. Idem. Sin planè potes, abſens hominum ſermones facilius ſuſtinebis. Sermonem laceſſere, captare, uel quærere. Terent. Ita animum cœpi attendere, hoc modo ſermonem captans. Idem. Mihi ſeſe dare ſermonem quærere. Sermonẽ inferre, uel inducere. Cic. Eſt igitur am

bulantibus

bulantibus ad hunc modum ſermo ille nobis, & à tali quodam inductus exordio. Incidere *uel delabi in errorem*. Idem. *Ne ut quidam magiſter, atq; artifex, ſed quaſi unus è togatorum numero, atq; ex forenſi uſu homo mediocris, neq; omnino rudis uidear, non ipſe aliquid à me prompſiſſe, ſed fortuito in ſermonem ueſtrum incidiſſe*. Venire *in ſermonem actiuè poſitum*. Cic. *In ſermonem ſe poſt* Id. *Mart. præterquàm Lepidi, ueniſſe nemini*. *Sermonem inſtituere, ducere, trahere, ordiri*. Cic. *Nempe igitur hinc tum Pomponij ductus eſt ſermo*. Idem. *Scio ab iſto initio tractum eſſe ſermonem*. Ad *ſermonem accedere*. Cic. *Quem ego paulò ſciebam uel pudentius, uel inuitius (nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſius) ad hoc genus ſermonis accedere*. *Sermonem habere*. Actiuè. Cic. Finxi *igitur ſermonem habitum inter nos in Cumano*. Paßiuè. Idem. *Primus annus habuit de hac reprehenſione plurimum ſermonis*. *Sermonem eſſe paßiuè, eſt ſermonem haberi, diſſipari, uel peruulgari*. Cic. *Deniq; ſi te citò retuleris, ſermo nullus erit*. Idem. *Neq; tantum eſt in re, quantus eſt ſermo*. Eſſe *in ſermone, paßiuè ponitur: ſignificatq; ſermonibus uapulare, uel diuulgari*. Cic *Res in ore, atq; in ſermone omnium cœpit eſſe*. *Sermonem producere, uel perpetuare*. Cicero. *Non enim ferè*

quiſquam

quiſquam reperietur præter hunc in utroq; genere lepôris excellens, & illo, quod in perpetuitate ſermonis: & hoc, quod in celeritate, atq; dicto eſt. Sermonem conficere uel conſumere. Idem. Sermo intereà huius conſumitur omnis in oſtentatione. Inſinuare, uel dare in ſermonem, eſt ad aliquorum colloquiũ accedere, uel obrepere, uel ſe intromittere: uel ſermonis cum aliquo habendi cauſam captare. Cic. Tu autem ueritus es fortaſſe, ne ego inuitus audirem Fuit id quidem humanitatis: ſed, mihi crede, iam iſta non curo. Quare da te in ſermonem, & confice, excita, compella, loquere. Adiungere ad ſermonẽ. Cic. Tu, ſicut pollicitus es, adiunges me quàmprimum ad tuos ſermones. Sermonem conferre, communicare. Idem. Maximè curandum eſt, ut eos, quibuſcum ſermonem conferimus, & uereri, & diligere uideamur. Sermonis particeps. Idem. Me quidem iſtius ſermonis participem factum eſſe gaudeo: ac uellem, ut meus gener ſodalis tuus Hortenſius adfuiſſet, quem quidem ego confido omnibus iſtis laudibus, quas tu oratione complexus es, excellentem fore. Sermoni intereſſe. Idem. Interfuit huic ſermoni P. Craſſus adoleſcens noſtri ſtudioſiſſimus Inijcere in ſermone. Treb. Qui, cùm mihi in ſermone iniecisſet, uelle ſe Aſiam uiſere, non modò inuitatus, ſed etiam rogatus eſt à me, ut id

potiſſimum

potiſſimum nobis obtinentibus prouinciam faceret. Dictitare in ſermone, uel ſermonibus uſurpare. Cic. *Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſteà dixit etiam in Senatu palàm.* Verſari in ſermone. Idẽ *Cum Pompeio complures dies nullis in alijs niſi de republica ſermonibus uerſatus ſum, qui nec poſſunt ſcribi, nec ſcribendi ſunt.* Sermonẽ inueſtigare, exprimere, referre, deferre, perferre, diſſipare. Cic. *Cùm iſte, atq; iſtius amici homines lauti, & urbani huiuſcemodi diſſipaſſent.* Sermonibus refercire, diuulgare peruulgare, celebrare. Cic. *Audita & peruulgata, & percelebrata ſermonibus res eſt.* Sermonem manare uel emanare. Idem. *Manarat ſermo in conſilio, pecuniæ quandam mentionem inter Iudices eſſe uerſatum.* Sermonem in alienas manus deuenire. Cic. *Cùm incertus eſſem, ubi eſſes, nolebam illum noſtrũ familiarem ſermonem in alienas manus deuenire.* Sermonẽ erumpere in aliquem. Idẽ. *Sentire potuit ſermones iniquorum in ſuum potiſſimũ nomen erumpere.* Sermonem mittere, id eſt, miſſum facere. Cic. *Mitte obſecro, inquit, Craſſe Iulius ſermonẽ iſtũ, & te ad Gracchi fiſtulam refer.* Sermonem uitare uel effugere, uel defugere, uel auertere ſe à ſermone. Paſſiuè. Cic. *Quæ rectè committi ſeruis fidelibus poſſunt, tamen ſermonis & uituperationis uitandæ cauſa, committenda*

tenda nō ſunt. Linguas hominū uitare ſimili ſignifica tione dicūt Latini. Ci. Tibi autē idē cōſilij do, quod mi hi metipſi, ut uitemus oculos hominū, ſi linguas homi num facilè poßumus. Defugere ſermonē paßiuè. Cæſ. Quibus ita interdictū eſt, ij omnes decedunt aditū, ſer monéq; defugiunt. Auertere ſe à ſermone. Cic. Qui ſi paſſus eſſet, nos ſecū, ut cōſueueramus, loqui, & non ſe totū etiā à ſermone noſtro auertiſſet, etc. Sermonē, ſedare, reprimere, reſtinguere, retūdere. Cæl. Quo fa cto retudit ſermones, paratiorq; uiſus eſt, quàm ſpera uerat accuſator. Sermonē exhauriri, refugare, obmu teſcere, mori. Ci. Exhauſtus eſt enim ſermo hominū et multæ emiſſæ iam uoces eiuſmodi. Idē. Atq; ut iſte in terpoſitus ſermo delitiarū, deſidiæq; moreretur, fecit me hercule inuito & multum repugnante, ſed tamen fecit. Nomen amici mei de ambitu detulit.

Oratio *pro omni locutione, etiā pro priuato ſer mone, & colloquio ponitur. Ci. Iucūda mihi eius ora tio fuit, cū de animo tuo, cū de ſermonibus, quos de me habes quotidie, mihi narraret. Cū quibuſdā adiectiuis inſignioribus. Ci. Nō ſolū ex oratione ipſius Cæſaris, quæ ſanè mollis, et liberalis fuit ſed etiā ex oculis & uultu, et multis prætereà ſignis, quæ facilius perſpice re potui, quā ſcribere. Idē. Cū tu ipſe mihi dixiſti ora tionē meā nō ſolū in te honorificā, ſed etiā in collegas*

tuos

tuos contumelioſam fuiſſe. Idē *Etenim (ut ait* Hom.) *ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio.* Cùm quibuſdā ſubſtantiuis. Cic. Ego *ipſe, quē tu per iocū (ſic enim accipio) diuitias orationis habere dicis, me non eſſe uerborū admodū inopē agnoſco.* Idē. *Illam partē excuſationis, qua te ſcribis orationis paupertate iiſdē uerbis epiſtolas ſæpius mittere, nec noſco, nec probo.* Idē. *At ille perpauca locutus, ſummā habuit orationis, ut ſibi ignoſcerē.* Orationē habere. Cic *Cū his hæc haberi oratio poteſt, qui ita diſputant, ſe, ſi qua res eſt ad unū deferēda, ad* Cn Pompeiū *delaturos potiſſimū.* Orationē eſſe alicui cū aliquo. Idē. *Huic hominū generi fateor multos aduerſarios, inimicos, inuidos eſſe: multa proponi pericula multas inferri iniurias: magnos eſſe experiundos, et ſubeundos labores: ſed mihi omnis oratio eſt cū uirtute, nō cū deſidia: cum dignitate, nō cū uoluptate: cū iis, qui ſe patriæ, qui ſuis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, nō qui ſomno, et cōuiuiis, et delectationi natos arbitrantur.* Orationē in aliquo uerſari. Idem. *Nempe eius omnis oratio uerſata eſt in eo, ut ſcriptū plurimū ualere oportere defenderet.*

CONFERRE *eſt communicare.* Abſolutè. Cic. Ideò *ſum breuior, quòd, ut ſpero, coràm breui cōferre, quæ uolumus, licebit.* Cū accuſatiuo & præpoſitiōe cū, uel accuſatiuo ſolo. Idē. *Quare ſi quid*

Theophanes

Theophanes tecum ſortè contulerit, ne repudiaris. Cum accuſatiuo & præpoſitione inter. Cic. *Atq; uti nam liceat aliquando aliquo* Reipub. *ſtatu frui, interq; nos conferre ſolicitudines noſtras, quas pertulimus tum, cùm timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta ſunt.*

Communicare *eſt cõferre, impertiri, participare. Communicare aliquid.* Cic. *Neq; ego hoc partiendæ inuidiæ, ſed communicandæ laudis cauſa loquor. Communicare cum aliquo.* Idem. *Nemo eſt omnium, qui cum potius mihi, quàm tecum communicandum putem. Communicare aliquid cum aliquo.* Idem *Quid non mecum cõmunicauit? Paßiuus huius uerbi uſus.* Idem. *Cùm omnis poteſtas deorum immortalium aut translata ſit ad uos, aut communicata uobiſcum. Communicare de re aliqua cum aliquo.* Idem. Non *ſolùm à me prouocatus, ſed etiam ſua ſponte de te mecum communicare ſolet. Communicare aliquid inter ſe.* Idem. *Sed hæc (ut ſpero) breui inter nos communicabimus. Communicare inter ſe de, uel communicare aliquid inter ſe de.* Idem *Quo mortuo, nec ita multò pòſt in Galliam proficiſcitur Quintius: ibi cum iſto* Næuio *familiariter uiuit: annũ ferè unà ſunt, cùm & de ſocietate inter ſe multa communicarent, & de tota illa ratione, atq; re Gallicana. Communi-*

catio

catio. Idem. Quia communicatio conſilij tali tempore quaſi, quædam admonitio uidetur eſſe. Communitas. Idem. Nec id ad uoluptatem refero, ſed ad comunitatem uitæ, atq; uictus. Communio. Idem. Magna eſt, uis humanitatis, multum ualet communio ſanguinis.

Communis. Commune abſolutè poſitũ pro ad plures pertinenti, uel omnibus patente. Cic. Sed poſteaquàm literas communes cum Oppio ad te dedi, à Cæſare epiſtolam accepi. Idem. Commune eſt, quod accidit omnibus eodem ferè tempore: ut meßis, uindemia, calor, frigus. In commune conferre, pro ſocietate ineunda ponitur, uel pro ſumptu publico faciẽdo, aut opera publicè præſtanda: aut re quauis in publicum eroganda. Cic. Qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio, poſteaquàm neſcio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat. Communis ſenſus, id eſt, prima animi notio, uel adiectio, quæ uerſatur, in intelligentia communi, & iudicio, non illo quidem arbitro, & diſceptatore omnium ſenſuum, & cui ſenſus omnes obediunt, qui principatus animæ dicitur à Cicerone, & à Galeno τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς. Sen. Sic in beneficio ſenſus communis locum, tempus, perſonas obſeruet. Communis prudentia. Cic. Etſi in ipſa nauigatione negligentia eius nauis euerſa, maius eſt,

peccatum in auro, quàm palea, omnibus enim artibus uolumus attributam eſſe eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuiq; officio præſunt, debent habere. Cum datiuo ſolo Cic. *Atq; hæc, omnia communiter cum collega, alia porrò propria.* Dolabellæ *: quæ niſi collega abfuiſſet credo eis fuiſſe futura communia. Cum ablatiuo & propoſitione cum.* Idem. *Quid illud eſt crimen ſenectutis, cùm illud uideatis cum adoleſcentia eſſe commune? Cum datiuo, & ablatiuo interiecta propoſitione cum.* Cicero. *Adminiſtratio huius belli mihi cum* Bibulo *penè eſt communis. Cum genitiuo* Idem. *Quibus autem hæc ſunt inter eos communia: & ciuitatis eiuſdem habendi ſunt. Abſolutè poſitum, pro uulgari, uel uſitato.* Idem. *Hac communi intelligentia contenti eſſe poſſumus. Pro trito.* Idem. *Maximè eſt hoc commune uitium, & peruagatum. Communis animus. Pro diſſoluto, & negligenti, uel ignauo, & ſtupido.* Terent. *Quenquàm animo tam communi eſſe, aut leni putas qui ſe uidente amicam patiatur abduci ſuam?* Communiter *eſt promiſcuè, de communi ſententia, uel de communi conſilio, contrarium habet ſeparatim, uel ſingulatim.* Idem. *Vt rebus communiter geſtis penè ſimul, cum patre triumpharet.*

Participare *eſt communicare, impertiri, uel partem ſubire.* Cic. *Qui alteri exitium parat, eum ſcire oportet ſibi paratam peſtem, ut participet parem* Particeps, *eſt ſocius: cui opponitur expers.* Idem. *Huius igitur belli ego particeps, & ſocius, & adiutor eſſe cogor.* Participē facere. Idē. *Quoniā tu particeps factus es in turpiſſimo fœdere ſummæ religionis*

Partire *paſſiuè.* Cic. *Neq; ego hoc partiendæ, inuidiæ, ſed communicandæ laudis cauſa loquor.* Partiri *cum deponens eſt* Cic. *Orbem terrarum, quibuſcum uoluit, partitus eſt.* Partitor. Idem. *Cùm te non, cuſtodem ad continendas, ſed partitorem, partiendas merces miſſum putares.* Partitio. Idem. *Omitto gratulationes, epulas, partitionem ærarij, beneficia, ſpem, promiſſa, prædam, &c.* Pars ad locum Cic. *Nunc autem opto, ut ab iſtis Orientis partibus uirtutis tuæ lumen eluceat.* Pars extra locum Idem. *Quibus patefactis nullam ſibi in poſterum non modò dignitatis, ſed ne libertatis quidem partē reliquit.* Pars *cum quibuſdam uerbis.* Cic. *Quis Antonio permiſit, ut partes faceret, & utram uellet, prior ipſe ſumeret* Idem. *Quibus illi urbem ſuæ partem ademerunt, ijs tu noſtri imperij partē dediſti.* Bona pars, *pro magna uel maiori parte.* Idem *Etenim Scæuolam dicere aiebat, bonam partem ſermonis in hunc diē eſſe dilatā.*

Magna, maior, uel maxima pars Cic. *Qui maiorem partem populi ſuffragijs priuauit.* Idem. *In quo magna contentio* Heracli*enſium, & Neapolitanorum fuit, cùm magna pars in his ciuitatibus iuris ſui libertatem ciuitati anteferret. Multò maxima pars.* Cic. *Magna, ac multo maxima parte, non modò utilitatis, ſed dignitatis atq; imperij caruit. Multis partibus cum uerbo affectus incrementum, & acceßionem habente.* Idem. *Quis eſt enim, aut quis unquàm fuit aut auaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, ut eandem illam rem, quàm adipiſci ſcelere quouis uelit, non multis partibus malit ad ſeſe, etiam omni impunitate propoſita, ſine facinore, quàm illo modo peruenire? Magnam partem.* Cic. *Magnam partem ex iambis noſtra conſtat oratio.* Idem. *Maximam autem partem ad iniuriam faciendum aggrediuntur nonnulli, adipiſcantur ea, quæ concupierunt: in quo uitio latißimè patet auaritia. Pars cum accuſatiuo.* Cic. *Has ſcripſi in eam partem, ne me motum putares. Cum ablatiuo.* Idem. *Studioſè enim pleriq; præſertim in hac parte facta, principum imitantur: ut* L. *Luculli ſummi uiri uirtutem, cuius quàm multi uillarum magnificentiam, imitati ſunt? Cum præpoſitione ex.* Idem. *Ex magna parte tibi aſſentior. Partitè.* Ci. *Qui enim nihil poteſt*

tranquillè,

tranquillè, nihil leniter, nihil partite, definitè, diſtinctè, facetè, dicere, præſertim cum cauſæ partim totæ ſint in eo modo, partim aliqua ex cauſa tractandæ: ſi is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere apud ſanos, & quaſi inter ſobrios bacchari uinolentus uidetur. Partim *ſine geminatione.* Cic. *Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ: partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in utraq; ſede uiuentes. Cum geminatione.* Idem. *Amici partim deſeruerunt me, partim etiam prodiderunt.* Partim *cum genitiuo.* Cic. *Non neceſſe eſt fateri, partim horum errorum ſuſceptum eſſe? partim ſuperſtitione multa fallendo? Partim cum ablatiuo & præpoſitione ex.* Idem. *Reliqui ſex fuerunt: ex quibus partim planè tecum ſentiebant: partim medium quendam curſum tenebant.*

Impertire *eſt tribuere, præbere, uel participem facere.* Cic. *Quamobrē te rogo, ut in maximis tuis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi.* Impertire. Idē. *Atq; ut omnes intelligant me. L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum forti uiro & ſapientiſsimo homini, dico eius aduentu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas, atq; inſtructas à Lucullo fuſas fuiſſe, & conciſas.*

Expers *eſt uacuus, non particeps, carens.* Cic. *Cenſebam oratorem, præſertim in noſtra Repu-*

blica nullius ornamenti expertem eſſe oportere.

SOCIVS *eſt conſors, uel particeps. Sine caſu. Cic. Socij putandi ſunt, quas inter res communicatur. Cum genitiuo. Idem. Cuius fugientis comes, Rempublicam recuperantis ſocius eſſe debeo. Extra perſonam. Idem. Pacis eſt comes, otijq́; ſocia, & iam bene conſtitutæ ciuitatis quaſi alumna quædam eloquentia. Socium adiungere, uel adſcribere. Idem. Quare, quod ſocium tibi cum uelles adiungere, nihil erat: niſi ut in tua pecunia condiſceret, qui pecuniæ fructus eſſet. Socium ſe profiteri. Idem Nam tibi me profiteor, & in Repub. ſocium, de qua idem ſentimus, & in quotidiana uita coniunctum. Socium habere. Idem. Niſi haberem ſocium ſtudiorum meorum Atticum noſtrum. Pro ſocio, actio eſt apud Iuriſperitos. Cic. Pari felicitate unà legatus uenit Nicomedes, qui neq; in Senatum ulla conditione peruenire potuit, & furti, & pro ſocio damnatus eſt.*

Societas *eſt conſociatio, communio, uel communitas, pactio, fœdus, aut commertium. Cic. Si erit pugnandũ, accerſum ad ſocietatẽ laboris. De perſonis. Idẽ. Non enim deſiſtunt nobis agere quotidie gratias honeſtiſſimæ, et maximæ ſocietates. In ſocietatem conuocare, uel ſocietatem conflare. Idem. Inde cum Murena ſe in Galliã contulit: in qua prouincia mortuorum*

tuorũ teſtamenta cõſcripſit, pupillos necauit, nefarias cum multis ſcelerũ pactiones, ſocietatesq́; conflauit. In *ſocietatẽ ſe conferre, uenire, uel accedere, uel ſocietatẽ accipere.* Idẽ. *Maturè ſe contulit in ſocietates publicanorum. Societatẽ inire.* Idem. *Parúmne uidetur omnium facinorum ſibi cum* Dolabella *ſocietatem initam confiteri? Societatem coire.* Idem. Ne *diutius teneam* Iudices, *ſocietas coitur. Societatẽ facere, paciſci.* Aſcen *Ab eodẽ rege ad Sertoriũ miſſi erant de paciſcenda ſocietate belli aduerſus* Roman. *Societatẽ deuincire, uel deuincire ſocietate* Cic. *Magna etiã illa communitas eſt, quæ conficitur ex beneficijs ultro, citroq́; datis, acceptisq́;, quæ mutua et grata dum ſunt, inter quos ea ſunt, firma deuinciuntur ſocietate. Societatem habere.* Idẽ. Nam *cum hoc genere philoſophiæ, quod nos ſequimur, magnam habet orator ſocietatẽ: ſublimitatem enim ab* Academia *mutuatur, & ei uiciſſim reddit ubertatẽ orationis, et ornamẽta dicendi.* Societatem *eſſe alicui cum aliquo* Idem. Quinetiam *miſericordia quædam cõſequuta eſt, atq; opinio eiuſmodi, eſſe quandam illi beluæ cum genero humano ſocietatem. Societatem gerere.* Idem. Qua *in re ita diligens erat, quaſi ij, qui magna fide ſocietatem gererent, arbitrium pro ſocio condemnari ſolerent.* Societatem *ſeruare, uel confirmare.* Idem Reliquit

autẽ tribus uirtutibus neceßitates propoſitæ ſunt ad eas res parandas, tuendasq́;, quibus actio uitæ continetur, ut ſocietas hominum, coniunctioq́; ſeruetur. Societatem labefactare, uel dirimere. Idem. *Atq; hanc noſtram tanti, & tam præclari muneris ſocietatem à tuis propinquis labefactatam.* Seiungere à ſocietate. Idem *Talem te igitur eſſe oportet, qui primum te ab impiorũ ciuium tui dißimilimorũ ſocietate ſeiungas.* Societatẽ renouare. Idẽ. *Quòd ſocietatẽ Reip. conſeruandæ tibi mecũ à patre acceptã renouas, gratũ eſt: quæ ſocietas inter nos ſemper, mi Cornifici, manebit.*

Comites *apud Romanos erant Proconſulũ, prætorum, præſulum, aliorumq́; magiſtratuũ, prouincias regentium: & erant legati, præfecti, quæſtores, ſcribæ,, qui cum in magiſtratibus in prouincias mittebantur, ut hodie à Venetis mitti uidemus cum prætoribus deſignatis.* Cic. *Non nego tibi ipſi nullũ nummum eſſe numeratũ: ſed cũ ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniæ dabantur, nõ erat quærendum: cuius manu numerarentur, ſed cuius iniuria cogerentur. Comites illi tui dilecti, manus erant tuæ: præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, aruſpices, Præcones manus erant tuæ, ut quiſq; te maximè cognatione, affinitate, neceßitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. Duorũ tamẽ generũ Comites fuerunt*

runt, Iudicum,*id eſt*,*magiſtratuũ*. Vide Ciceronẽ *ad* Quintũ *fratrẽ*. Cohors *prætoria*, *& comites conſulares*. Idẽ Aſconio *autore*. Comes *abſolutè*. Cic. Ei *ſtatim reſcripſi*, *hominẽq; certũ miſi de comitibus meis*. Cum genitiuo. Idem. *Multarum delitiarum comes eſt extrema ſaltatio*. Cum *quibuſdam uerbis*. Idem. *Nec ſe comitem illius furoris*, *ſed ducem præbuit*. Idem. *Nihil enim dignum faciebat*, *quare eius fugæ comitem me adiungerem*.

Sociare *maiorem cõmunicationis*, *coniunctionisq; ſpeciẽ habet*, *ſed comitari plus honoris & officij*. Cic. *Qui cùm mihi eſſes amiciſſimus*, *cùm uel periculum uitæ tuæ mecum ſociare uoluiſſes*, *ſic mecum ſemper egiſti*, *te mihi remittere*, *atq; cõcedere*, *ut omne ſtudium meum in* Cn. Plancij *honorẽ conſumerem*.

Conſociare *eſt cõiungere*. Cic. *Tú ne auſus es cum Gabinio conſociare conſilia peſtis meæ?* Conſociatio *eſt coniunctio*. Idẽ. *Ita fit*, *ut uincat cognitionis ſtudium conſociatio hominum*, *atq; communitas*.

Socialis *lex*, *quæ ſociorum cauſa conſtituitur*: *quæ*, *cùm pecuniæ ſocijs ereptæ ſunt*, *per magiſtratus*, *qui prouincijs præſunt*, *ciuili ferè actione & priuato iure repetuntur*. Cic. *in* Verr. Act. 1. *quam legem primus tulit Piſo*, *cognomento frugi*.

Comitari *eſt ſectari*, *uel aſſectari*, *& actiuè*

& paſsiuè ponitur, ſed id in participio. Cic. *An eſt aliquid per ſe ipſum flagitioſum etiam, ſi nulla comitetur infamia?* Idem. *Moleſtè ferò, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Comitatus, us, ui, ſubſtantiuum eſt à comitari, & pro aſſectatoribus, & comitantibusq́; ponitur.* Cic. *Ille ignarus ſui comitatus repentè aperuit lecticam.*

Conſors *eſt particeps, uel ſocius.* Cic. *Quid reſpondebo tibi Quinte frater conſorti mecum temporum illorum?*

Conſcius *eſt, qui rem ſcit, ſcilicet qui ſocius rei gerendæ fuit, uel qui teſtis eſſe poteſt.* Abſolutè. Cic. *Cum eſſet in ædibus armarium, in quo ſciret eſſe nummorum aliquantum, & auri, noctu duos conſeruos dormientes occîdit, in piſcinamq́; deiecit: ipſe armarij fundum execuit, &* H S. *& auri quinq́; pondo abſtulit, uno ex ſeruis puero non grandi conſcio. Cum genitiuo.* Terent. Rogitas, *qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis? Cum datiuo.* Cic. Vides *officium agi meum quoddam, cui tu es conſcius. Conſcius mihi ſum.* Idem *Mihi ſum conſcius, me, quoad licuerit, dignitati* Reipub. *conſuluiſſe. Conſcius de* Idem. *Se audiſſe ait ex Curione, his de rebus conſcium eſſe* Piſonem *generum meum, &* M. *Laterenſem.*

Conſcientia

Conſcientia *eſt certa quædam rei à ſe geſtæ recordatio: uel memoria in animo perpetuo inſiſtens: uel cognitio, & intelligentia: & tam in bonam, quàm in malam partem ponitur.* Cic. *Hæc ad te ſcripſi liberius, fretus conſcientia officij mei, beneuolentiæq;.* Idem. *Hoc alter ſic fuit infirmatus conſcientia ſcelerum, & fraudum ſuarũ, ut non ſis auſus, &c.* Metiri *ex conſcientia.* Cic. Ex *mea conſcientia metior, id eſt, perſpectam habeo.* Conſcientia *conuinci.* Idem. *Tum Cethegus, qui paulo ántè aliquid de gladijs, ac de ſicis quæ apud ſe erant deprehenſæ, reſpondiſſet: dixiſſetq́; ſe ſemper bonorum ferramentorum ſtudioſum fuiſſe, recitatus literis debilitatus, atq; abiectus, conſcientia conuictus repentè conticuit.* Diſcedere *à conſcientia.* Cic. *Nihil enim melius curandum eſt, atq; hoc in omni uita ſua quenq; à recta conſcientia tranſuerſum unguem non oportet diſcedere.*

Teſtis *dicitur, qui rei cuiuslibet teſtimoniũ profert, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium. Vnde etiam in pudendis hominum partibus teſtes dicuntur, uidelicet uirilitatis teſtimonium proferentes.* Cic. *Teſtes uerbum honeſtiſsimum in iudicio, alio loco non minus.* Teſtis *propriè* Idem. *Pompeio plurimum te quidem ipſo teſte, & prædicatore debebant.* Cum *quibuſdam adiectiuis inſignioribus, ut locuples teſtis, quem*

Latini

Latini uocant teſtem fidei integræ, non mercenarium, aut qui pecunia, uel prælio accepto corrumpi poßit, paupertate ſcilicet, & rerum inopia ad id eum impellente. Sic locupletes quondam uocabātur fideiuſſores. Pro locuplete dicebāt etiam antiqui aßiduū. Cic. *Cùm lex* Aelia *Sanctia aßiduo aßiduū uindicē eſſe iubeat, locupletem iubet locupleti.* Locuples *enim aßiduus, ut aīt* Aelius, *appellatus eſt ab aſſe dando.* Claßicus *eiuſdem penè ſignificationis eſt.* Certum *eſt enim ex Liuio* Pop. Rom. *in claßes ex cenſu diſtributū fuiſſe. Ab hoc igitur more claßici dicebātur non omnes, qui in claßibus erant, ſed primæ tantum claßis homines, qui centum & uiginti quinq; milibus æris, ampliuſue cenſi erant.* Infra *claſſem autem appellabantur, qui in ſecunda & ſequentibus claßibus erant, id eſt, qui minore ſumma cenſi erant.* Propterea *claßici teſtes dicebantur, qui ſignandis teſtamentis adhibebātur, hoc eſt primæ claßis homines, quaſi primæ autoritatis, & idonei ueritatis ſpōſores.* Gellius *autores claßicos uocat metaphoricè, quaſi teſtes idoneos latinæ puritatis & primæ notæ ſcriptores.* Contra Proletarij Capite *cenſi dicti ſunt* Gell. *lib.* 15. Diobolares *etiam dicimus teſtes.* Locuples *teſtis.* Cic. *Quî hoc euenit, ut qui locuples teſtis doloris & ſanguinis ſui non fuerit, idem ſit grauis autor iniuriæ publicæ.* Idem. Erat *etiam uas*

uinariū

ſinarium ex una gemma pergrandi trulla excauata, cum manubrio aureo, de qua credo ſatis idoneum, ſatis grauem teſtem, Q. *Minutiū dicere audiſtis.* Idem *Nemo horum ita te refutandum, ut grauem aduerſarium: aut ita rogandum, ut religioſum teſtem arbitrabatur.* Idem. *Quapropter ſi ea, quæ dixi, ſole ipſo illuſtriora, & clariora ſunt: ſi omnia dixi hauſta è fonte naturæ, ſi tota oratio noſtra omnem ſibi fidem ſenſibus confirmant, id eſt, incorruptis atq; integris teſtibus, &c.* Teſtis grauis, coniuratus, mercenarius, falſus, fictus. Cic. *Hoc ego philoſophi non arbitror, teſtibus uti, qui aut caſu ueri, aut malitia falſi, fictiq; eſſe poſſunt: argumētis & rationibus oportet, quare quicquam ita ſit, dicere, non euentis: ijs præſertim, quibus nihil liceat non credere.* Teſtem eſſe ſine caſu, idem eſt, quod teſtificari poſſe. Cic. *Atq; in eo me nō perſeueraſſe, teſtes ſunt rationes ciuitatum.* Cum genitiuo. Idem. *Sunt teſtes, & erunt ſempiterni meritorum erga me tuorum.* Cum datiuo. Idem. *Quanti me à te fieri intellexerim, ſum mihi ipſe teſtis.* Teſtes facere, id eſt, parare, uel ſubornare. Terent. *Vbi me dixero dare tanti, teſtes faciet illico uendidiſſe me.* Teſtem habere. Cic. *Alium enim neminem habeo teſtem.* Teſtem adhibere. Idem. *Cùm uerò iurato dicenda ſententia ſit, meminerit deum ſe adhibere teſtem.* Teſtem

citare,

citare, proferre, uel producere. Idem. Primùm igitur in hanc rem teſtem totã Siciliam citabo. Teſtem dare, ſubornare, uel ſeducere. Cic. Falſò ſubornauit teſtem Roſcius Cluuium. Idem. Etenim ſeductiones teſtium, ſeceßionem ſubſcriptorũ animaduertebant.

Teſtari pro teſtimonium implorare, uel appellare. Cic. Teſtor omnes deos, ne hac una uoce, à morte eſſe reuocatum. Pro teſtimonium dare, uel teſtimonio eſſe. Idem numerus autem (ſæpe enim hoc teſtandum eſt) non modò, non poëticè iniunctus, uerũ etiam fugiens illum, eiq; omnino dißimilimus. Pro teſtamentum facere. Idem. Iudicatio eſt, poßitne quiſquam de filij pupilli re teſtari: an hæredes ſecũdi ipſius patrisfamiliâs, non filij eius quoq; pupilli hæredes ſint.

Atteſtari eſt in teſtimoniũ adducere, uel confirmare, unde atteſtata fulgura dicta ſunt, quæ iterũ fiebant, uidelicet ſignificationem priorum atteſtantia. Cic. De ijs tantũ dictum, quod ſatis eſt, atteſtante memoria omnium, neminem eſſe, qui, &c.

Conteſtari eſt teſtem facere, uel inuocare, uel teſtificãdo certificare. Cic. O uox illa, quæ penè æternas huic urbi tenebras attuliſti, cum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum, & flammam uocabantur: cum ego te Flacce, cœlum, noctemq; conteſtans, flens fleutem obteſtabar: cùm tuæ fidei optimæ, &

me, & ſpectatiſſimæ ſalutem urbis, & ciuium commendabam.

Teſtari *pro atteſtari, uel fide appellata confirmare.* Cic. *Nam quod teſtificor, me expertem belli fuiſſe, & ſi id re perſpectū eſt, tamen ea ſcripſi, quò in ſuadendo plus autoritatis haberem.* Pro notum facere, *uel teſtimonio firmare* Idem. *Hæc quicquid attigi, non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei.* Teſtatus *paßiuè.* Cic. *Vt rei eſſet multorum oculis teſtatior.* Teſtificatio. Idem *Quid hoc nos dicimus? imò uerò Romæ nuper ipſum eſſe pollicitū, ſeſe id ſignum Legatis eſſe redditurū, ſi eius rei teſtificatio tolleretur.*

Teſtimonium *eſt iudiciū, aut iureiurando deuincta autoritas.* Cic. *Vt uel autoritate teſtimonij tui, uel indicio beneuolentiæ, uel ſuauitate ingenij uiui perfruamur.* Teſtimoniū ſumere. Cic. *Sed hæc quanquàm firma eſſe uideo, tamen ipſe mihi ſatisfacere non poſſum, niſi à C. Fannio ipſo teſtimonium ſumo, hanc pecuniam ei non deberi.* Teſtimonium tribuere, *uel impertiri.* Idem. *Vt mihi non ſolùm præconium, quod, cùm in Sigæum ueniſſet Alexāder, ab Homero Achilli tributum eſſe dixit, ſed etiam graue teſtimonium impertitum clari hominis, magniq; uideatur.* Teſtimoniū dare, *interdum idem eſt, quod teſtes proferre,*

ferre uel producere. Cic. Coactus lachrymis omnium ciuium Romanorum, qui in Sicilia negotiantur: adductus Valentinorũ hominum honeſtiſsimorũ conſilijs, omniumq́; Rheginorũ, multorumq́; equitum Romanorum, qui caſu tum Meſſanæ fuerunt, dedi tantum priore actione teſtimonium, res ut nemini dubia eſſe poſsit. Propriè. Idem. Sibi bene geſtæ, mihi conſeruatæ Reipub. dat teſtimoniũ. Teſtimoniũ dicere. Idem. Non recito teſtimonia hominum honeſtiſsimorũ, quæ in Scalenum ſunt dicta. Dicere pro teſtimonio, eſt loco teſtimonij. Cic. Contraxi uela perſpiciens inopiam Iudicum, neq; dixi quicquam pro teſtimonio, niſi quod erat ita notum, atq; teſtatũ, ut non poſſem præterire. Eſſe teſtimonio. Idem. Eius rei ipſa uerba formulæ teſtimonio ſunt. Teſtimoniũ habere. Plaut. Certè hoc maius habes teſtimonium amoris mei, quò maturius tibi, quàm cæteris conſilia mea uoluiſſe eſſe nota. Teſtimonia refellere, uel eleuare eſt contradicere. Cic. Nam aut oratio teſtiũ refelli ſolet, aut uita lædi. Qua diſputatione refellam eius, qui dicit dedimus? nihil amplius niſi in hominem dicendum eſt. Eleuare eſt uilem, leuemq́; uerbis demonſtrare. Val. Max. Cæterũ gloria ne ab ijs quidem, qui contemptũ eius introducere conantur, negligitur, quoniam quidem ipſis uoluminibus nomina ſua diligenter adijciunt, ut, quod profeſ-

ſione

ſione eleuant, uſurpatione memoriæ conſequantur.

Refutare *& reprehendere, eſt idem, quod te ſtimonia refellere.* Cic. *Nemo enim horum te ita refu tandum, ut grauem aduerſarium: aut ita rogandum, ut religioſum teſtem arbitrabatur.*

Subleuare *teſtimonio.* Cic. *Pater adoleſcentis quem propter animi dolorem pertenuis ſuſpicitio po tuiſſet ex illo loco teſtem in* A. *Cluentium conſtituere is hunc ſuo teſtimonio ſubleuat.* Huic *contrarium eſt premere teſtimonio.* Pli. *lib. 5. epiſt.*

TENERE *eſt retinere, ut ſæpe in congreſſu fit inter amicos, & familiares: qui ut ſua inter ſe conſuetudine longius interdum fruantur, alij alios, retinent, & unà diutius ſunt.* Cic. Me Romæ *tenuit omnino Tulliæ meæ partus.* Item *dicimus.* Ne *te diu- tiam teneam.* Cic. Non *tenebo te pluribus, ponam in extremo, quod ſentio.* Idem. Ne *plura (dicendum e- nim aliquando eſt) Pomponium Atticum ſic amo, ut alterum fratrem: nihil eſt illo mihi charius, nec iu- cundius.* Idem. Ne *multa loquuturum ſe eſſe confir- mat.* Ne *multis.* Idem. Ne *multis.* Diogenes *emitur.* I- *dem.* Quid *multa? non modò non expetere pacem, iſtam, ſed etiam timere uiſus eſt.* Idem. Poſſum *de a- lijs dicere: ſed ne longus ſim, ita concludam.* Idem. Ne *longum ſit, omnium uicinorum ſummam eſſe, be-*

neuolentiam

neuolentiã in hunc confirmamus. Idem. *At ne longum fiat, uidete.* Cic. *Ad ſummam, animo forti ſis.* In ſumma. Idem. *In ſumma. quatuor ſententijs Senatores, & equites damnauerũt* Idem *Quid quæris? num ad priuata redeam? Teneri non potui, id eſt, imperare mihi non potui.* Cic. *Poſtea uerò quàm ipſe Atticus ad me uenit in Tuſculanũ, huius unius rei cauſa, tibi ut apud me gratias ageret, cuius tuam eximiam quondam & admirabilem in cauſa Buthrotia uoluntatẽ, & ſingularem erga ſe amorem perſpexiſſet, teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his literis declararẽ.* Hîc *totum ad corpus pertinet.* Cic. *Ego uix teneor, quin accurram.* Tenere ſe. Idem *Cùm ipſe propter metum dimicationis, & ſanguinis domo ſe teneret.*

Eſſe *omnino cõmorandi ſignificationem habet: aliquãdo etiam aduentus eſt, uel præſentiæ.* Cic. *Pungit me rurſus, quòd ſcribis te eſſe iſtic libenter.* Idem. *Propè Cal. Sext. puto me Laodiceæ fore.*

Retinere. Cic. *Sed adhuc Plancus me retinet: ſperat poſſe fieri, ut mecum in Italiam decedat.* Idem. *Quin multos menſes tempeſtatibus retentus eſt.*

Detinere *eſt tenere, uel demorari.* Cic. *Sed uereor, ne lepôre ſuo detineat diutius P. R. Clodius.*

Tardare *pro retinere, uel impedire.* Cic. *Nos Etheſiæ uehementiſſimè tardarunt.* Pro *tardum effi-*

cere.

cere. Idem. *Vereor, ne exercitus quoq; noſtri tardentur animis, ſi quicquã aliud nobis, niſi de inſtanti bello cogitatum putabunt.* Tardare à re aliqua. Cic. *Hoc loco percõmodè accidit, quòd adeſt is, qui pauloantè adfuit, & adeſſe nobis frequenter in hac cauſa ſolet, uir ornatißimus* C. *Aquilius: nam ipſo præſente de uirtute eius, & prudentia timidius dicerem, quòd & ipſe pudore afficeretur ex ſua laude, me ſimilis ratio pudoris à præſentis laude tardaret.* Sine *caſu*. Idem. *Nunquid putes Reipub. nomine tardandum eſſe nobis?*

Retardare. *Cum caſu.* Cic. *Ita illum in perſequendi ſtudio mœror, hos lætitia retardauit.* Retardare à Idem. *Me autem quid pudeat? qui tot annos ita uiuo Iudices, ut à nullius me unquàm tempore aut commodum, aut otium meum abſtraxerit, aut uoluptas auocârit, aut denique ſomnus retardauit.* Sine caſu. Idem. *Veniet tempus, & quidem celeriter, ſiue retardabis, ſiue properabis: uolat enim ætas.* Retardatio. Idem *Vnde eſt adhuc bellum, niſi retardatione, & mora?*

Morari *pro tardare abſolutè poſitũ, nullã habet in alium actionẽ, ſed totũ in ſe conſiſtit.* Cic. *Balbo placebat, propinquũ diem, ſi Cæſar moreretur, poſſe in diem tertiũ differri. Cum alius uerbi infinitiuo.*

Idem. Hem, ad quē legatos mittamus? cui bellum moremur inferre? qui ne ſorti quidem fortunas noſtras conſtituit, ſed libidini cuiuſq; nos ita addixit, ut ne ſibi quicquam integrum, quod non alicui promiſſum iam ſit, reliquerit. Cum accuſatiuo ad perſonam relato. Idem Ego, niſi quid Etheſiæ me morabūtur celeriter, ut ſpero, te uidebo. Extra perſonam. Idem Quamuis dicant, & quoſdam audiam dicturos: Legati proficiſcantur, bellum nihilominus paretur: tamen Legatorum nomen ipſum, & animos molliet, & belli celeritatem morabitur. Pro expectare. Idem. Quinto Cal. manè accepi à Demea literas pridie datas, ex quibus te aut hodie, aut cras expectare deberem. Sed, ut opinor, idem quoq; ego, qui expecto tuum aduentum, morabor te. Pro manere. Idem. Si hìc morari æquo animo non potes, abi in alias terras. Extra perſonam in eadem ſignificatione. Cic. Non eſt ille uir paſſus in ea Repūb. quam ipſe decorarat, atq; auxerat, diutius ueſtrorū ſcelerum peſtem morari. Morari pro curare. uel æſtimare. Plaut. Nihil morantur iam Lacones imi ſubſellij uiros plagipatidas.

Demorari. Cic. Ac ne diutius uos demorer, de omni iſto genere quid ſentiā, perbreuiter exponā.

Remorari. Cic. Hæ res, quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt.

Cōmo-

Commorari *eſt conſiſtere, uel manere.* Cic. *Quaſi tibi non liceret diutius in Sicilia cõmorari.* Extra locũ. *Idem. Illud fieri non poteſt, me diutius, quàm firma ſpes poſtulabit, in tam miſera uita commorari.* Commoratio. *Idem. Poſteaquàm Pompeij cõmoratio diuturnæ erat, quàm putaram.*

Mora *eſt cunctatio, prolatio, procraſtinatio, uel tarditas* Cic. *Omnino Panſa uiuo, celeriora omnia putabamus: nunc per auſpicia longam moram uideo.* Moram *quærere, uel acquirere.* Idem *Quid enim nuper tu ipſe, cum Pop. Rom. clamore, atq; impetu perturbatus exiluiſti? quid, inquam, loquutus es? illum, quòd moram ſupplicio quæreret, ideò clamitaſſe, ſe eſſe ciuem Romanũ.* Moram *afferre, inferre, inijcere, interponere, adiungere, uel iniungere.* Cic. *Quis enim aut Alexandrini belli tantum moram adiunctum iri, aut neſcio quem iſtum Pharnacem Aſiæ terrorem illaturum putaret?* Moram *aſſequi, facere.* Idem. *De Publio autem perſcribi oportet, moram non puto eſſe faciendam.* Moram *habere paßiuè.* Idem *Non enim puto tam expeditum Faberianum negocium, etiam ſi eſt futurũ, ut non habeat aliquid moræ.* Moram *eſſe.* Idem. *Tibi, ut uideo, & ſpero, nulla ad decedendum mora eſt.* Moram *eſſe alicui pro tardare* Teren. *Sed ceſſo ire intrò, ne mora meis nuptijs egómet ſiem.*

Moram eſſe in aliquo, uel moram eſſe per aliquem. Idem. Ibo: illis dicam, nullam eſſe in uobis moram. Moram nullam eſſe quin. Idem. Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducam. Sine mora. Cic. *Quod ego, ut debui, ſine mora feci.*

Sedere. Cic. *Malo in illa tua ſedecula ſedere, quàm in iſtorũ ſella curuli* Translatè *pro conſiſtere, cõmorari, uel ceſſare, aut pigritari, uel torpere* Cic. *Si in Italia conſiſtat, erimus unà: ſin ſedet, conſilij res eſt adhuc incerti.*

Conſidere. Cic *In præſulo propter Platonis ſtatuam conſedimus. Aliquando conſidêre, uel conſidere, pro manere.* Idem. *Quorũ ludorũ religio tanta eſt, ut ex ultimis terris accerſita in hac urbe conſederit. Aliquando rei humilitatem habet, & quaſi denegatam altius euolandi facultatẽ denotat* Cic *Conſedit utriuſq; nomen in quæſtura: nullum enim uobis campum dedit, in quo excurrere uirtus, cognoſciq; poſſet. Conſidere, pro conquieſcere, uel ſedari* Cic. *Eorum aſpectu omnis, quæ me angebat, de Repub. cura conſedit. Pro commorari, uel conſiſtere.* Idem. *In eaſdem ſolitudines tu ipſe, ut arbitror, uenies, in quibus non conſediſſe audies.*

Subſidere. Cic. *Cur neq; ante occurrit, ne in uilla reſideret? nec eo in loco ſubſedit, quò ille noctu uenturus eſſet?*

Reſidere

Reſidere. Cic. *Facilè plus officij reſidere apud me patior.* Idem. *Marcelli impetus reſederunt.*

Siſtere ſe Cic. *Illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirmaſti, ut te ante Cal.* Ianuar. *ubicunq; erimus ſiſtas. Siſtere eſt exhibere, unde aliquem ſiſtere in iudicio* Idem. *Alphenus promittit Næuio, ſiſti Quintium. Vadimonium ſiſtere.* Idem. *Venit Romam Quintius, uadimonium ſiſtit.*

Subſiſtere. Cic. *Atq; ut illi nocturnus ad urbem aduentus uitandus potius, quàm expetendus fuit: ſic Miloni, cùm inſidiator eſſet, ſi illũ ad urbem noctu acceſſurum ſciebat, ſubſiſtendum, atq; expectandum fuit.*

Inſiſtere. Cic. *Quot uultis eſſe in uno furto peccatorũ gradus? ut ſi ſingulis inſiſtere uelim, progredi iſte non poſſet.* Idem. *Quæ cùm dixiſſet, paulumq; inſtitiſſet, quod eſt, inquit? ſatis ne uobis uideor pro meo iure in ueſtris auribus commentatus?*

Reſiſtere. Cic. *Mihi credite Iudices, in hac cauſa nõ ſolùm de L. Murenæ, uerumetiam de ueſtra ſalute ſententiam feretis. In diſcrimen extremum uenimus: nihil eſt iam, unde nos reficiamus, aût ubi lapſi reſiſtamus.*

Conſiſtere *eſt ſubſiſtere, uel cõmorari. Propriè* Cic. *Vtrũ cõſiſtere uſpiã uelit, an mare tranſire,*

neſcitur. Tranſlatè. Idem. Nónne *cernimus uix ſingu lis ætatibus binos oratorés laudabiles conſtitiſſe?*

Manere, *cum ad locum pertinet, uel abſolutũ eſt, uel caſum habet loci proprij, qui uerbis ſine motu datur: uel ablatiuũ loci non proprij cum præpoſitione* in. Cic. *Si teneri poſſe putas* Tarracinam, *& oram maritimam, in ea manebo.* Manere *imperſonaliter po ſitum.* Idem. *Sed ad primum reuertor, quid putes fa ciendum: occultè ne aliquò propius ueniendum, an mare tranſeundũ, nam hîc maneri diutius non poteſt.* Pro *expectare.* Teren. *Poſtquàm uidet me eius mater eſſe hîc diutius, ſimul autem non manebat ætas uirgi nis meam negligentiã, ipſam cùm omni familia ad me profectam eſſe aiebant.* Pro *durare, uel ſeruari, idq́; abſolutè.* Idem. *Multaq́; alia multis locis diutius com memoratione manent, quàm natura ſtare potuerunt.* Pro *certum eſſe.* Idem. *Maneat ergo, quod turpe ſit, id nunquàm eſſe utile, ne tum quidem, cùm id, quod eſſe utile putes, adipiſcare* Pro *ſtare, uel permanere, cum ablatiuo & præpoſitione* in. Idem. *Quid ciuita tes, quæ in amicitia, fideq́; Po. Rom. perpetuò manſe rant.* Cum *accuſatiuo, & præpoſitione* inter. Idem. *Quòd ſocietatẽ* Reipub. *conſeruãdæ tibi mecum à pa tre acceptum renouas, gratum eſt: quæ ſocietas inter nos ſemper mi* Cornifici *manebit.* Cum *datiuo.* Idem.

Num=

Nummus intereà mihi Cæſar neglectis uehiculis triumphalibus domi manet, & manebit. Manſio. Idem. *Is mecum ſæpe de tua manſione, aut deceßione communicat.* Manſio extra locum. Idem. *Sed cùm ab his omnia proficiſcantur officia, non ſine cauſa dicitur, ad ea referri omnes noſtras cogitationes, in his & exceſſum è uita, & in uita manſionem.*

Remanere *ad locum pertinens.* Cic. *Expone igitur, niſi moleſtum eſt, primùm animos, ſi potes, remanere poſt mortem.* Extra locum. Idē. *Quorum uſq; ad noſtram memoriam diſciplina naualis, & gloria remanſit.* Remanſio. Idem. *Sed ad tuas uenio literas, primùm tuam remanſionem etiam, atq; etiam probo, præſertim cùm, ut ſcribis, cum Cæſare communicaris.*

Habitare *eſt colere, incolere, aut domicilium habere.* Propriè. Cic. *Vt non modò propè me, ſed planè mecum habitare poſſes.* Idem. *Sumptus unius generis obiectus eſt habitationis, triginta milibus dixiſtis eum habitare.* Idem. *Nunc demum intelligo P. Clodij inſulam eſſe uenalem: cuius hic in ædiculis habitet decem, ut opinor, milibus.* Idem. *Monumentum iſte nunquàm, aut religionem ullam excogitauit, habitare laxè, & magnificè uoluit, duasq; & magnas, & nobiles domos coniungere.* Translatè eſt *uerſari, uel*

ſrequentem & acerbũ eſſe. Idem *Feci, ut poſteà quotidie præſentem me uiderent, habitaui in oculis.* Idem. *Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare, ut præſentem me uiderent, habitaui in oculis, id eſt, feci, ut, me ſemper uidere poſſent.* Habitare *in uultu, in foro, in roſtris.* Idem. *Diſerti autem* Q. *Varius.* C. *Carbo,* Cn. *Pomponius, & ij quidem habitabant in roſtris.* Habitator. Cic. *Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt.* Habitatio. Idem. *Pete igitur à te maiorem in modum, quod ſine tua moleſtia fiat, ut ei de habitatione accommodes.* Habitabilis. Idem. *Duo ſunt habitabiles: quorum auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt aduerſa uobis urgent ueſtigia, &c.*

Incolere *eſt habitare.* Cic. *Vbi ſunt ergo ij, quos miſeros dicis, aut quem locum incolūnt?*

Accolere *eſt iuxta colere, & propriè dicitur de aquis, & montibus.* Cic. *Vos qui accolitis Iſtrum fluuium, atq; Algidam.*

Incola *eſt, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit: uel qui in alterius regione, aut in aliena ciuitate habitat.* Cic. *Peregrini autem, & incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negotium agere: nihil de alio inquirere, minimeq; in aliena eſſe* Republica *curioſum.*

Cic. In

Accola. *Liuius. Paſtor accola huius loci nomine Cacus: ferox uiribus.*

Inquilinus *eſt qui in alieno priuato habitat: propriè tamen in conducto, ſiue in urbe, ſiue ruri. Cic. Vbi igitur, inquies, philoſophia tua illa quidem inquilina? ea mihi moleſta eſt.*

Verſari *aliquando manſionis localis eſt. Cic. Nobiſcum uerſari iamdiu non potes: non feram, non patiar, non ſinam. Aliquando extra localem manſionem eſt. Idem. Quod quidem ſi facis, magnum fructum ſtudiorum optimorum capis, in quibus te ſcio ſemper eſſe uerſatum. Extra perſonam. Idem. In tenebris, quàm in luce cauſam uerſari maius.*

Diuerſari *eſt apud hoſpitem eſſe, uel manere apud aliquem hoſpitij iure, uel alio modo. Cic. Diuerſatus eſt Laodiceæ apud Pompeium. Diuerſor, pro eo, qui diuerſatur. Idem. Caupo non multò poſt clamat, hominem eſſe occiſum, & cum quibuſdam diuerſoribus illum, qui antè exierat, conſequitur. Diuerſorium ſignificat locum, in quo diuerſamur: eſtq́; publicum, ut taberna meritoria: uel priuatum. Cic. Eius Falernum mihi ſemper idoneum uiſum eſt diuerſorio.*

Tabernaculũ *tectũ Caſtrenſe eſſe tradunt, quod, ut libet, moueri poteſt, & ubiuis collocari.*

Cic.

Cic. In ipſo aditu, atq; ore portus tabernacula carba ſeis intenta uelis collocabat.

Taberna pro omni ædificio ponitur, quod eſt commodum & utile ad habitandum, ex eo quòd taberna tabulis claudebatur, ſiue cooperiebatur: diciturq́; taberna, quaſi trabea, à ualidioribus ſcilicet trabibus, quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa. Tabernam ab officina ita diſtinguunt, ut taberna ſit, ubi opera ipſa, cæteræq́; merces uenditantur. Officina, ubi fiunt opera. Dicimus etiam taberna uinaria, olearia, lanaria, & huiuſmodi, ab eo, quod in ea ponitur. Vocamus deniq; tabernam meritoriam, pro diuerſorio, atq; hoſpitio mercenario, quæ cuiq; introire licet danti mercedem. Cic. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Tabernarius eſt, qui in taberna uenditat. Idem. Opifices & tabernarios, atq; illam omnem fæcem ciuitatum quid eſt negotij concitare?

Officina eſt locus ſellæ, atq; operis, & quæſtus quotidiani quærendi, ut eſt officina, ſtatuarij, fuſoris, cælatoris, excuſoris, uitrearij, pictoris, ſutoris, fabri. Cic. Quid? illam armorũ officinam ecquid recordaris?

Caupona taberna eſt uinaria, quam etiam Grammatici pro muliere poni tradunt. Cic. Tibi ſolitudo erat, pro frequentia, caupona pro oppido.

Caupo

Caupo eſt eſculentorum poculentorumq́; uenditor. Idem. Cum duo quidam Arcades iter unà facerent, alter ad cauponem diuertit: alter ad hoſpitem.

Domicilium *eſt habitatio, ſedes, uel tectum ſiue longæ ſiue breuis commorationis. Cic. Conſecrantur ædes, nõ priuatorum domicilia. Domicilium collocare, habere. Idem Cùm hic Domicilium Romæ multos iam annos haberet, profeſſus eſt apud prætorem Q. Metellum familiariſsimum ſuum. Translatè. Idem. Non enim ſe tectis priuare uoluerunt, ſed his ſtantibus, nullum domicilium ſceleri ſuo fore putauerunt.*

Hoſpitium, *pro loco domus eſt, quæ gratis, liberaliterq́; uenienti hoſpiti patet. Cic. Hoc idcirco noſſe te uolui, ut ſcires, hoſpitium tibi ubi parares. Pro conſuetudine hoſpitali. Idem. Decernunt ſtatim, ut fratri meo hoſpitiũ publicè fieret, quod is eandem uoluntatem erga Syracuſanos habuiſſet, quam ego ſemper habuiſſem Id non modò tum ſcripſerunt, uerum etiam in ære inciſum nobis tradiderunt. Antiqui inſtituti fuit, ut hoſpitij neceſsitudo non modò inter priuatos, ſed etiam inter populos contraheretur: neq; id quidem modò, ſed etiam inter ſingulos priuatosq́; homines, & ciuitates. Hoſpitia autem priuata magnæ erant neceſsitudinis. Propterea hoſpitium per*

ſæpe

ſæpe pro amicitia ponitur: cuius amicitiæ erat nota, pignusq; teſſera. Fuit enim antiqui moris, teſſeram, dari hoſpitibus dimidiatam, quam quicunq; attuliſſet ad hoſpitem, continuò ignoſci poſſet, & hoſpitio accipi tanquàm amicus, & uetus hoſpes. Hoc autem ius neceſsitudinis ad poſteros tranſibat: propterea teſſeram hoſpitalem diligenter obſeruabant. Plaut. Deum hoſpitalem, & teſſeram mecum fero. Qui autem ius hoſpitij uiolabat, is teſſeram hoſpitalem confregiſſe dicebatur. Idem. Abi quærere, ubi tuo iureiurãdo ſatis ſit ſubſidij: hic apud nos iam fidei cõfregiſti teſſeram. Quanta eſſet hoſpitij religio, & neceſsitudo, indicat Liuius lib. 5. ab urb. Cond. de Timaſitheo Liparenſi loquens, qui legatos Romanos hoſpitio exceptos, ac Delphos uſq; deductos, retro in urbẽ hoſpites reduxerat. Arctum igitur fuit olim hoſpitij uinculum, atq; etiam diuini numinis reuerentia ſanctum, cũ hoſpitij diſceptationi Iouem proficeret antiquitas, Iouem hoſpitalem eum appellans, et inuocans, quaſi hoſpitij præſidem & uindicem. Si quem contracti hoſpitij pœnituiſſet, renuntiare hoſpitiũ ſolebat, ne hoſpitij ius uiolaret. Cic. Itaq; uehementer iſte Sthenio irſenſus, hoſpitium ei renuntiat, domo eius emigrat, atq; adeo exit: nam iam ante migrarat. Hoſpitium eſſe alicui cum aliquo. Cic. Auitum mihi hoſpitium eſt cũ

Liſone

Liſone Liſonis filio Libybitano Hoſpitio coniungi. Idem. Optimum quenq; hoſpitio, amicitiaq; coniungi dico oportere. Hoſpitium facere. Idem. Hoſpitium multis annis ante hoc tempus cum Cornelio Gaditanos feciſſe dico. Hoſpes dicitur & is, apud quem alius diuerſatur: & qui ipſe diuerſatur apud alium. Cic Pater alerat Dexio Tindaritanus, homo nobiliſſimus, hoſpes tuus, cuius tu domi fueras quem hoſpitem appellaueras. Idem. Non multi cibi hoſpitem accipies: ſed multi ioci Hoſpita. Terent Num illi, moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ propter conſuetudinem hoſpitæ Hoſpitis etiam neutrum eſt nomen in plurali numero, ut hoſpita æquora flumina Verg. Pauca tibi è multis, quò tutior hoſpita luſtres Aequora pro uicina Legitur et inhoſpita in neutro genere, ut inhoſpita tecta, ſcilicet, in quibus, non ſit tutum habitare, uel in quibus nemo habitare poßit. Ouid. Menala tranſieram latebris horrēda ferarum. Et cùm Cyllene gelidi pineta Lycei: Arcados hinc ſedos, & inhoſpita tecta tyranni Ingredior. Hoſpitalis eſt liberalis & facilis ad recipiendum hoſpites hoſpitio: uel eſt ad hoſpitium pertinens. Cic. Non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Iouis hoſpitalis. Idem. Homo, qui ſemper hoſpitaliſſimus, amiciſſimusq; noſtrorum hominum exiſtimatus eſſet,

noluit uideri ipſum illum Rubrium inuitus in domum ſuam recepiſſe. Perhoſpitalis. Idem. *Huius domus eſt uel optima Meſſanæ, notiſſima quidem certe: & noſtris hominibus apertiſſima, maximeq́; perhoſpitalis.* Liuius. *Exceptus benignè ab ignaris cõſilij, cùm poſt cœnam in hoſpitale cubiculum deductus eſſet, &c.* Hoſpitalia *in plurali numero genere neutro ponit.* Vitru. lib. 6. *pro ædibus, quæ hoſpitibus recipiendis deſtinatæ erant.* Præterea, *inquit, dextra ac ſiniſtra domunculæ conſtituuntur habentes proprias ianuas, tricliuia, & cubicula commoda, ut hoſpites aduenientes non in periſtylia, ſed in hoſpitalia recipiantur.* Eo modo *noſtra ætate, quæ ædes publicè parantur ad egenos recipiendos, hoſpitalia appellantur.* Nam *illæ, quæ uiatoribus, peregrinisq́; mercede patent, cauponæ, diuerſoriaq́; uocantur.*

Hoſpitalitas *eſt amicitia hoſpitio cõtracta: uel liberalitas, & quædam animi propenſio in hoſpitibus recipiendis.* Cic. *Rectè etiam à Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas. Eſt enim (ut mihi uidetur) ualde decorum, patere domos hominũ illuſtriũ illuſtribus hoſpitibus, idq́; etiam Reipub. eſt ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe noſtra non egere.*

Inhoſpitalitas: Cic. *Offenſionum autẽ definitiones*

finitiones ſunt eiuſmodi, ut inhoſpitalitas ſit opinio uehemens, ualde fugiendum eſſe hoſpitem, eaq́; inhærens, & penitus inſita.

Sodalis *appellatur comes in rebus leuioribus: & ferè in cõuiuijs dicuntur ſodales, ſcilicet qui eadem menſa utuntur. Sodales etiam ſacerdotes Imperatoribus Rom. inter diuos relatis inſtitui ſolebant: ut ſodales Auguſtales. Cic. Ego Plancium Laterenſis & ipſum gratioſum eſſe dico, & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui, gratioſos: quos tu ſi ſodales uocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. Sodalitas eſt ſodalium multitudo, uel eſt ſodaliũ coitio. Cic. Sodalitates autem me Quæſtore conſtitutæ ſunt ſacris Idæis Magnæ matris acceptis. Sodalitium nomen Romæ olim criminoſum erat. Nam & lex Licinia lata eſt contra ſodalitia, id eſt, conciones, quæ fiebant ad corrumpenda ſuffragia popularia. In lege uerò Licinia, qui ſodales appellantur, uulgò complices dicimus. Cic. Sed aliquando ueniamus ad cauſam: in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ eſt de ſodalitijs, omnes ambitus leges complexus es.*

Contubernalis *eſt ſodalis, uel ſocius: quod nomen duci uolunt à taberna, diciq́; contubernales in re militari, qui in ijſdem tabernaculis, ſeu tentorijs militant. Sed non magis eſt in militia contuber-*

nalis, quàm in re qualibet: & ponitur interdum pro conuiua, aut hoſpite familiari. Cic. Spero nos ante hyemem contubernales fore. Contubernium. Idem. Vbi fides? ubi execrationes? ubi dextræ, complexuſq;? ubi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatiſſimo littore?

Aduena externus eſt, qui ex longinquo loco in aliquod oppidum uenit. Aduenarum autem duo ſunt genera. Quidam enim indigenis exactis ad incolendam ciuitatem quampiam ueniunt. Quidam autem ideò mittuntur, ut tanquàm ſupplementum ſint ſemiplenæ ciuitatis. Cic. Nos autem iam non hoſpites, ſed peregrini, atq; aduenæ nominabamur.

Conuenæ ſunt diuerſis è locis eòdem coëuntes, ſcilicetq; coaleſcentes ad urbem coniunctis ædificijs condendam. Cic. An uerò tibi Romulus ille aut paſtores, & conuenas congregaſſe: aut Sabinorũ connubia coniunxiſſe: aut finitimorum uim repreſſiſſe eloquentia uidetur, non conſilio, & ſapientia ſingulari?

EXPECTARE. Cic. Expectabantur literæ tuæ de quibus eramus iam cum Pompeio loquuti. Idem. Cùm uehementer expectarẽ tabellarios quotidie, aliquando uenerunt poſt quadrageſimũ & ſextum diem quàm à uobis diſceſſerant. Idem. Valde, te expecto ualde deſidero, neq; ego magis, quã ipſa res, & tempus

& tempus poſcit. Idem Literas tuas minus paulò ex pecto, quàm ſi Romæ eſſes, ſed tamen expecto. Idem. Hanc rem auidiſsimè ciuitas expectat. Expectare ad. Cic. Me tamen uelim quod ad tempus te expectemus, certiorem facias Cum quando Idem Quando te expectem facies me, ſi tibi uidebitur, certiorem Cum dum Idem. Amicorum cauſa honeſta faciamus, neq; expectemus quidem, dum rogemur. Cum donec. Idem, Sed ad properationem meam quiddam intereſt, non te expectare, donec ad locum uenias, ac ſtatim cauſam illam totam, & tempus arripere Cum ante Cic. Meq; dijs iuuantibus ante brumam expectabis. Cum quotidie. Idem. Nos ex omnibus moleſtijs, et laboribus uno in loco conquieſcimus, quò fratrem quotidie expectamus. Cum in dies. Cal. Expectare in dies exitum cogebant. Cum diem ex die. Idem. Nihil reſcripſi, quod diem ex die expectabam, ut ſtatuerem, quid eſſet faciendum. Cum biduo. Idem. Cura igitur, ut ualeas, ac biduo, aut triduo expecta Cum quartum iam diem. Idē. Expectabam ibi iam quartum diem Pontinium: neq; de eius aduentu certi quicquàm habebam. Expectare ſuſpenſo animo Idem. Suſpenſo animo expecto, quid agas. Summa cura. Idem. Summa cura expectabam aduentum Menandri, quem ad te miſeram. Cum ſpe. Idem Quod cum magna ſpe expectamus. Idem.

Reliquum eſt, ut tuam profectionem amore proſequar, reditum ſpe expectem, abſentem memoria colam. Expectare de. Idem. *De alijs non arbitror te expectare, quid ſentiam* . Expectare pro ſperare. Cic. *Omnia uolo à me & poſtules, & expectes* . Exſpectare *pro differre uel tardare*. Idem. *Equidem ſperabam, ut ſæpe etiam tecum loqui ſolebam, ſic orbem Reipub. eſſe conuerſum, ut uix ſonitum audire, uix impreſſam orbitam uidere poſſemus: & fuiſſet ita, ſi homines tranſitũ tempeſtatis expectare potuiſſent ſed cùm diu occultè ſuſpiraßent, poſteà iam gemere, ad extremum uerò loqui omnes, & clamare cœperunt.* Expectatus *pro optatus, uel deſideratus*. Cic. *Cura igitur, ut quàmprimum uenias: uenies enim mihi crede, expectatus, neq; nobis ſolùm, id eſt, tuis, ſed prorſus omnibus.* Expectatio. Cic. *Eſt tibi grauis aduerſaria conſtituta, & parata incredibilis quædam, expectatio.* Expectationem *mouere, uel commouere.* Idem. *Sanè frequentes fuimus omnino, adducentos cõmemorat expectationem Lupus.* Expectationem *concitare, facere, dare, afferre.* Cic. *Quantam porrò mihi expectationẽ dediſti conuiuijs tuis?* In expectationẽ *adducere.* Idẽ. *An tu, cùm me in ſummã expectationẽ adduxeris, deſeris errare me hercule malo cũ Platone (quẽ tu quanti facias, ſcio, ei quẽ ex ore tuo admiror)*

ror) quàm cum iſtis uera ſentire. Expectationem eſſe. Idem. De Hiſpania noui nihil: ſed expectatio ualde magna eſt, rumores triſtiores. Expectationem eſſe in. Idem. Omnis noſtra expectatio erat in nuntijs. Brunduſinis. Eſſe in expectatione actiuè. Planc. Sum in expectatione rerum omnium, quid in Gallia citeriore, quid in urbe Ianuario menſe geratur, ut ſciam, id eſt, expecto. Paßiuè. Idem. Cúm hæc ſcribebam, in expectatione erant omnia. Expectationem habere. Actiuè. Cic. Nunc has expectationes habemus duas: unam quid Cæſar acturus ſit: alterum quid Pompeius agat. Paſſiuè. Idem. Scio me. P. C. in reſpondendo non habere magnam expectationem, quod nullum uos ſciatis nouum crimen audituros, ſed omnia uetera recognituros. Expectatione plenus. Idem. Ex tuis literis plenus ſum expectatione de Pompeio, quidnam de nobis uelit, aut oſtendat. Expectatione teneri. Cic. Quo iſta maiora, ac mirabiliora feciſti, eò me maior expectatio tenet, quibuſnam rationibus, quibuſúe præceptis ea tanta uis comparetur. Expectatione pendêre. Idem. Nolo ſuſpenſam, & incertam plebem Rom. obſcura ſpe, & incerta expectatione pendere. Expectationem ſuſpenſam tenere. Idem. Ne diutius oratione mea ſuſpenſa expectatio ueſtra teneatur, aggredar ad crimen. Expectatione torqueri, angi

 cruciari

cruciari. Cic. Nunc expectatione crucior. Expectationem ſuſtinere. Cic. Suſtines non paruam expectationem imitandæ induſtriæ noſtræ, magnam honorũ: nonnullam fortaſſe nominis. Idem. Tanta eſt expectatio, uel animi, uel ingenij tui, ut ego te obſecrare, obteſtariq; non dubitem, ſic ad uos confirmatus reuertare, ut, quam expectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere, ac tueri poßis. Expectationi occurrere, Cic. Multa dici poſſunt, quare ita neceſſe fuerit iudicari: ſed ego occurram expectationi ueſtræ iudices. Nam etſi à uobis ſic audior, ut nunquam benignius, neq; attentius quenquam auditũ putem, tamen uocat me aliò iandudum tacita ueſtra expectatio. Expectationem explere, uel uincere. Idem Quam tu expectationem una re facilimè uinces. Expectationem decipere, deriuare. Idem. Omnis expectatio largitionis agrariæ in agrum Campanũ uidetur eſſe deriuata: qui ager: ut dena iugera ſint non amplius hominum quinq; millia poteſt ſuſtinere.

Opperiri eſt expectare. Cic. Nihil puto tibi eſſe utilius, quàm ibidem opperiri, quoad ſcire poßis, quid tibi agendum ſit.

Præſtolari Cum accuſatiuo. Terent. Quem præſtolare Parmeno hîc ante oſtium? Cum datiuo. Idem. Egredere cum importuna ſceleratorum manu; confer

conſer te ad Manlium: concita perditos ciues: ſecerne te à bonis: inſer patriæ bellum: exulta impio latrocinio, ut à me non eiectus ad alienos, ſed inuitatus ad tuos eſſe uidearis, quanquam quid ego inuitem? à quo iam ſciam eſſe præmiſſos, qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur armati?

Cunctari *eſt tardare, uel quaſi dubio animo inſiſtere.* Cic. *Quibus rebus cognitis, cunctatus non ſum in curſu bonorū conſiliorū.* Cunctator *Cæl. Noſti Marcellū, quàm tardus, & parum efficax ſit: itemq́; Seruius quàm cunctator.* Cunctatio. *Idē. Dicam ſine cunctatione, quod ſentio.* Cunctanter. *Liuius. Tum illum haud cunctanter diſcidiſſe cotem ferunt.*

Mouere *ſe, pro diſcedere.* Cic. *Tu ita fac cupidus mei uidendi ſis, ut iſtinc te ne moueas tam infirma ualetudine.*

Commouere *ſe.* Cic. *Tu & cura, ut ualeas, & te iſtinc ne temerè commoueas.*

OTIVM *propriè dicitur uacatio à labore: uel laboris laxamentū atq; remiſſio: uel uitæ tranquillitas. Atq; quia ij qui ſtudijs operam dant, neceſſe eſt, ut non negotioſi ſint, ſed otioſi factum eſt, ut otium pro literario ſtudio nonnulli accipiant, ut Quintil. Inquirendo ſcribendoq́; talia conſolemur otium noſtrū. Non deſiderat otium ſolatiū, ſed labor:*

Ergo pro labore ſtudij otium accepit. Cic. *Augurales libros ad commune utriuſq; noſtrum otium ſerua.* Otium facere. Cic. Ex quo *intelligi Quirites poteſt, nihil eſſe tam populare, quàm id, quod ego uobis in hunc annum Conſul popularis adfero, pacem, tranquillitatem, otium. Quæ nobis deſignatis timebatis, ea ne accidere poſſent, conſilio meo, ac ratione prouiſa ſunt: non modo uos eritis in otio, qui ſemper eſſe uolueratis, uerumetiam iſtos, quibus otio ſi otium feciſſemus, otioſiſſimos reddam.* Otium dare, præſtare, uel tribuere. Cic. Otium *nobis exoptandum eſt, quod ij, qui potiuntur rerum, præſtaturi uidentur.* Ire, uel uenire in otium. Cic *Omnem ſpem delectationis noſtræ, quam, cum in otium ueniremus, habere uolumus, in tua humanitate poſitam habemus.* Conuertere, conferre, referre ſe ad, uel in otium: uel deflectere ad otium. Cic. In *omni ſumma, ut mones, ualde me ad otium, pacemq; conuerto.* Idem. *Aetas iam à diuturnis laboribus deflexa ad otium, domeſticarum me rerum delectatione molliuit.* Otium nanciſci. Cic. *Pluribus uerbis ad te ſcribam, cùm plus otij nactus ero.* Otium complecti, Idem. *Quod tibi ſuperioribus literis promiſeram fore, ut opus extaret huius peregrinationis, nihil iam magnopere confirmo. Sic enim ſum complexus*

otium

otium, ut ab eo diuelli non queam. Otium *ſequi*, *eſt cauſam otij quærere, uel otij ſtudio duci, uel otio inhærere.* Cic. *Eadem autem alij prudentia, ſed conſilio ad uitæ ſtudia diſpari, quietem, atq; otium ſequuti, ut* Pythagoras, Democritus, *Anaxagoras à regendis ciuitatibus totos ſe ad cognitionem rerum tranſtulerunt.* Otium *habere.* Idem. *Plura ſcribam, cùm plus otij habuero.* Otium *eſſe.* Idem. *In Gallia ſperamus eſſe otium.* Eſſe *in otio.* Terent. *Vt in otio eſſet potius, quàm in negotio.* Otio *abundare.* Idem. *Non otij abundantia, ſed amoris erga te.* Otio *affluere, uel diffluere.* Idem. *Illi nati in literis, ardentesq́; ijs ſtudijs, otio uerò diffluentes non modò nihil acquiſierunt, ſed ne relictum quidem, & traditũ, & ſuum conſeruarunt.* Otio *tabeſcere.* Idem. *Ego autem uſq; eò ſum eneruatus, ut hoc otio, quo nunc tabeſcimus, malim* γυτυραννεῖσθαι, *quàm optima ſpe dimicare.* O.io *languere: uel languere, aut hebeſcere in otio.* Cic. *Quis repræhendet noſtrum otium, qui in eo non modò noſmetipſos hebeſcere, & languere nolumus, ſed etiam, ut plurimis proſimus, enitimur?* Otium *oblectare.* Cæl. *Atq; hoc diligentius factito, quòd, cùm otioſus ſum, planè, ubi delectem otiolum meum, non habeo.* Otium *concurrere, uel conſumere.* Idem. *Philiſtus otium ſuum conſumpſit in hiſtoria*

ſcribenda. Otium *tenere.* Idem. *Vos, quorum gratia in ſuffragijs conſiſtit, libertas* In *legibus, honos in iudicijs & æquitate, omni oratione otium tenere debetis.* Otio *frui.* Idem *Tu ſi me diligis, fruere iſto otio, id eſt, iſtud otium tene* Otium *confirmare, perturbare.* Cic. *Iam iam minimè miror te otium perturbare, non modò urbem odiſſe, ſed etiam lucem.* Otio *priuare.* Idem *Neq; metuo, ne eius in cæteris rebus me honeſto otio priuarim, quod erat unicum ſolatium in malis.* Otium, *redimere.* Idem. *Aequo animo parte aliqua ſuorum fructum pacem ſibi ſempiternam redimat, atq; otium.*

Otiari *eſt ceſſare, uel nihil agere.* Ci. C Caninius *eques Romanus homo nec infacetus, et ſatis literatus cum ſe Syracuſas, otiandi cauſa, non negotiandi (ut ipſe dicere ſolebat) contuliſſet, dictitabat, ſe hortulos aliquos uelle emere, quò inuitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet.* Otioſus *eſt ceſſans, nihil agens, opere ſolutus, curis laxatus, uel uacuus, otio affluens: cui otioſiſſimum eſſe arbitrabar.* Idem *Id perficiam his ſupplicationũ otioſis diebus.* Terentius *otioſum, pro ſecuro & tranquillo poſuit* Quin *tu otioſus es (inquit) ego illius ſenſum pulchre calleo* Otioſe Cic. Quo *conſtituto, tum licebit, otioſe iſta quærere de magnitudine rerum.*

Quies eſt curæ laxamentum, ceſſatio, animi trãquillitas, uel remißio. Et quies eſt tam animi, quàm corporis, ac pro omni ceſſatione accipitur. Cic. Ego excubo animo, nec partem ullam capio quietis. Idem. Etſi metuendus iratus eſt, quis tamen ab illo naſcetur fortaſſe. Pro ſomno Cic. Quæ quidem multò plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus.

Requies. Cic. Ita ſum deſtitutus, ut tantũ requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone conſumitur.

Quieſcere eſt decumbere, uel conſiſtere, non cõmoueri, quieti ſe dare Cic. Sed opinor, quieſcamus, ne culpam noſtram coarguamus.

Requieſcere. Cic. Qui mihi non modò, ut requieſcam, permittit, ſed reprehendit, quia non ſemper quieuerim.

Conquieſcere eſt conſidere, neq; ſolum in perſona eſt, ſed ad multa alia pertinet, & tunc ſignificat deſinere, uel ceſſare, uel intermitti. Sic dicuntur literæ conquieſcere, quibus mittendis ſuperſedemus. Conquieſcit quoq; uectigal, quod non exigitur, uel nauigatio, cùm non idonea tempeſtate uſi nauigare deſinimus: uel quando per aduerſos uentos, aut imminens à piratis periculũ non nauigamus. Conquieſcere præterea dicitur à Cicerone ſica Clodij, cùm eam Clodius

dius non diſtringit. Cic. *Ex omnibus moleſtijs, ac labo*ribus uno illo in loco conquieſcemus.* Idem. *Itaq; quan*do illius poſteà ſi ca conquieuit?* Idem. *Videmus igitur ut conquieſcere ne infantes quidem poßint.*

Acquieſcere *eſt cum quadam animi uolu*ptate, quieteq; conſiſtere in re aliqua.* Cic. *Lectis tuis literis aliquantum acquieui.* Idem. *Habeo nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquieſcã.* Idem. *Vicißim autem ſenes in adoleſcentiũ charitate acquieſcimus.*

Quietus *eſt tranquillus, bene animo compoſitus, & conſtitutus, non turbatus.* Cic. *Mihi liceret eius rebus, quam conſeruaſſem, conſpectu tranquillo animo, & quieto frui.* Quiete. Idem. *Eſt enim quietè, & purè, & eleganter actæ ætatis placida, ac lenis ſenectus: qualem accepimus Platonis: qui uno, & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt.*

Tranquillus *dicitur perturbatione carens, ſedatus, uel placatus, uel lenis. Cuius uocis proprietatem in re maritima maximè uerſatur, ut propriè ſcilicet dicatur mare tranquillũ, quod nulla tempeſtate, nullisq; procellis agitetur: ſic etiam translatè dicitur animus tranquillus, qui nullo motu, aut æſtu perturbatus ſit.* Cic. *De honore noſtro, niſi quid occultè Cæſar per Tribunos molitus erit, cætera uidentur eſſe tranquilla.* Tranquillißimus *autem animus meus, qui*

totum iſtud æqui boni facit. Tranquillitas. *Idem. Qui remoti à ſtudijs ambitionis, otium, ac tranquillitatem uitæ ſecuti ſunt.* Tranquillè. *Idem. Velim tranquillè à Parthis.*

Tranquillare. Cic. *Sic de iuſtitia iudicandum eſt, quæ non modò nunquàm nocet cuiquam, ſed contra ſemper alit aliquid tum ui ſua, atq; natura, quod tranquillet animos: tum ſpe, nihil earum rerum defuturum, quas natura deprauata deſiderat.*

Vacare *cum datiuo, pro operam dare.* Cic. *De quibus quid ipſe ſentiam, ſi placet, exponam: ita tamen ſi uacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni præuertendum putes.* Abſolutè pro *uacuum eſſe. Idem. Tota domus uacat ſuperior, ut ſcis: hoc puto ualde ad rem pertinere.* Imperſonaliter poſitum, *ſignificat otium eſſe, uel uacuum tempus uacari.* Et *datiuum poſt ſe habet, uel alius uerbi infinitum.* Caſſ. Cic. *Sed tamen non maxima me turba puto excludi, quò minus tibi uacet me accipere.* Cum ablatiuo ſine *præpoſitione eſt carere, uel liberum eſſe.* Cic. *Nulla uitæ pars uacare officio poteſt. Cum ablatiuo & præpoſitione à, uel ab.* Sall. *Cuius nulla pars corporis à turpitudine uacat.* Vacatio *eſt ceſſatio, uel immunitas* Cic. *Erat enim meum deprecari uacationē adoleſcentiæ, ueniamq; petere.* Vacationem *dare, pro immunitate.*

tate. Idem. Quod ſuſtinere cùm uel ſumma ſenectus poſſe uideatur, nullam tibi à cauſis uacationem uideo dari. Vacationē habere. Idem *Quæ igitur ſtudia magnorum hominum ſententia uacationem habent, eandem publici muneris ijs concedente* Repub. *cur non abutamur?* Vacuus *eſt inanis, nudus, ieiunus, exhauſtus, uel expers, & liber, non impeditus, aut occupatus. Sic dicuntur uacua prædia, uel uacuæ poſſeßiones, id eſt, quæ liberæ ſunt. Sic etiam appellantur uacuæ aures, nondum criminationibus obtuſæ, ſed nobis arbitrio noſtro patentes Sine caſu* Cic. *Sed quid ago? quod mihi tempus* Romæ *manenti uacuū oſtenditur? Ad perſonā relatum, pro otioſo.* Cic. *Itaq; hunc elegimus diem, cùm te ſciremus eſſe uacuum, quare, ſi tibi eſt cōmodum, ede, illa quæ cœperas, &* Brute, *& mihi. Cum ablatiuo.* Idem. *Conſilium noſtrum ſpero uacuū periculo fore. Cum ablatiuo, et præpoſitione à.* Idem. *Si eris ab iſto periculo uacuus, ages ſcilicet, ſi quid agi poſſe de nobis putabis.* Vacuitas. Idem. *Securitatem appello uacuitatem ægritudinis, in qua uita beata poſita eſt.*

Feriari *eſt uacare, unde feriatus pro otioſo ponitur.* Treb. *Illud quoq; erit nobis curæ, ut Cratippus unà cùm eo ſit, ne putes in Aſia feriatum illum ab ijs ſtudijs, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum.*

Feriæ

Feriæ ſunt dies feſti, aut dies otioſi, dies ceſſationum ab opere: & dictæ ſunt feriæ à feriendis uictimis, uel ab epulis ferendis In ijs enim epulæ fiebant Feriarũ autem apud antiquos multa erant genera: quæ pollui dicebantur, ſi in his aliquod opus fieret. Feriarum publicarum quatuor genera erant. Statiuæ, uniuerſi popu'i cõmunes, quæ certis & conſtitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè ſeruabantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. *Conceptiuæ, quæ quotannis à magiſtratibus, uel ſacerdotibus concipiebant certos, ſiue incertos dies, ut ſunt* Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. *Imperatiuæ, quas conſules, uel* Prætores *pro arbitrio indicebant.* Nundinæ, *paganorum erant ac ruſticorũ, quibus ad negotia, & merces conueniebant.* Erant *præterea propriæ familiæ feriæ, quas quæq; familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſeruabat, ut* Claudiæ *feriæ, &* Aemiliæ. *Singulorum item feriæ erant, ut natalium dierum, quæ* Natalitiæ *dicuntur: & fulgurum, & funerum expiationes* Feriæ *quoq; aliæ legitimæ, aliæ indictæ erant: & indicebantur, cùm ſupplicationes fiebant. Cic.* Dies *feriarum mihi additos uideo, ſed quàm multos, fac, ſic me amas, ut ſciam.*

Feſtus. *Cic. Senatus fuit frequẽtior, quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri ſub dies feſtos..*

Ceſſare

Ceſſare *eſt interdũ nihil agere, uacare. Interdum intermittere, deſiſtere, deſinere, uel finem facere: interdum conquieſcere, uel reſpirare. Cum uerò pro nihil agere, aut uacare, aut conquieſcere ponitur, abſolutum eſt.* Cic. Ego hic ceſſo, *quia ipſe nihil ſcribo: lego autem libentißime. Cùm ſignificat intermittere, infinitiuum alius uerbi poſt ſe habet.* Cic. *De ædificatione tua Cyrum urgere nõ ceſſo.* Ceſſator. Idem. *De libris* Tyrannio *eſt ceſſator*, Chryſippo *dicam, ſed res operoſa eſt.* Ceſſatio. Idem. *Profectò* Epicurus, *quaſi pueri delicati, nihil melius ceſſatione exiſtimat.*

Remittere *hic eſt relaxare, uel laxamentum dare, & ducitur hoc uerbum ab arcu uel habenis.* Cic. *Alter ardet furore, & ſcelere: nec remittit aliquid, ſed in dies ingraueſcit.* Cæſ. *Loca ſunt temperatiora, quàm in* Gallia *remißioribus frigoribus.* Remiſſus. Cic. *Hodierno autem die neſcio qua obiecta re remiſſior Senatus fuit.* Remißio. Idem. *Tales igitur amicitiæ ſunt remißione uſus leuandæ, & diſſuendæ magis quàm diſcindendæ.* Remiſsè. Idem. *Quàm leuiter, quàm remiſsè, quàm non actuoſè.*

Intermittere *eſt conquieſcere, uel intermiſſionem, & intercapedinẽ facere: & habet accuſatiuũ, uel infinitiuum alius uerbi.* Cic. *Mirabar, quid eſſet, quòd tu mihi literas literæ intermiſiſſes.* Intermißio.

Cic. Non ullo caſu arbitror hoc cōſtanti homini poſſe contingere, ut ulla intermiſsio fiat officij.

PRætermittere Cic. De aqua, & uia nihil prætermiſi quadam epiſtola, quin ad te enucleatè ſcriberem.

Omittere eſt prætermittere, præterire, non exequi, uel dimittere, aut miſſum facere. Cum accuſatiuo. Cic. Primam nauigationem, dum modò idonea tempeſtas ſit, ne omiſeris. Cum præpoſitione de. Idem At de me omittamus: ad Alexandrinos iſtos reuertamur. Cum alius uerbi infinitiuo. Idem. An ille uir illa humanitate præditus, illis ſtudijs, artibus, et doctrina, illius ipſius periculum, quem propter hæc ipſa ſtudia diligebat, negligere potuiſſet? & quod facinus alienum hominem illatum ſeuerè acciperet, id omiſiſſet curare in hoſpite?

Mittere pro omittere, & occupationem habet. Cic. Mitto illam fugam ab urbe turpiſsimā, timidiſsimas in oppidis conciones: ignorationē non ſolùm aduerſarij, ſed etiam ſuarum copiarum

Superſedere eſt omittere, uel ceſſare, & ablatiuū regit. Cic. Tam enim complexione ſuperſedendum eſt ſi res breuis eſt, ut facilè memoria comprehendatur. Paſsiuè. Idem. Hæc cauſa iudicialis fieri non poteſt: ſed quòd poteſt uel ad Senatum, uel ad

conſilium uenire, non uiſa eſt ſuperſedenda.

Deſinere *eſt omittere, deſiſtere, ceſſare, uel finem facere. Abſolutè.* Cic. *Animaduertendum eſt etiam, quatenus ſermo delectationē habeat, & ut incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus. Cum alius uerbi infinitiuo* Idem. *Equidem non deſinam tua decreta defendere. Cum accuſatiuo, uel ablatiuo.* Idem. *His ego tamen diebus ludis ſcenicis, ne fortè uidear tibi non modò beatus, ſed ne liber omnino fuiſſe, dirupi penè me in iudicio Galli Caninij familiaris tui. quòd ſi tam facilem populum haberem, quàm Aeſopus habuit, libenter mehercule artem deſinerem, tecumq́; & cum ſimilibus noſtri uiuerem.*

Deſitum *eſt, ponitur loco uerbi præſentis temporis uel præteriti, ſcilicet, pro deſinimus, uel deſiuimus.* Cic. *Deſitum eſt uideri quicquam in ſocios nunquàm, cùm extitiſſet etiam in ciues tanta crudelitas.* Idem. *Ab eo, in quo proximè deſitum erit, deinceps incipietur. Deſitus.* Idem *Qui primus Papiſius uocari eſt deſitus.*

Deſiſtere *eſt ceſſare, uel demittere. Abſolutè.* Cic. *Nihil autē erat illo blandius, nihil hoc benignius, ut magis pœniteret cœpiſſe, quàm liceret deſiſtere. Cum alius uerbi infinitiuo.* Idem. *Non deſiſtunt nobis agere quotidie gratias honeſtiſſimæ ſocietates. Cum ablatiuo.*

latiuo. Teren. *Ebo dic, quid uelis dari tibi in manum, ut herus deſiſtat litibus?* Cum de, uel ab. Cic. *Iurauit terrore hoc coactus Pomponius: rem ad populũ detulit, docuit, cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eſſet.*

DORMIRE *propriè eſt ſomnum capere, ſopitum eſſe, uel cubare.* Cic. *Puella eius mane primùm dormit ad horas tres.* Dormire in utramuis aurem Teren. *Adeptũ tibi iam ſaxo omnem metum, in aurem utramuis otioſè ut dormias.*

Dormito *ſignificat oſcitare, uel ſomno detineri.* Cic. *Cœnato mihi, etiã dormitanti. Pridie Cal. Ma. epiſtola eſt illa reddita in qua de agro Campano ſcribis.*

Obdormio. Cic. *Endymion uerò, ſi fabulas audire uelimus, neſcio quando in Latmo obdormiuit, qui eſt mons Cariæ: nondum opinor, eſt experrectus.*

Obdormiſco. Cic *Si ſupremus ille dies non extinctionẽ, ſed cõmutationem adfert loci, quid optabilius? ſin autem perimit, ac delet omnino, quid melius, quàm in medijs uitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno?*

Edormio. Cic. *Cumq; edormierũt, illa quàm leuia fuerint, intelligunt.*

Somnus *eſt ſopor, uel quies* Cic *Perfugiũ uidetur omnium laborum & ſolicitudinũ eſſe ſomnus.*

In ſomnis, *idem eſt, quod dormiendo.* Cic.

Mater grauida parere ſe ardentem facem uiſa eſt in ſomnis Hecuba. Somnum tenere. Idem. Itaq; (tantum abfuit, ut inflammares noſtros animos) ſomnum iſto loco uix tenebamus. Somno ſe dare. Idem. Ita ſacerdos aduecta in fanum cùm currus eſſet ductus à filijs, precata à dea dicitur, ut illis præmiũ daret pro pietate, quod maximũ homini dari poßit à deo: poſt epulati cum matre adoleſcentes ſomno ſe dederunt, manè inuenti ſunt mortui. Somnũ capere. Idem. Noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quòd ſomnũ capere non poſſet. Somnum aliquem complecti. Cic. Deinde ut cubitum diſceßimus, me & feſſum de uia, & qui ad multã noctem uigilaſſem, arctior, quàm ſolebat, ſomnus complexus eſt. Excitare, uel ſuſcitare è ſomno. Idem. Quæſo, inquit, ne me ex ſomno excitetis. Somno priuare. Idem. Cùm me ægritudo non ſolo ſomno priuaret, uerum ne uigilare quidem ſine ſummo dolore pateretur, tecum ut quaſi loquerer, in quo uno acquieſco, hoc neſcio quid, nullo argumẽto propoſito, ſcribere inſtitui. Somnũ repetere. Idem. Ante lucem cùm ſcriberem contra Epicureos, de eodem oleo, & opera exaraui neſcio quid ad te, & ante lucem dedi. Deinde, cùm ſomno repetito ſimul cum ſole experrectus eſſem, datur mihi epiſtola à ſororis tuæ filio.

Somnium *eſt, quod in ſomnis uideri uidetur. Cic.*

tur. Cic. Expoſui ferè non philoſophorū iudicia, ſed delirantium ſomnia.

Inſomnium. Cic. Hæc metuo equidem, ne ſint inſomnia: ſed tamen M. Lepidum, L. Torquatum, C. Caßium Trib. pleb Philotimi literæ ad uitam reuocarunt.

Viſum eſt ſomnium, uel quod in ſomnis uidere uidetur. Cic. Viſum obiectū imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem.

Dormire translatè eſt cura nulla tangi, non ſollicitum eſſe, negligere, uel omittere, ceſſare. Cic. Olim non omnibus dormio: ſic ego mi Galle non omnibus ſeruio. Prouerbialis eſt loquendi forma tracta à Capio quodā, qui Pararencho dictus eſt, quòd ſimularet dormientē, quò impunitius eius uxor mœcharetur. Dicuntur eam ob rem non omnibus dormire, qui non omnibus inſeruiūt, neq; per omnia gerunt morem.

Indormire, etiam ceſſationis eſt, & tarditatis & torporis Cic. An faces admouendæ ſunt, quæ te excitent tantæ cauſæ indormientem?

Oſcitare, uel oſcitari eſt dormitare, aut non attentum eſſe ſed remiſſum, et negligentē, uel ſecurū, & nihil prouidentē: unde oſcitatio id eſt, otium, & animi ſecuritas. Cic. Maximas & priuatas & publicas calamitates accepiſtis: cùm etiam maiores impen-

dêre uideantur ſedetis, & oſcitamur. Oſcitanter. Cic. Deq; eo crimine accuratè, & exquiſitè diſputauiſſet me in reſpondendo, cùm eſſem argumentatus, quantũ res ferebat, hoc ipſum etiã poſuiſſe pro argumento, quòd ille, cùm peſtẽ capitis ſui, cũ indicia mortis ſe comperuiſſe manifeſto, & manu tenere diceret, tum ſolutè egiſſet, tam leuiter, tam oſcitanter.

Serus. Cic. Sera gratulatio reprehendi, non ſolet, præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt. Serum pro extrema parte diei Liuius Erat iam diei ſerum. Serum pro aqua lactis. Verg Acremq; moloſſum Paſce ſero pingui. Sero pro tardè, uel pro poſt tempus ponitur. Cic. Longè abſum, audio ſerò. Idẽ. Serò reſiſtimus ei, quem aluimus contra nos.

Tardus ſignificat longum, cunctatorem, ſerũ, remiſſum, hebetem, parũ efficacem. Ad perſonam re relatũ. Ci Iuris dubitatio tardiorẽ me facit ad iudicãdũ. Extra perſonã. Idẽ Omnia ſunt tardiora propter furioſæ ædilitatis expectationẽ. Tardè Idem. Egreditur à uilla ſubitò, cur ueſperi? quid neceſſe eſt tardè?

Tarditas eſt cunctatio, uel mora Ci Aut æterna in te, aut certè diuturna ualebit opinio tarditatis. Tarditatem afferre Idem. Quid ſi etiam adfert tarditatione iſta ſententia ad Dolabellam perſequendum? Tarditatem corrigere. Idem. Ego uerò ardenti quidem,

quidem ſtudio hoc fortaſſe efficiam, quòd ſæpe uiatoribus, cùm properant, euenit, ut, ſi ſerius, quàm uoluerint fortè ſurrexerint, properãdo etiam citius, quàm ſi de multa nocte uigilaſſent, perueniant, quò uelint: ſic ego, qui in iſto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem tum equis, tum uelis.

Negligens, *dicitur tardus, uel indormiens alicuius rei gerẽdæ. Cic. Lyſo enim noſter uereor ne negligentior ſit. Negligẽs rei alicuius dicitur rem ipſam non curans, uel ad ipſam rem, aut cognoſcendam, aut exequendã lentus & tardus Cic in Ver. Act. 5. Negligentia, eſt indiligentia, incuria, uel pigritia. Idem. Sera gratulatio reprehẽdi non ſolet, præſertim ſi nulla negligẽtia prætermiſſa eſt. Negligẽter. Idem. Reddam tibi iſtam ædilitatẽ etiam negligenter petenti.*

Indiligentia. *Cic. At ſi omnium literarum mearum præcepta repetes, intelliges nihil eſſe à me, niſi orationis acerbitatem, & iracundiam, & ſi fortè raro literarũ miſſarum indiligentiam reprehenſam. Indiligenter Idem. Quia quo pacto tractari conueniret argumentationes, in libro primo non indiligenter expoſitũ eſt, hîc tantũ ipſa inuenta unãquanq; in rem exponẽtur ſimpliciter, ſine ulla exornatione, ut ex hoc inuenta ipſa: ex ſuperiore autem expolitio inuentorũ petatur.*

Lentus *eſt tardus:et tam ad res, quàm ad perſonas refertur* Cic *In quo ego, non quò libenter malè audiam, ſed quia ego cauſam non libenter relinquo, nimium patiens, et lentus exiſtimet.* Lentitudo. Idem. *Illud nõ ſolùm eſt grauitatis, ſed interdũ etiam lentitudinis.* Lentè Idem. *Sed hæc obſcuriora uideri poſſunt, cùm ſine appoſitione exemplorũ lentius diſputantur.*

Piger. Cic. *Non quin mihi ſuauiſsimum ſit & occupato, & ad literas ſcribendas, ut tu noſti, pigerrimo tuæ memoriæ dare operam.* Pigritia *eſt negligentia, uel ignauia.* Idem *Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu ſcribam.* Pigrari. Idem. *Tu quæſo, quicquid erit noui (multa autem expecto) ſcribere ne pigrere.*

Segnis. Cic. *Ego, ſi cui adhuc uideor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi uidear, nõ laboro.* Segnities. Idem. *Quoniã de imprudentia dixi, caſtigemus etiam ſegnitiem hominũ atq; inertiã.* Segnitia. Teren. *Enimuerò Daue nihil ſegnitiæ loci eſt, neq; ſocordiæ.*

Deſidioſus Cic. *Sed ſi tota uita nihil uelis aliud agere, ipſa tractatio & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſa delectatione ueſtiges.* Liuius *Sedemus deſides mulierũ ritu inter nos altercantes.* Deſidia. Idem. *Nos umbris, delitijs, otio, languore, deſidia, animum infecimus.*

Socors

Socors. *Cic. Contra quos Carneades ita multa diſſeruit, ut incitaret homines non ſocordes ad ueri inueſtigandi cupiditatem. Socordia. Idem Vana ratio eſt, quæ ex falſa cauſa conſtat hoc modo: Amor fugiendus non eſt: nam ex eo ueriſsima naſcitur amicitia: aut hoc modo: Philoſophia uitanda eſt, adfert enim ſocordiam, atq; deſidiam.*

Veternus *morbus eſt ex nimio otio ſomnum perpetuum inducens.* Plaut. *Num eum ueternus, aut aqua intercus tenet? Pro nimia dormitione.* Plin. *Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno premuntur, ut ne uulneribus quidē excitari queant. Tunc mirum in modum ueterno pingueſcant. Veternus autē morbus, quia pigros homines facit. & ad negotia inutiles, queamadmodū ſenectus, ideò ueternus quandoq; pro pigritia ponitur.* Cic. *Erat in eadem epiſtola ueternus ciuitatis: gaudebam ſanè, & congelaſſe noſtrum amicum lætabar otio* Inde Veternoſus, *quem Cato pro hydropico ponit.* Terent. *Veternoſum Eunuchum uocat, qui ſegnis eſt, & quaſi ueterno confectum.*

Languor *eſt ſorpor & in re qualibet alacritatis, uirium ſiuè uigoris defectio. Ad animum cùm transfertur, pro corpore, & inertia eſt.* Cic *Expectatio legatorum quantum adferat languoris animis,*

quis non uidet? Idem. Nihil magis cauendum eſt ſenectuti, quàm ne languori, deſidiæq́; ſe dedat. Languidus. *Idem. Senectus non modò languida, atq; iners nõ eſt: ſed etiam eſt operoſa, & ſemper egens aliquid, & moliens.* Languere *eſt languidum fieri, & pertinet tam ad animum quàm ad corpus.* Cic. *Languet iuuentus, nec perinde atq; debet, in laudis, & gloriæ cupiditate uerſatur.* Languere *è uita.* Idem. *Qui cùm mihi mos notus eſſet, cumq́; è uia languerem, & mihimet diſplicerem, miſi pro amicitia, qui hoc diceret.*

Defeſſus *eſt languens. Sine caſu.* Cic. *Senatumq́; iam languentem, & defeſſum ad priſtinam uirtutem conſuetudinemq́; reuocaui, magis animi, quàm ingenij uiribus. Cum ablatiuo ſine præpoſitione.* Item *Neq; quiſquam eſt, quin ſatietate iam defeſſus ſit. Cum ablatiuo & præpoſitione de* Cic. *In Cumano nuper cùm mecum Atticus noſter eſſet, nuntiatum eſt nobis à M. Varrone ueniſſe eum Roma pridiem ueſperi, &, niſi de uia defeſſus eſſet continuo eum ad nos, uenturum fuiſſe.*

Hebeſcere. *Hebeſcit propriè gladij acies, cùm ſaxo illiſa retunditur. Tranſlatè eſt quicquid remiſsius fit, & tardius, ac lentius: quodq́; acumine, amiſſo uidetur obtuſius.* Cic. *Mentis acies ſeipſam*

intuens

intuens nonnunquam hebeſcit. Et in catilinam.

Hebetare eſt retundere, uel obſcurare, & ponitur pro hebeſcere. Cic. Locus ille animi noſtri ſtomachus ubi hebetabat olim, concaluit, ut digerat cruda multa facilius. Hebes propriè dicitur gladius cuius acies hebetata eſt, & retuſa: cui opponitur acutus gladius. Tranſlatè eſt, quicquid obtuſum eſt, tardum, aut rude: ut, homo hebeti ingenio, uel memoria, id eſt, ingenio, non acuto, ſed tardo: aut memoria non prompta. Cic. Tu quæſo cogita, quid deinde: nam me hebetem moleſtiæ reddi lerunt.

LITERAE pro ſtudio, uel doctrina, uel eruditione Cic Itaq; ne literæ quidem meæ impediuntur, in quibus ſine ullo interpellatore uerſor. Idē. Nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrinæ prodeſt. Dare, uel dedere ſe literis uel referre ſe, ad literas. Cic Quamobrem da, quæſo, te huic etiam generi literarum. Idem Multa mihi dant ſolatia, nec tamen, ego de meo ſtatu demigro: quæq; uita maximè eſt ad naturam, ad eam me refero, & literas, & ſtudia noſtra Abdere ſe in literas uel inuoluere ſe literis. Idē. Vbi ſalutatio defluxit literis me uoluo, aut ſcribo, aut lego Literas attingere, diſcere, uorare, ſcire, neſcire. Idem Qui ſerò, ac leui er Græcas literas attigiſſem. Lieras eſſe in aliquo. Ci. Multæ erant, & reconditæ in eo

in eo literæ: ius non erat. Literis politus, doctus, eruditus Idem. *Homo & Græcis doctus literis, & Latinis. Literatura pro ſcriptura* Cic. *Nam ut illa conſtat ex notis literarum, & ex eo, in quo imprimuntur illæ notæ: ſic confectio memoriæ tanquam cera locis utitur, & in ijs imagines, ut literas, collocat.* Pro *doctrina, & eruditione.* Idem. *An tu es ulla re cum eo comparandus? fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia, &c. Literatus.* Idem. *Quod literatum eſt, id eſt, melius, quàm quod non eſt literatum. Literatè* Idem. *Ambigua ſunt in primis acuta, atq; in uerbo poſita, non in re: ſed non ſæpe magnum riſum mouent: magis ut bellè, & literatè dicta laudantur.*

Illiteratus *dicitur, in quo nullæ ſunt literæ.* Cic. *Incidunt in ſermone uario multa, quæ fortaſſe illis nec illiterata, nec inſulſa eſſe uideantur.*

Studium *uel ſtudia abſolutè, aut cum genitiuo ponuntur.* Cic. *In ſtudijs ac literis noſtris conſumo omne tempus.* Idem *Qui uerò utraq; re excelleret, ut & doctrinæ ſtudijs, & regenda ciuitate princeps eſſet quis facile præter hunc inueniri poteſt? Studium incitare.* Cic. *Equidem etiam ex ijs fructum capio laboris mei, qui iam ætate prouecti in noſtris libris acquieſcunt: quorũ ſtudio legendi, meum ſcribendi*

bendi ſtudium uehementius in dies incitatur. Studijs teneri. Idem. Nam & Caßius tuus, & Dolabella noſter, uel potius uterq; noſter, ſtudijs ijſdem tenentur, & meis æquißimis utuntur auribus: ijſdem artibus oblectantur, uel operam dant. Studio flagrare, uel ardere. Idem Mirificè ſtudio philoſophiæ flagramus. Conferre ſe ad ſtudia. Cic Nam ut primum ex pueris exceßit Archias, atq; ab ijs artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ſe ad ſcribendi ſtudium contulit, primum Antiochiæ celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contingit. Studio incumbere. Idem. Quibus ille ſtudijs ab ineunte ætate ſe imbuerat. Studijs deditus. Idem. Ego uerò fateor me his ſtudijs eſſe deditum. Studia colere, uel celebrare. Idem. Cum ijs artibus, ſtudijsq; quæ colimus. Studia exercere. Idem. Atq; utinam quietis temporibus, atq; aliquo ſi non bono, at ſaltu certo ſtatu ciuitatis hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. Ad, uel in ſtudia incumbere. Idem. Quare incumbamus, ô noſter Tite, ad illa præclara ſtudia. Studium adhibere, ponere. Cic. Quidam autem id non tantum reprehendunt, ſi remißius agatur: ſed tantum ſtudium, tamq; multam operam ponendam in eo non arbitrantur. Studio affluere, uel abundare. Idem. Ibi natus eſt loco nobili, et celebri quondã urbe, & copioſa,

atq;

atq; erudítiſsimis hominibus, liberaliſsimiſq; ſtudijs affluenti. Studia ingraueſcere, id eſt, augeri. Idē. *Nam & ſi à prima ætate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maximè philoſophia delectauit, tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit, credo, & ætatis maturitate ad prudentiam, & his temporum uitijs.* Studia uigere, reſtinguere, remittere, intermittere, omittere, deſerere, ſilere, uel obſoleſcere. Cic. *Omnia deniq; bonarum artium ſtudia ſiluerunt.* Studium frangere. Fam. 6. A ſtudio abducere. Cic. *A quo ſtudio te abduci negotijs intelligo ex tuis literis: ſed tamē aliquid iam noctes te iuuabunt.* Referre ad ſtudia. Idē. *Multa mihi dant ſolatia, nec tamen ego de meo ſtatu demigro, quæq; uita maximè eſt ad naturam, ad eam me refero, & literas, & ſtudia noſtra.* Studia repetere, recolere, renouare. Cic. *Studiū philoſophiæ nunquàm intermiſſum, à primaq; adoleſcentia cultū, & ſemper auctū, hoc rurſus ſummo autore, et doctore renouato.*

Studioſus *licet propriè dicatur, cui aliquis, uel res aliqua in ſtudio eſt: tamen nonnihil etiam proprij in re literaria habet.* Cum caſu. Cic. *Te autē ab initio memoria teneo, ſummè omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe: omniaq;, quæ à ſapientiſsimis ad bene uiuendum tradita eſſent, ſummo ſtudio, curaq; didiciſſe.* Sine caſu. Idē. *Sed cùm in eo magnus error*

eſſet

eſſet, quale eſſet id dicendi genus, putaui mihi ſuſcipiendum laborem utilem ſtudioſis, mihi quidem ipſi non neceſſarium. Studioſè *eſt cupidè, & intento animo.* Cic. *Ego, quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabar, ſtudioſè, diligenterq; curabo.* Aliquando *ſtudio in ablatiuo, pro ſtudioſè ponitur.* Cic. *Verum, ut cœpi dicere, &* Erucius *hæc ſi haberet in cauſa, quæ commemoraui, poſſet ea quanuis diu dicere: & ego, Iudices, poſſum: ſed in animo eſt (quemadmodum autē dixi) leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquanq; rem, ut omnes intelligant, me non ſtudio accuſare, ſed officio defendere.*

Ars *eſt ratio, uel facultas, uel uia faciendi.* Ponitur *etiam pro præceptis, uirtute, doctrina, diſciplina ſtudio* Cic. *Quid artes, quibus à pueritia floruiſti, à te flagitent, tu uidebis.* Ars liberalis, *uel ingenua.* Cic. *Eleas* Hippias, *cū* Olympiā *ueniſſet maxima illa quinquennali celebritate ludorū, gloriatus eſt cuncta penè audiente Græcia, nihil eſſe ulla in arte rerū omnium quod ipſe neſciret: nec ſolū has artes, quibus liberales doctrinæ, atq; ingenuæ continerentur, ſed annulū, quē haberet: palliū, quo amictus: ſocros, quibus indutus eſſet, ſe ſua manu cōfeciſſe.* Arte inſtituere, *uel inficere.* Ci. *Alijs ne igitur artibus hūc* Dionē *inſtituit* Plato? *alijs* Iſocrates *clariſſimū uirū* Timotheū? Idē. *Video equidem*

equidem, inquam, ſed infici tamen iam debet ijs artibus: quas ſi, dum eſt tener, combiberit, ad maiora ueniet paratior. Eo modo *transfertur tingo. Tingitur enim propriè pannus, uel quicquid nouo colore inficitur, atq; imbuitur: ſed translatè dicitur aliquis uel literis, uel arte, uel in re alia tingi, qua aut inſtruitur, aut ornatur.* Cic. Auditus *eſt nobis Læliæ Caij filiæ ſæpe ſermo: ergo illam patris elegantia tinctam uidimus.* Imbuere *ab ea ſignificatione non abhorret.* Propriè *autem imbuuntur uaſa.* Horat. *Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorē Teſta diu.* Translatè *eſt idem quod immittere, inſtillare, aſpergere, implere, inſtruere re ipſa, de qua ſermo eſt.* Cic. *Bellum nefarium, & omni odio imbutum* Idem *Animi conſuetudine imbuti.* Idem. *Itaq; pueris imbuendus eſt bonis moribus.*

Artifex *eſt opifex, qui aliquid arte, uel artificioſe facit.* Cic. *Didici etiam, dum in iſtum inquiro, artificum nomina. Artificium eſt opus, uel opera in arte poſita. Ponitur interdum pro ipſa re.* Idem *Non iam ſatis eſt conſilio pugnare: artificium excogitandum eſt.* Artificioſus *Idē. Quid, ſi etiam ratio extat artificioſæ propenſionis facilis? diuinæ autem paulò obſcurior?* Artificioſe. *Idem. Cenſet enim artis maximè proprium eſſe creare, & gignere: quodq; in operibus*

ribus noſtrarum artium manus efficiat, id multò arti ficioſius naturam efficere.

Solers pro ingenioſo, perſpicaci & ſagaci. Cic. Nec conſitiones modò delectant, ſed etiam inſitiones: quibus nihil inuenit agricola ſolertius. Solertia eſt perſpicuitas, uel perſpicax prudentia. Cic. Tum eum dixiſſe, mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius, à quo eſſent illa dimenſa, atq; deſcripta. Solerter. Cic. Artes uerò innumerabiles repertæ ſunt docente natura: quam imitata ratio res ad uitam neceſſarias ſolerter conſequuta eſt.

Iners pro ignauo, deſidioſo, nihil agente, nihil moliente. Cic. Rectè genus hoc interrogationis ignauum, atq; iners nominatum eſt. Inertia eſt ignauia, deſidia. Cic. Quòd ſi, ut es, ceſſabis, laceſſam: nec tua ignauia etiam inertiam adferet.

Diſciplina pro arte, inſtitutione, more, uel conſuetudine ponitur. Cic. Quorum uſq; ad noſtram memoriam diſciplina naualis, & gloria remanſit. Actiuè. Idem. Imitari potius aui mores, diſciplinamq; debebas. Paſſiuè. Idem. Cuius prima ætas dedita diſciplinis fuit. Tradere in diſciplinam. Idem. At enim te in diſciplinam meam tradideras. Diſciplinam tradere, uel dare. Idem. Non ego multorũ ægrorum ſalutem ab Hippocrate potius, quàm ab Aeſculapio

lapio datam iudico: nec Lacedæmoniorum diſciplinam dicam unquam ab Apolline potius Spartæ, quàm à Lycurgo datam. Diſciplinam accipere, uel percipere. Idem. Inde Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene diſciplinam, primus omnium rerum deſcriptionem, & modum mentis infinitæ ui, ac ratione deſignari, & confici uoluit. Diſciplinam colere. Idem. Q. Aelius Tubero fuit illo tempore L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero: ſed uita ſeuerus, & congruens cum ea diſciplina, quam colebat.

Profiteri interdum eſt polliceri, uel deferre. Cic. Profiteor tibi meum ſtudium ad Rempub. defendendam. Pro præ ſe ferre, offerre, uel oſtentare. Idẽ. Ego uerò tibi profiteor, & polliceor eximiũ, & ſingulare meum ſtudium. Profiteri etiam eſt publicè, & apud acta aliquid denunciare: ut, cùm magiſtratui deferimus, quantum rei alicuius à nobis poßidetur, id eſt, ut uulgo dicitur, deſignamus poſſeßiones, & redditum noſtrum, uel bonorum noſtrorum magnitudinem. Sic ex prouincijs decedentes quondam imperatores profitebantur intra certos dies. Antiqui porrò liberos natos ſibi profitebantur apud acta, Iuue. Tollis enim, et libris actorum ſpargere gaudes Argumenta uiri. foribús ſuſpende coronas. Iam pater es. Cic. Edixerat, ut aratores iugera ſationũ ſuarum

profiterentur profeßio. Idem. *In Leontino iugerum ſubſcriptio, ac profeßio non eſt plus triginta.* Profiteri pro diſciplina & arte. Cic. *Quamobrem iſta tanta, tamq; multa profitenda, Craſſe non cenſeo.* Profeßio. Idem *Neq; uerò ego hoc tantum oneris imponam noſtris præſertim oratoribus, in hac tanta occupatione urbis, ac uitæ, nihil ut ijs putem licere neſcire: quanquam uis oratoris, profeßioq; ipſa bene dicendi hoc ſuſcipere, ac polliceri uidetur, ut omni de re, quæcunq; ſit propoſita, ab eo ornatè, copioſeq; dicatur.*

Inſtituere *eſt erudire, & informare ad artis alicuius rationem, uel diſciplinam: uel docere, & uelut conſilio inſtruere.* Cic. *Tibi, quid facias, definit: te inſtituit, tibi præcepta dat.* Idem *Sic inſtituis adoleſcentes?* Inſtitutio. Idem. *Sic ego conſeruans rationem, inſtitutionemq; noſtram, tueor, ut poſſum, illam à me conglutinatam concordiam.*

Docere. *Abſolutè.* Cic. *Quintus filius tuus puer optimus eruditur egregiè. Hòc nunc magis animaduerto, quòd Tyrannio docet apud me.* *Cum accuſatiuo ſimplici.* Cic. *Cicerones noſtros meo potius labore ſubdoceri mallem, quàm me alium magiſtrum quærere.* *Cum accuſatiuo duplici.* Item. *Quid nunc te aſine literas doceam? non opus eſt uerbis, ſed fuſti-*

bus. Cum accuſatiuo & ablatiuo pretij. Idem. *Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam profcram, nihil ſapere docuit. Cum accuſatiuo & ablatiuo artis.* Idem. *Socratem fidibus docuit nobiliſsimus fidicen: is Connus uocitatus eſt, num id obſcœnum putas? Cum ablatiuo & præpoſitione de.* Idem. *Peruulgatas res requiris, inquit, & tibi non incognitas Salpiti. quis enim de iſto genere non docuit, non inſtituit, non etiam ſcriptum reliquit?* Pro *certiorem facere, uel monere.* Idem. *Nihil arbitror fore, quod repræhendas: ſi qua erunt, doce me.* Pro *probare, uel oſtendere.* Idem. *Illud cuiuis facile eſt docere, cur præcipuè tu dolere non debeas.*

Edocere. Cic. *Veriſimile aiunt, quod uſus reapſe experiendo edocet.*

Condocefacere, & *condocefieri.* Cic. *Nemo eſt, qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eumq́; condocefacia t, ut ea, quæ bona, maláue uideantur, poßit contemnere.*

Doctor *eſt præceptor, interpres, uel magiſter.* Cic. *Quando autẽ, & quomodo id faciat, nihil ad hoc tempus: quoniam iudicem me eſſe non doctorem uolo.*

Docilis *eſt, qui uel attente uult audire, uel qui facilè docetur, non hebeti quidem ingenio, aut tardo,*

ſed

ſed acri, & ad doctrinam percipiendam apto. Docilitas. Idem. Prioris generis eſt docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellãtur uno ingenij nomine: eaſq; uirtutes qui habent, ingenioſi uocantur.

Doctus eſt literatus, uel doctrina excultus, literis perpolitus. Cic. Itaq; & doctis eloquentia popularis, & diſertis elegans doctrina defuit. Doctus ad aliquid. Terent. In eodem omnes mihi uidentur ludo docti ad malitiam. Pro commonefacto. Idem. Quæ cùm eſſet loquutus monui regem, ut omnem diligentiam ad ſe conſeruandam adhiberet, amicoſq; in patris eius fide, atq; iudicio probatos hortatos ſum, Regis ſui uitam docti caſu acerbiſſimo patris eius omni cura, cuſtodiaq; defenderent.

Doctrina eſt eruditio. Cic. Qui in artium ſtudijs liberaliſſimis ſunt, doctriniſq; uerſati.

Documentum eſt admonitio, præceptum, exemplum, uel monumentum. Cic. Homo omnium ſcelerum, flagitioſorumq; documentum. Documentum dare, ſtatuere, capere. Cicero. Dederas enim, quàm contemneres populares inſanias, iam ab adoleſcentia documenta maxima. Documentum habere. Sall. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello ſæpius uindicatum eſt in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnauerant. Do-

cumento habere. Cic. Deinde habeat me ipſum ſibi documento, quæ uitæ uia facillimè uiros ad honorem, dignitatemq́; perducat.

Doctè *eſt peritè uel literatè*. Cic. *Nam quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem, & in filiã meam inuaſiſti (quæ facilius mulieres ſe à uiris abſtinuerunt, quàm tu uir à uiris) ſatis doctè, ac peritè feciſti.*

DEDOCERE. Cic. *Ne illud quidem Phyſici eſt, credere aliquid eſſe nimiũ quod profectò nunq̃ putauiſſet, ſi à Polyeno familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet, quã illã etiã ipſum dedocere.*

Indocilis Cic. *Dictum eſt hac de re alio loco diligentius: ſed quia nimis indociles quidam, tardiq́; ſunt, admonendi uidentur ſæpius.*

Indoctus *eſt ineruditus, uel imperitus, ac tam extra perſonam eſt quàm in perſona*. Ci. *Si apud indoctos, imperitosq́; dicemus*. Idem. *Iſti, qui profitentur, eam facere non poſſunt, ex leuiſſimo enim, & indoctiſſimo genere conſtant* Indoctè. Idem *Quæ qui uideat, non indoctè ſolùm, uerum etiam impiè faciat, ſi deos eſſe neget.*

Erudire, *cum accuſatiuo* Cic. *Quintus filius puer optimus eruditur egregiè: id eſt Quintũ filium puerum erudiunt egregriè. Cũ accuſatiuo et ablatiuo*

fine

ſine præpoſitione. Idem. *Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſummæ uirtutis adoleſcentem cum cæteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui ſic erudias*. *Cum ablatiuo, & præpoſitione in*. Idem. *Non fugiſſet hoc Græcos homines, ſi ita neceſſe eſſe arbitrati eſſent, oratorem ipſum erudire in iure ciuili, non pragmaticum adiutorem dare*. *Cum duplici accuſatiuo & præpoſitione ad*. Cic. *Fallaces ſunt permulti, & leues, & diuturna ſeruitute ad nimiam aſſentationem eruditi*. *Pro certiorem facere, uel conſilio inſtruere*. Idem famil. 10. lib. *Obuiæ mihi uelim ſint literæ tuæ, quæ me de omni Repub. erudiant*.

Eruditus, *pro docto*. *Abſolutè* Cic. *Eruditus eſt, qui omnibus bonis artibus politus eſt*. *Cum ablatiuo ſine præpoſitione*. Idem. *Vir doctrina, atq; optimarum artium ſtudijs eruditus*. *Cum ablatiuo et præpoſitione in*. Idem. *Sin quæ res inciderit, in qua de natura, de uitijs hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum ſit forſitan, ſi ei ſit uiſum (etſi hæc quidem noſſe debet orator) cum Sext. Pompeio erudito homine in philoſophia communicabit*. *Cum accuſatiuo & præpoſitione ad*. Idem. *Præterea Caium. Marium. P. Didium. Quintum Catulum. P. Craſſum non literis*

Tum Catulus, eſt, inquit, ut dicis Antonij, ut pleriq; philoſophi nulla tradunt præcepta dicendi, & habeant paratum tamen, quid de re quaq; dicant. Præcepta accipere. *Idem. Neq; uerò hoc fugi ſapientiſſimũ regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorẽ aſcierit, à quo eadem ille & agendi acciperet præcepta, & loquendi.* Præceptũ tenere, pro ſeruare. *Idẽ. Atq; etiã hoc præceptũ officij diligenter tenendũ eſt, ne quẽ unquam innocentẽ in iudiciũ capitis arceſſas.*

Tradere *pro præcipere, docere, uel præcepta dare.* Cic. *Non facile eſt inuenire, qui quod ſciat, non tradat alteri.*

Magiſter *eſt, cuius autoritatem: & exemplum in re quauis ſequimur, uel cui præcipua rerum cura incumbit. Hinc magiſtros pagorum, ſocietatum, uicorum, collegiorũ appellant, qui pagis, uicis, ſocietatibus, collegijs præſunt.* Magiſter pro præceptore. *uel doctore artium.* Ci. *Dedit etiã alterã illã mihi qua iubes eum mihi eſſe affixum tanquàm magiſtro.* Trãslatè. Idem. *Si uſus magiſter eſt optimus, mihi debet, eſſe notiſſimus.* Magiſter pro eo, quẽ imitamur in re aliqua. *Idẽ. Breuitatẽ ſequutus ſum te magiſtro.* Magiſter eſt etiã, *cuius præcipua eſt in re aliqua autoritas.* Ci *Qui magiſter eſt in ea ſocietate, id eſt, qui præeſt illi ſocietati.* Magiſter equitũ, *eſt, cui ſumma po-*

teſtas in equites erat, addebaturq́; dictatori cui ſumma poteſtas erat in populum, unde & magiſter populi dicebatur. Cic. Si Sylla potuit efficere, ab interrege ut dictator diceretur, & magiſter equitum, cur hic nō poßit? Magiſterium eſt magiſtri dignitas, ſeu officium. Cic. Me uerò & magiſteria delectant è maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo.

Diſcere *eſt diſciplinam accipere, comprehendere, uel animo complecti. Extra doctrinam eſt certiorem fieri, uel cognoſcere. Cic. Nunc quoniam tu ita ſentis, eam partem orationis prætermittam: tibi tamen agam, ut debeo, gratias. animaduerti enim & didici ex tuis literis, te omnibus in rebus habuiſſe rationem, ut mihi conſuleres, reſtitueresq́;, & præparares quodammodo omnia, quò mea ratio facilior, & ſolutior eſſe poßit. Ad doctrinam pertinens, idq́; abſolutè. Cic. Liber ſemper diſcere. Cum accuſatiuo. Cic. Rectè igitur de cauſa dicendâ nihil præcipuunt. Cum ablatiuo. Idē, Quod cùm fecisse Socratē in fidibus audirem (diſcebant enim fidibus antiqui) in literis certe elaboraui. Cum aliūs uerbi infinitiuo. Idem. Illum cohortatus ſum, ut in ſua uita conſeruanda primùm regnare diſceret.*

Addiſcere. *Cic. Magiſter hic Samnitū ſumma*

iam ſenectute eſt, & quotidie cõmentatur: nihil enim erat aliud, niſi ea, quæ quæ uelocius puer addidicerat.

Perdiſcere. Cic. Quòd certe ita fieret, ſi tu maluiſſes beneuolentiæ, quàm litium iura perdiſcere.

Ediſcere eſt memoriæ mandare. Cic. Lepta ſuauiſsimus ediſcat Heſiodum, & habeat in ore.

Dediſcere. Cic. Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani tui.

Diſcipulus eſt doctoris, & præceptoris auditor, qui ſe ſcilicet alicui in diſciplinam tradit. Cic. Hirc ,n ego, & Dolabellam dicendi diſcipulos habeo, cœnandi magiſtros.

Condiſcipulus eſt, qui ſimul cum aliquo diſcipulus eſt, aut alij adiunctus præceptorẽ audit. Cic. Etiam, atq; etiam uale patrone, & tui condiſcipuli.

Percipere propriè. Cic. Vicinum citius adiuueris in frugibus percipiendis, quàm propinquum. Translatè pro diſcere, uel ſenſu cõprehendere. Idem. Si ſingulas diſciplinas percipere magnum eſt, quantò maius omnes. Perceptio. Propriè. Cic. Non ualetudinis curatio, neq; nauigatio, neq; agricultura, neq; frugum, fructuumq; reliquorũ perceptio, & conſeruatio ſine opera hominũ ulla eſſe potuiſſet. Translatè Idẽ. Ars uerò quæ poteſt eſſe, niſi quæ non ex una, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat?

Compre-

Cõprehendere propriè eſt manu capere. Cic. Is hominẽ comprehendit, & in cuſtodiam Epheſi tradidit. Translatè. Cic. Vt facinus ipſum manifeſtè cõprehenderetur. Comprehendere cum ablatiuo iunctum pro proſequi. Idem. Vehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua comprehenderis. Pro perſtringere, cõcludere, uel continere. Cic. Cato uerbis luculentioribus, & pluribus rem eandem cõprehenderat. Idem. Ipſa natura circũſcriptione quadam uerborũ comprehendit, concluditq; ſententiam. Pro percipere, uel intelligere. Idem. Ad rerum naturaliũ memoriã cõprehendendam impulſi ſumus.

Noſcere eſt notitiam habere, noſcimusq; tam perſonas, quàm res. Cic. Vereor ne iſtam cauſam nemo noſcat. Idem. Sed ſi ego hos bene noui, literã &c. Notio eſt cognitio, intelligentia, notitia, uel indicium. Vel, eſt inſita, & antè percepta cuiuſq; formæ cognitio, enodationis indigens. Cic. Omnis notio Pontificũ, cùm adoptaret, eſſe debuit. Notitia eſt cognitio. Idem Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda eſt.

Cognoſcere eſt cognitum habere, uel percipere. Cic. Quibuſdã uiſum eſt, nihil certum ſciri, nihil planè cognoſci, & percipi poſſe. Cognoſcere ad rem iudiciariã pertinens, & tunc dicimur cauſam cognoſcere, uel de cauſa cognoſcere, id eſt, ius cauſæ diſcutere, ut

tere, ut tandem dijudicetur. Cic. Verres *calumniatores apponebat*: Verres *cauſam cognoſcebat*: Verres *cauſam iudicabat*. *Aliquando extra iudiciũ eſt, & cognoſcunt rem aliquam, uel de re aliqua, quibus datum eſt, & cõmiſſum de illa re negotium, onusq́; cognoſcendi impoſitum.* Cic. *Decreuit Senatus, ut de ea re cognoſcerent, & ſtatuerent* COSS. *Cognitus.* Idem. *Homo in utraque fortuna cognitus multis ſignis & uirtutis, & humanitatis.* Cognitor, *uide alio in loco.* Cognitio *pro iudicatione.* Cic. *Cùm cognitionis dies eſſet, & ipſe* Rutilius *rogatu ſociorũ domum ad* Galbam *manè ueniſſet.* Cognitio *pro intelligentia, uel notione.* Idem. *Ipſæ quidem res in perfacili cognitione uerſantur.* Cognitionem *habere, eſt, in cognitione poſitum eſſe.* Idem. *Quæ corporis ſunt, ea nec autoritatem cum animi partibus cõparandum, & cognitionẽ habent faciliorem.* Cognitionem *facere.* Idem. *Cauſarũ cognitio cognitionem euentorum facit.* Cognitionem *capere, uel accipere.* Idem. *Quæ contuens animus accipit ab ijs cognitionem deorum.*

Intelligere *pro certiorem fieri, cognoſcere, perſpicere, uel animaduertere.* Vide ſupra. *Hîc pro coniectura, & ſcientia informare ponitur: aut pro intelligentia, & oratione cõprehendere, animoq́; percipere.* Cic. *Vtrum hoc tu parum meminiſti, an ego non*

ſatis

ſatis intellexi. Intelligens eſt callidus, & ingenioſus. Idem Exiſtimator doctus, & intelligens. Intelligētia. Cic. Quid cenſes hunc ipſum Sext Roſcium? quo ſtudio, & qua intelligentia eſſe in ruſticis rebus?

Scire pro ſcientia, & doctrina, arteq; inſtructū eſſe. Cum accuſatiuo Cic. Ars eſt earum rerum, quæ ſciuntur: Oratoris autē omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. Cum præpoſitione de. Idem Iam uerò de legibus inſtituēdis, de bello, de pace, de ſocijs, de uectigalibus, de iure ciuium generatim in ordines, ætateſq; deſcripte dicant Lycurgū, aut Solonem ſciſſe melius, quàm Hyperidem, aut Demoſthenem. Cum ablatiuo. Teren Is ubi hanc forma uidet honeſta uirginem, & fidibus ſcire, pretium ſperans, illico perduxit, uendit. Cum aduerbijs. Idem Sed fac ita non eſſe. num Latinè ſcit? Sciens interdum eſt cum peritia & intelligentia. Cic. Exercitus is, cui præpoſitus eſt ſapiens, & callidus Imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is, qui ſtultitia, & temeritate adminiſtratur. Eadem nauigij ratio eſt, nam nauis optimè curſum conficit ea, quæ ſcientiſſimo gubernatore utitur. Interdum conſiliū captum habet. Cic. Plancius offendit ſciens neminem. Scienter eſt intelligēter, aut cum arte, & peritia. Idem Neminem in eo genere ſcientius uerſatū Iſocrate confitendū eſt. Inſciens Idē.

Nihil

Nihil in ea re per collegam meum me inſciente eſſe factum Idem. *Prudens & ſciens ad interitum ruebam.*

Imprudens. *Cic. Multa ſæpe imprudentibus Imperatoribus uis belli, ac turba molitur. Imprudenter eſt per imprudentiam, uel per ignorantiã, uel inſcienter. Cic. Incidere uerò omnes pedes in orationem etiam ex hoc intelligi poteſt, quòd uerſus ſæpe in oratione per imprudentiam dicimus.*

De induſtria. *Cic. Non uerbum ita traijciat. ut id de induſtria factum eſſe uideatur.*

Data, *uel dedita opera. Cic. Si dedita opera, cùm cauſa nulla eſſet, tabellarios ad eum cum inanibus epiſtolis mitterem, facerem ineptè.*

Conſultè. *Cic. Facit de ſe coniecturam: cuius tanta uis ingenij eſt, ut neminem niſi conſultè putet, quod contra ſeipſum ſit, dicere.*

Inconſultò, *uel inconſultè. Cic. Multi patrimonia effuderunt inconſultè largiendo.*

Improuiſo. *Cic. Sanè homini præter opinionem improuiſò incidi: ſcrutatus ſum, quæ potui, & quæſiui omnia.*

De improuiſò. *Cic. De improuiſò Chryſis ubi me aſpexerit, alacris obuiam mihi ueniet, complexum exoptans meum.*

Ex improuiſo. *Cic. Tu ipſe ex Sicilienſi edi*

cto hoc

cto hoc ſuſtuliſti,uoluiſti,ex improuiſo ſi quæ res natæ eſſent,ex urbano edicto decernere. Improuiſus. Idem. *Cum hoc illi improuiſum,inopinatumq́; accidiſſet.*

Temerè *eſt inconſultè,ſine ratione,et iudicio, aut fortuitè.* Cic. *Non ſcribo hoc temerè. Temerè pro fortuitò uel caſu.* Idem. *Non temerè fama naſci ſolet.*

Scientia *eſt cognitio,uel intelligentia,aut doctrina,uel diſciplina.* Cic. *Tuæ ſcientiæ excellenti,ac ſingulari non multo plus,quàm noſtræ relictũ eſt loci.* Scientiam habere. Idem. *Si negem me unquàm iſtas literas ad te miſiſſe,quo me teſte conuinces? an chyrographo? in quo habet ſcientiam quæſtuoſam.*

Scitus *eſt ſciens, & argutus, poniturq́; pro eleganti,& pulchro.* Teren. *Scitum hercle hominem: hic homines prorſus è ſtultis inſanos facit.* Scitè. Idem. *Hæ rationes nobis ſatis ſcitè inſtructæ, & compoſitæ uidentur.*

Inſcitus. Cic. *Quid inſcitius autem eſt, quàm mentes mortaliũ falſis,& mendacibus uiſis concitare?* Inſcitè. Idem. *Democritus nõ inſcitè nugatur,ut phyſicus.* Inſcientia. Idem. *Inſciẽtia multa uerſatur in uita.* Inſcitia. Idem. *In noſtris inſcitia eſt.* Inſcius. Idem. *Socrates ſe omnium inſcium fingebat,& rudem.*

Neſcius. Cic. *Iratum te regi Deiotaro fuiſſe, non erant neſcij.*

Rudis

Rudis propriè dicitur recens, uel impolitus, uel imperfectus. Ouid. Vnus erat toto naturæ uultus in orbe, Quem dixere chaos, rudis, indigeſtaq; moles. Translatè pro imperito & indocto. Cic. Qui omniũ rerum rudes eſſe uidentur.

Rudimentũ eſt prima diſciplinarũ exercitatio, quod poſuit Plinius pro initio, rudimentũ lucis uocans, pro initio uitæ. Cic. An ullum exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium, qui non his artibus, & diſciplinis ſit eruditus? an ulla alia putas eſſe rudimenta, & incunabula uirtutis? Rudimentum ponere dicitur, qui iam rudis eſſe deſinit, & aliquem progreſſum habet, cœpitq; fieri politior, & inſtructior. Idem. Verum eò magis odiſſe debetis hominẽ, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus poſuit rudimentum: ſed ita ingreſſus eſt, ut neq; ab alio uinci poßit, neq; ipſe ſe omnino reliqua ætate præterire.

Neſcire. Cic. Nemo enim diſertus eſſe poteſt, quod neſciat.

Ignorare eſt neſcire, non cognitum habere. Cic. Deinde exhauri mea mandata, maximè quæſo, quoad potes, ne illo domeſtico ſcrupulo, quẽ non ignoras. Ignorans. Idem. Iuuat magnificè loqui, & certè decet aduerſus ignorantes, quid pro quoq; timendum, aut à quoq; petendum ſit. Ignoratio. Idem. Peripateticorũ

teticorum conſuetudo dicendi non ſatis acuta uidetur propter ignorationem dialecticæ. Ignorantia. Idem. *Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis in famu latu fuerunt.*

Tenere. *Cic. Sic uideo philoſophis placuiſſe ijs, qui mihi ſoli uidentur uim uirtutis tenere.*

Callere *eſt tenere, ſcire, ſcientiam habere, uel arte præditum eſſe.* Cic. *Vbi eum locum omnem cogi tatione ſepſeris, ſi modò uſum rerum percallueris, nihil te effugiet.* Callidus *pro aſtuto, uafro, uerſuto & malitioſo.* Idem. *Deinde in hoc homo luteus etiam callidus, ac ueterator eſſe uult.* Calliditas. Idem. *Fuit ſtulta calliditas peruerſè imitata prudentiã.* Callidè. Idẽ. *Callidè, qui illa compoſuit, perfecit, ut, quodcunq; accidiſſet, prædictum uideretur..*

Peritus *eſt ſciens, gnarus, & intelligens. Abſolutè. Cic. Hæc ab hominibus callidis, ac peritis animaduerſa ſunt.* Cum genitiuo. Idem. M. *Cato iuris ciuilis omnium peritiſſimus.* Cum ablatiuo. Idem. *Nec uerò alienum eſt, ad ea eligenda, quæ dubitationẽ adferunt, adhibere doctos homines, uel etiam uſu peritos.* Cum accuſatiuo, & præpoſitione ad. Idem. *Qui legum, & conſuetudinis ad reſpondendum, & ad cauendum peritus ſit.* Peritè. Idem. *Ne hæc quidem reprehendo: ſunt enim concinnè diſtributa: ſed tamen*

id quod

id quod neceſſe fuit hominibus expertibus ueritatis, non peritè.

Imperitus. Cic. *Homo imperitus morum, agricola, ruſticus.* Imperitè. Idem: *Sed quàm eſt illud imperitiſſimè dictum de populis fundis? quod cõmune librorum & populorũ, non proprium fœderatorũ?*

Gnarus *eſt peritus, uel ſciens.* Cic. *Inferioris autem ætatis erat proximus L. Siſenna doctus uir, & ſtudijs optimis deditus, bene latinè loquens, gnarus Reipub. non ſine facetijs, nec ſatis uerſatus in cauſis.*

Ignarus *eſt rudis, imperitus, indoctus, inſcius. Sine caſu.* Cic. *Non ſum ignarus, quibus ea rebus conſequaris. Cum caſu.* Idem. *Ea requiruntur à me, quorum ſum ignarus, atq; inſolens.*

Exercere *pro ſolicitare uel augere.* Cic. *Nullam uirtus aliam mercedem laborum, periculorumq; deſiderat, præter hanc laudis, & gloriæ: qua quidem detracta Iudices, quid eſt, quod in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui, tanti nos laboribus exerceamus?* Exercere *pro uerſari in aliqua re: uel conſuetudinem, atq; exercitationem capere, factitare, colere.* Extra perſonam. Idem. *Meſſala graui iudicio, multaq; arte ſe exercuit in ueriſſimo genere dicendi.* Idem. *In ſeſe quotidianis cõmendationibus acerrimè exercuit.* Extra perſonam, *idq; in bonam partem,*

eſt factitare, agitare, & aſsiduum, penéq; totum in re aliqua eſſe. Idem. *Scauri iudicium ſtatim exercebitur.* Idem. *At memoria minuitur, credo, niſi exerceas eam aut etiam ſi ſis natura tardior.* In malam partem. Cic. Videte, *ne nimium familiariter inimicitias exercere uideare.* Exercitus *pro ſolicito, & anxietate affecto, uel agitato.* Cic *Quo quidem etiam magis ſum non di cam miſer, ſed certè exercitus.* Exercitus *pro exercitato, uel callido.* Idem *Poſtremò ipſe eum in omnibus uitæ partibus honeſtus, atq; integer, tum in re militari cum ſummi conſilij, & maximi animi, cum uerò uſu quoq; bellorum gerendorũ in primis eorum hominũ, qui nunc ſunt, exercitus.* Exercitatus *eſt uerſatus, non rudis, aut expers.* Cic. Homo *& in alijs cauſis exercitatus, & in hoc multum, & ſæpe uerſatus.*

Inexercitus Cic. *Aſclepiadẽ ferunt non ignobilem, nec inexercitũ philoſophum, cùm quidam quæreret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, ut puero uno eſſet comitatior.* Inexercitatus. Idem. *Adhuc pari animo inexercitatũ militem, mulier uidebitur.*

Exercitatio *eſt aſsiduus uſus, uel uſu, & ſtudio, cõmendationeq; diuturna comparata conſuetudo* Cic. *Quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo.*

Vſus *pro exercitatione, uel tractatione.* Cic. Ver

Ver magna prudentia, uſu, & exercitatione prædi-tus. Vſum habere. Idem. *Quia multarũ rerum uſum haberet.* In uſu eſſe. Idem. *Nos ea, quæ ſunt in uſu, uitaq́; cõmunis non ea, quæ finguntur, aut optantur, ſperare debemus.*

Vſitatum *quod in uſu eſt, uel peruulgatum.* Cic. *Hoc iam uetus eſt, & maiorum exemplo multis in rebus uſitatum.*

Inuſitatũ. Cic. *Alter lepòrem quendam inuſitatum noſtris orationibus eſt conſecutus.*

Volutare *propriè.* Cic. *Itaq; nihil aliud ſtudet, niſi, ut lutulentus ſus, cum quouis uolutari* Tranſlatè *aut extra rem literariam, & ſæpe in malam partem.* Cic. *In maximo ſqualore uolutatus eſt.* Ad rem literariam pertinens Idem. *Vſitatis poterit his uti, & lectiſsimis, qui in ueteribus erit ſcriptis ſtudioſè, & multum uolutatus.*

Induſtria *pro ſcientia, & prouidentia.* Cic. *Mihi poſtea in labore perferendo, induſtria non deerit.* Induſtriam ponere. Idem. *Non eſt meum, qui in ſcribendo tantum induſtriæ ponam cõmittere, ut negligens ſcribendo fuiſſe uidear, præſertim cùm id non modò negligentis, ſed etiam ingrati animi crimen futurũ ſit.* Induſtrius. Idem. *In rebus gerendis uir acer, & induſtrius.* Induſtriè Idem. *Quod par amicitiæ*

fuit unquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego, & Cn. Pompeius? quis apud populum Rom. de illius dignitate induſtrius? quis in Senatu ſæpius dixit?

VIRTVS. *Cic. Inſignia uirtutis multi etiam ſine uirtute aſſequuti ſunt: talium uirorū tanta ſtudia aſſequi ſola uirtus poteſt. Idem lib 4. Tuſcul. Virtus pro præſtantia, uel laude. Cic. Dicendi uirtus, niſi ei, qui dicit, ea, de quibus dicit, percepta ſunt, extare non eſt.*

Eloquentia *eſt loquendi uis, uel copioſè loquens ſapientia: & dicendi ratio Cic. Vt hominis decus eſt ingenium, ſic ingenij lumen eſt eloquentia.*

Eloqui *eſt eloquētia uti, uel dicere, aut effari, & exprimere. Cic. Omnes iſto eloquendi, & exprimendi genere ſuperaſti. Eloquutio non tam facundiæ ſpeciem habet explicationis. Idem. Circuitio eſt oratio rem ſimplicem aſſumptam circumſcribens eloquutione. Eloquens dicitur copioſus ad dicendum. Idem. Peripatetici eloquentes, & in dicendo ſuaues, & ornati fuerunt.*

vel eloquens Diſertus *ad perſonam pertinens. Cic. Quaſi rhetor ille te diſertum facere poſſet. Ad res. Idem. Si, ut ſcribis, hæ literæ non fuerunt diſertæ, ſcito meas non fuiſſe. Diſertè. Cic Quamobrem iſta tanta, tamq; multa*

multa profitenda Craſſe non cenſeo: ſatis, id eſt, magnum, quod potes præſtare, ut in iudicijs ea cauſa, quacunq; tu dicis, melior, et probabilior eſſe uideatur: ut in concionibus, ut in ſententijs dicendis ad perſuadendum tua plurimũ ualeat oratio: deniq; ut prudentibus diſertè, ſtultis etiam uerè dicere uidearis.

Indiſertus *ad perſonam pertinens*. Cic. *Publius etiam Popilius cum ciuis egregius, tum non indiſertus fuit.* Ad rem pertinens. Idem. *Quorum ſi alterum ſit optandum, malim equidem indiſertam prudentiam, quàm ſtultitiã loquacem.* Indiſertè. Idem. *Orationem meam collaudauit ſatis multis uerbis, non mehercule indiſertè Seuerus Antiſtius.*

Facundus *eſt doctus, & elegans.* Ouid. *Non formoſus erat: ſed erat facundus Vlyſſes.*

Elegans. *Cum eloquentiæ eſt.* Cic. *Antè ſcripta epiſtola ex duabus tuis prior mihi legi cœpta eſt. Illa omnium quidem elegantiſsima.* Extra eloquentiã. Idem *Faceta & elegans ironia.* Elegantia *eſt uerborum, & orationis, uel rei cuiuslibet munditia & lautitia.* Ad eloquentiam pertinens. Idem *Facilè cedo tuorum ſcriptorum ſubtilitati, & elegantiæ.* Extra eloquentiam. Idem. *Tu eloquentiam ab elegantia doctrinæ ſegregandam putas?* Eleganter *ſignificat enucleatè, politè, ornatè, uenuſtè, pulchrè.* Tuſcul. 2.

Idem. Cauſam pro publicanis accuratè, ut ſemper ſo litus eſt, eleganterq; dixit Lælius.

Inelegans. *Ci. Phyſica ratio non inelegans incluſa eſt in impias fabulas.* Ineleganter. *Idem. Oratio non ineleganter ſcripta.*

Affabilis *eſt in ſermone iucundus, & gratus uel comis, & lenis, aut facilis. Terent. Meditor eſſe affabilis, & bene procedit. Affabilitas alloquendi facilitatem ſignificat, ſermonis comitatem, uel audiendi lenitatem. Idem. Difficile dictu eſt, quantopere conciliet animos hominũ comitas, affabilitasq; ſermonis.*

ORARE *pro orationem habere, uel cauſam dicere. Cic. Qui poſſit ueſtra in nos uniuerſa promerita non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando?*

Perorare *abſolutè. Cic. Cum horas ferè tres dixiſſet, odio, & ſtrepitu Senatus, coactus eſt aliquando perorare. Cum caſu. Idem. Res illa die non peroratur, dimittitur iudicium. Idem. Dicta eſt à me cauſa Iudices, & perorata.*

Orator *aut pro legato ponitur. Cic Fœderũ, pacis, belli, induciarum oratores fœciales iudices ne ſunto. Aut pro eo, qui cauſas dicit. Idem. Orator plenus, atq; perfectus is eſt, qui de omnibus rebus poſſit uariè, copioſeq; dicere. Oratorius. Idẽ. Illam orationẽ*

diſertam

diſertam ſibi, & oratoriam uideri dicebat: fortem & uirilem non uideri. Oratoriè Idem. *Nihil eſt aliud pulchrè, & oratoriè dicere, niſi optimis ſententijs, uerbisq; lectiſsimis dicere.* Oratio, *hic pro cauſarum actione, uel dicendi exercitatione, uel ſtili forma, & præcipuã elegantiam habet in adiectiuis & ſubſtantiuis, quæ ita diſtinguemus, ut uel laudem habeant, uel uitium* Cic. *Eſt oratio ſcripta elegantiſsimè ſententijs & uerbis, ut nihil poſſit ultra.* Idem. Peracutum & *artis plenum orationis genus.* Vitium habens. Idem. *Qui non poſſunt in illa facetiſsima uerborum attenuatione commodè uerſari, ueniunt ad aridum, & exangue genus orationis.* Orationem aucupari. Idem. *Non ſum ignarus Iudices cauſarum, non tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undiq; floſculos carpam, atq; delibem.* Orationem habere. Idem. *Quæ autem in multitudine, cum contentione habetur oratio, ea ſæpe uniuerſam excitat gloriam: magna eſt enim admiratio copioſè, ſapienterq; dicentis.* Orationem dicere. Idem. *Recitetur oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de ſcripto eſt.*

Peroratio *eſt epilogus.* Cic. *Poſt omnia, perorationem inflammantem, reſtinguentemq; concludere oportet.*

Dicere *eſt loqui, narrare, uel uerba facere.* Cic. *Quid hoc iniquius dici, aut commemorari poteſt?* Paſſiuè *celebritatem & famam continet, uulgiq; peruagatum quoddam teſtimonium.* Cic. *Quid Ariſteus, qui oliuæ inuentor dicitur Apollinis filius?* Pro *eloqui, aut in arte oratoria uerſari.* Idem. *Vt optimè quiſq; dicit, ita maximè dicendi difficultatem, uarioſq; euentus orationis, hominumq; pertimeſcit.* Pro *orationem habere, uel reſpondere.* Idem. *Diem ſcito eſſe nullum, quo die non dicam pro reo.* Cum *ad.* Idem. *Non temerè dixit* Hortenſius *ad Quæſtorem.* De *ſcripto dicere, eſt orationem ſcriptam pronunciare, non eam ſuppeditante memoria habere.* Cic. *Recitetur oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de ſcripto eſt.* Dicimus *etiam de ſcripto recitare, uel ex ſcripto.* Liuius *prima oratio fuit omnia permittentis arbitrio Romanorum. Deinde cùm ea uana, & ſine effectu nihil proficerent, eò deductæ res, ut his conditionibus, quæ ex ſcripto paucis antè diebus editæ erant, induciæ fierent.* Dictum, *pro dicaci ſermone.* Cic. *Dicere aiunt* Ennium, *flammam à ſapiente facilius ore in ardente optimi, quàm bona dicta teneat.* Hæc *ſcilicet bona dicta, quæ ſalſa ſunt: nam ea dicta appellantur proprio iam nomine.* Dictum *pro ſermone.* Cic. *Vter noſtrum eſt cu*

pidior

pidior diſci? Dicto Idem. *Totam cauſæ mulæ dictio nem in certas partes diuidam.*

Dictitare *eſt frequenter dicere, & narrare, uel frequenti & crebro ſermone diſsipare, & uulgari.* Cic *Vt tui familiariſsimi dictitant.* Dictare *eſt dicere quod alter ſcribens excipiat, & manu, ſtiloq́; notet.* Idem. Hanc *epiſtolam dictaui ſedens in rheda, cùm in caſtra proficiſcerer.* Dictata *ſunt interpretationes, quæ à Ludi magiſtris dictantur.* Horat. *Sic iterat uoces, & uerba cadentia tollit, Vt puerum ſæuo, credas dictata magiſtro.* Dictata *in alijs artibus.* Iuuen. *Peragit dictata magiſtri Omnia.*

Declamare *propriè eſt ualdè clamare, ſed ponitur pro ſe exercere ficto orationis themate, ut ſolebant* Romani *adoleſcentes eloquentiæ ſtudioſi ingenij exercendi gratia inuehi oratione in eos, quos ſcirent aliquo crimine poſſe notari: uel alicuius defenſionem ſuſcipere: & in utriuſq; argumenti exercitatione ueram quandam cauſæ ſpeciem adumbrare* Ci. *Quæ mihi iſte uiſus eſt ex alia oratione declamare.*

Declamitare. Cic. *Vt antea declamitabam, cauſas, quod nemo me diutius fecit: ſic hæc mihi ſenilis eſt declamatio.* Declamator. Idem. *Num uobis uideor cum aliquo declamatore diſputare?* Declamatio. Idem. *Non placet mihi declamatio potius,*

quàm

quàm perſalutatio. Declamatorius. Idem. Puer magis illo declamatorio genere delectatur: in quo quoniam ipſi fuimus, patiamur illam ire noſtris itineribus.

Concionari eſt concionẽ habere. Abſolutè. Cic. Cato concionatus eſt, comitia haberi ſe non iturum Cum de. Idem. De religionibus ſacris, & cerimonijs eſt concionatus Clodius. Cum præpoſitione cũ Cæſ. Conſequutus id, quod animo propoſuerat, Cæſar receptui cum iuſsit, legionisq; decimæ, qua cum erat concionatus, ſigna conſiſtere Concionator Ci. Intellectum eſt, quid inter eſt inter lenitatem concionatorum, & animum uerè popularem ſaluti populi conſulentem. Concio pro ſuggeſtu, uel ſcena. Idem. Quid mereri uelis iam cùm magiſtratum inieris, & in concionem aſcenderis? Concio pro multitudine hominũ congregata, uel ex magiſtratus iuſſu, uel ex publici ſacerdotis, uel interdum ſua autoritate, & ſponte. Cic. Ex hac ego lege ſecunda concionis uoluntate omnia illa tollebam, quæ ad priuatorum incommodum, pertinebant. Concio pro oratione Ci In concione mea nihil ponam de rebus meis geſtis. Concionem habere. Idem Ille me abeuntem magiſtratu concionis habendæ poteſtate priuauit. Concionalis. Idem. Eodem die uehementer actũ de agro Campano clamore Senatus, propè

propè concionali. Concionatorius. Idem. Pompeius, hæc intelligit, nobiſcunq; communicat, inſidias uitæ ſuæ fieri, Catonem à Craſſo ſuſtentari, Clodio pecuniam ſuppeditari: utrunq; & ab eo, & à Curione, Bibulo, cæteriſq; ſuis obtrectatoribus confirmari, uehementer eſſe prouidendum, ne opprimatur, concionario illo populo à ſe propè alienato, nobilitate, inimica, non æquo Senatu, iuuentute improba.

Infans propriè dicitur puer, qui nihil dũ fieri, poteſt. Cic. Dies nondũ decẽ interceſſerant, cùm ille alter filius infans necatur. Tranſlatè. Idem Itaq; & alieni ſermonis moleſti interpellatores, & ſcripti tum odioſi, tum obſcuri interpretes ſunt, et dum cautè expediteq; loqui, uolunt, infantiſſimi reperiuntur. Infantia pro dicendi inſcitia eſt Idem Incredibilis infantia accuſatorum.

SCRIBERE pro componere, uel librum conficere cum accuſatiuo Cic. Quod me rogas, ut mea tibi ſcripta mittam, quæ poſt diſceſſum tuũ ſcripſerim ſunt orationes quædam. Cum accuſatiuo & ablatiuo ſine præpoſitione. Idẽ Scripſi tres libros uerſibus de temporibus meis. Cum accuſatiuo & ablatiuo interiecta præpoſitione. Idem. De quo ſuauiſſime quodam in procemio ſcripſiſti Scribere pro monumẽtis mandare, & memoriæ prodere. Idẽ. Multi Græci

de ualuarum harum pulchritudine ſcripſerunt. Scriptor eſt libri alicuius autor: uel qui rem quamlibet ſcribit. Idem *Multos ſcriptores rerum ſuarum magnus ille* Alexander *ſecum habuit. Scriptio eſt ſcriptura, uel ſcribendi exercitatio, aut commentatio.* Idē. Controuerſia *ex ſcriptionis genere nata. Scriptum eſt ſcriptura, uel monumentum literarum, & annalium.* Cic. *Facilè cedo tuorum ſcriptorum ſubtilitati, & elegantiæ. In ſcripta alicuius peruenire, id eſt, celebrari.* Idem. *Atq; hoc præſtantius mihi fuerit & ad lætitiam animi, & ad memoriæ dignitatem, ſi in tua ſcripta peruenero. Scriptitáre.* Idem. *Scriptitauit, orationes multas, orator nunquàm fuit.*

Conſcribere *eſt ſimul ſcribere, uel adiungere, unde* Patres *Cōſcripti dicūtur, qui in* Senatu *ſcriptis annotati, & adiuncta erant, & in numerum Senatorum recepti, ex* Equeſtri *ordine propter inopiam* Senatorum. *Aliquādo etiam ponitur pro ſcribere.* Ci. *Explicet ſuum uolumen illud, quod ei planùm facere poſſum,* Erutium *conſcripſiſſe.*

Exſcribere *eſt deſcribere.* Cic. *Multum, mihi eripitur operæ, in exſcribendis* Hypomnematis.

Deſcribere *pro exprimere, uel deſignare.* Ci. *Videlicet me latronem, ac ſicarium abiecti homines, & perditi*

& perditi deſcribebant. Pro tranſcribere. Idem. Quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarij. Pro partiri, uel diuidere: aut in ordines, familiás, ciuitates, tribus, centuriasúe digerere. Vnde deſcriptio, id eſt, talis digeſtio. Idem. Quorum bona, ſuis comitibus, compotoribusq; deſcripſit. Deſcribere ius, eſt ius ſtatuere. Idem. Quis tandem, nobis iſta iura tam æqua deſcribit? quis hoc ſtatuit? quod æquum ſit in Quintium, id iniquum eſſe in Næuium? Deſcriptio pro explicatione & definitione. Idem. De ſenſoris primus locus eſt nominis breuis, & aperta, & ex opinione hominum deſcriptio. Pro partitione, uel diſtributione. Idem. Vrbe & natura, & ſitu et deſcriptione ædificiorum nobilis.

Conſcribere. Cic. Cùm in tribunali Aurelio conſcribebas palàm non modò libere, ſed etiam ſeruos ex omnibus uicis concitatos, uim tum uidelicet, non parabas?

Perſcribere eſt uſq; ad finem ſcribere. Cic. De meis rebus ad Lælium perſcripſi. Eſt etiam perſcribere in tabulas publicas, in actaq; referre. Idem. Hoc perſcriptum in monumentis ueteribus reperietis. Perſcriptor eſt, qui ea, quæ perſcribuntur, notat. Perſcriptorem poſuit in Verr. Cicero pro cautore, qui formulas concipit. Scribã, inquit, tuũ dicit Verres huius

huius perſcriptorem fœnerationis fuiſſe. Perſcriptio Idem. *Suũ codicem teſtis loco recitare arrogantiæ eſt, ſuarum perſcriptionũ, & literarum aduerſaria proferre num amentiæ eſt?*

Inſcribere *eſt inſcriptione aliquid ſignifiare.* Cic. *Nunc, etſi omnia aut ſcripta eſſe à tuis arbitror, aut etiam nuntijs, ac rumore perlata, tamen ea inſcribam breui, quæ te puto potißimũ ex meis literis uelle cognoſcere.* Pro imprimere, *uel incidere.* Cic. *Vt eſſet, quod in baſi trophæorum incidi, inſcribiq; poſſet.* Idem. *Verſus in monumento inſcripti.*

Incidere *eſt cædere, reſecare, uel præcidere.* Cic. *Si gradus ſcalarum incidas.* Incidere *pro imprimere, uel inſcribere.* Cic. *Quod in monumentis rerum geſtarum inciſum, ac notatum uidemus.*

Inſculpere *translatè eſt inſcribere.* Cic. *Omnibus innatũ eſt, & in animo quaſi inſculptũ eſſe deos.* Propriè. Cic. *Itaq; perfracto ſaxo ſortes erupere in robore inſculptæ priſcarũ literarũ notæ repertæ ſunt.*

Imprimere, *eſt quaſi informare, & ſignare.* Cic. *Orbis* Reipub. *ſic eſt cõuerſus, ut uix impreſſam orbitam poßimus uidere.* Translatè. Idem. *Quo è genere, nobis notitiæ rerum imprimuntur.*

Inſerere *propriè ad rem ruſticam pertinet.* Verg. *Inſere nunc* Melibœe *pyros, pone ordine uites.*

Translatè

Tranſlatè. Idem. *Non putat ille ſibi iniuriam factam, proptereà quòd homini tam perdito, & collum in laqueum inſerenti ſubueniſti*. Idem. *Inſeri quidem, & donari ab arte non poſſunt omnia: ſunt enim illa dona naturæ*. *Inſitus, a, um* Cic. *Quod in cōmunibus hominum ſenſibus, atq; in ipſa natura poſitum, atq; inſitum eſt*. Pro aduentitio & aſſumpto poſuit. *Salluſtius in Ciceronem* M. *Tullius legem, iudicia populo Rom. defendit, atq; in hoc ordine ita moderatur, quaſi unus reliquus ex familia uiri clariſſimi Scipionis Africani, ac non repetitus, accitus, & paulo antè inſitus huic urbi ciuis*.

Inſidere. Cic. *Hi ſolicitudinū aculei, & ſcrupuli non ſunt permoleſti, ſed tamen inſident, & urgent*. Idem. *Hic malis inſidentibus beati eſſe non poſſumus*.

Inſcribere *pro nomen indere, uel imponere*. Cic. *Oratorem meum (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo cōmendaui*. *Inſcriptio*. Idem. *Cùm ego egiſſem de iſtis operibus, atque inſcriptionibus, perbenignè mihi reſpondit*. *Inſcriptio ad libros non pertinens*. Idem. *Hæc cauſa, cur decerneretis ſtatuam in roſtris cur inſcriptione præclara, cum abſenti triumphum*.

Cōponere *pro conflare, uel conficere*. Cic. *Tibi etiam gratias agebat, quòd ſigna componenda ſuſcepiſſes*.

ſuſcepiſſes. Pro conuenire. Teren. Cur non, inquam, Phormio uides, inter nos ſic hæc potius cum bona ut componantur gratia, quàm cum mala? Interdum pro diſponere, uel conſtituere, aut temperare. Idem. Nemo unquàm paratior, uigilantior, compoſitior in iudicium uenit. Idem. Verba ad religionem deorum immortalium compoſita. Interdum eſt diligentius apparare, uel coagmentare, & conglutinare. Idem. Exordium uitioſum eſt, quod nimium apparatis uerbis compoſitum eſt. Componere pro ſcribere. Idem. Totum ſe ad artes componendas tranſtulit. Compoſitor. Idem. Perfectum oratorem hoc uno excellere, id eſt, oratione, cætera in eo latere indicat nomen ipſum: non enim inuentor, aut compoſitor, aut actor hæc complexus eſt omnia, ſed & græcè ab eloquendo Rhetor, & latinè eloquens dictus eſt. Compoſitio pro eſt aliquando confectio, & quaſi ſtructura. Cic. Sonorũ uaria compoſitio harmonias efficit plures. Eſt etiam coagmentatio, & compages, uel ordo, & deſcriptio. Idem. Quemadmodum qui utuntur armis, aut palæſtra, non ſolùm ſibi uitandi, aut feriendi rationem eſſe habendam putant, ſed etiam ut cum uenuſtate moueantur: ſic uerbis quidem ad aptam compoſitionem, & condecentiam, ſententijs uerò ad grauitatem orationis utatur. Compoſitio pro pacto, concordia, & pacificatione,

cificatione, uel ab armis diſceſsione. Idem. *Cùm in ſpem uenero, de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim uos certiores faciam.* Compoſitè eſt diſpoſitè, *ac cum modo, & ordine.* Idem. *Si oratoris nihil uis eſſe, niſi compoſitè, ornatè, copioſe eloqui, quæro, id ipſum quî poſsit aſſequi ſine ea ſcientia, quam ei non conceditis?*

Facere *pro ſcribere, uel cõponere.* Cic. *Poëma porrò facit ita feſtiuum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri poſsit argutius.*

Condere *pro ſcribere.* Cic. *Vereor, ne Lucullus, quoniam Græcum poëma condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam ſpectet.*

Fundere *uerſus eſt felici quadam componendi promptitudine, atq; celeritate quaſi uerſus proijcere.* Cic. *Non intelligo, quid metuat, cùm tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.*

Lucubrare, *uel elucubrare, uel, ri, pro componere, uel ſcribere, ſed cùm quadam accuratione.* Cic. *Accipies hoc paruum opuſculum lucubratũ his iam cõtractioribus noctibus.* Idem. *Nihil habeo, quod ad te ſcribam: quinetiam eam epiſtolam, quam eram elucubratus, non dedi.* Lucubratio. Idem. *Nunc quidem propter intermiſsionem forenſis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi.*

Excudere eſt componere. Cic. Tibi de gloria excudam aliquod πάνυ φιλοσόφως, qui lateat in theſauris ſuis.

Habere in manibus. In manibus habere interdũ aliquẽ dicimur, qui nobis imprimis iucundus, & charus eſt. Cic. Clodium ſic amplexabãtur, ſic in manibus habebãt, ſic me præſente oſculabãtur, non illi quidem, ut mihi ſtomachum facerent, quem ego funditus perdidi: ſed certe ut facere ſe arbitrarentur. Dicimur quoq; epiſtolam in manibus habere, quæ tabellarium præſtolatur, & expectat, id eſt, quam antè ſcriptam adhuc ſeruamus tabellarij inopia, uel expectatione. Idem. Quòd multos dies epiſtolam in manibus habui propter cõmorationum tabellariorũ, ideò multa coniecta ſunt, aliud alio tempore. Pro legere. Idem Habebamus autem in manibus Antonij concionẽ habitam x. Cal. Ianuar. Hîc ponitur pro eliminare, uel euolare. Idem. Cõmitatus eſt totus ſcriptis meis, quæ in manibus habemus. In manibus eſſe, dicitur res, uel perſona, de qua uel ſermo habetur: uel quæ circũfertur, uel in noſtra poteſtate eſt, aut quæ ita inſtat, ut differri non poßit. Cic. Res eſt in manibus: tu autem longè abes gentium. Idem. Factum eſt à me diligentiſſmè: diu, multumq; in manibus fuerunt.

Dolare uerbum eſt fabrile, diciturq; propriè

aſperitas

aſperitas materiei dolari, cum aſcia uel dolabra cõplanatur. Cic. *Quis robur illud cecidit? dolauit? inſcripſit?*

Edolare *translatè pro polire.* Cic. *Omiſi ea, quæ in manibus habebã, abieci, quod iuſſeras, edolaui.*

Limare *translatè pro polire, uel quod ſuperuacaneum eſt, detrahere expoliendi cauſa.* Cic. *Alia eſt illa, cùm ueritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilitas.* Idem. *Inſtitui quædam ad eum, quæ ſunt magna ſanè, & limantur à me politius.* Limatus Idem. *Opus eſt hoc limatulo tuo, & politulo iudicio, & interioribus tuis literis.*

Elimare. Cic. *Sed ad Elicem, & clariſſimos ſeptentriones, id eſt, rationes has latiore ſpecie, non ad tenuè elimatas.*

Polire *eſt limare, propriè.* Cic. *Ne facito rogum aſcia ne polito.* Translatè. Idem. *Illud eſt probabilius: neq; tamen uerum, quod Socrates dicere ſolebat, omnes in eo, quod ſcirent, ſatis eſſe eloquentes, illud uerius, neq; quenquam in eo diſertum eſſe poſſe, quod neſciat: neq; ſi id optimè ſciat, ignarusq; ſit facundiæ, ac poliendæ orationis, diſertè idipſum poſſe, de quo ſciat, dicere.* Politus *ad perſonã pertinens.* Cic. *Non ſatis politus bonis moribus.* Ad res. Idem. *Homo cõmunium literarum, & politioris humanitatis expers.* Politè. Idem. *Primùm ipſa illa, quæ ſubtiliter*

diſſerenda erant, politè, atque dixerunt.

Expolire *aliquid perfectioris artis habet. Cic. Quis Dionem Syracuſiũ doctrinis omnibus expoliuit?* Expolitio. Idem. *Expolitiones utriuſq; noſtrum ſunt in manibus, ſed tua ad perfectum.*

Perpolire, *expoliendi perfectionem continet.* Cic. *Tu interim non ceſſabis, & ea, quæ habes inſtituta, perpolies, noſq; diliges.* Perpolitus. Idem. *Explicatio illuſtris, & perpolita.* Perpolitio. Idem. *Verborum exornatio eſt, quæ ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione.*

Impolitus *eſt rudis.* Cic. *Timæus ipſa compoſitione uerborum non impolitus.* Impolitè. Idem. *Craſſus uerò mihi noſter uiſus eſt oratoris facultatem non illius artis terminis, ſed ingenij ſui uiribus immenſis penè deſcribere: nam etiam ciuitatum regendarum oratori gubernacula ſententia ſua tradidit: in quo per mihi mirum uiſum eſt Scæuola, te hoc illi concedere, cùm ſæpiſſimè tibi Senatus breuiter, impoliteq; dicenti maximis ſit de rebus aſſenſus.*

Elaboratus *dicitur exornatus, excultus, politus.* Cic. *Omnes apud hunc ornati, elaboratiq; ſunt uerſus.*

Illaboratus *& inelaboratus* Vall. lib. 5. cap. 59. Quintil. *Cùm interim, inquit, hæc omnia, quæ*

uix

uix ſingula quiſquàm intentiſsima cura conſequi poſſet, fluunt elaborata: & illa quæ nihil pulchrius auditu eſt, oratio præ ſe fert tamen feliciſsimam facilitatem.

Excolere *eſt polire, ornare, eliminare.* Cic. *Nihil feracius ingenijs, ijs præſertim, quæ diſciplinis exculta ſunt.*

Perficere *eſt abſoluere, & perpolire.* Cic. *Ego admonitu tuo perfeci ſanè argutulos libros ad Varronem.*

Perfectus *dicitur abſolutus, ſuis omnibus partibus elaboratus, perpolitus.* Cic. *Omnino ſpero, paucis menſibus opus Diphili perfectum fore.* Perfectior. Idem. *Subitæ ad propoſitas cauſas exercitationes, & accuratæ, & meditatæ cõmentationes, ac ſtilus ille tuus, quem tu uerè dixiſti perfectiorem dicendi eſſe, ac magiſtrum, multi ſudoris eſt.* Perfectio *eſt abſolutio.* Idem. *Quæ proficiſcuntur à uirtute ſuſceptione prima, non perfectione ſunt iudicanda.* Perfectè *eſt abſolutè, plenè, cumulatè* Idem. *Oratio neq; nimis infans, neq; perfectè diſerta.*

Conficere *pro perficere* Cic. *Libros meos, quos expectas, inchoaui, ſed conficere non poſſum his diebus.* Confectio. Idem. *Mihi quidem ita iucunda*

huius libri confectio fuit, ut non modò omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem, etiam, & iucundam ſenectutem.

Abſoluere *pro perficere, uel finire, uel ad exitum perficere Ci Orationes efflagitatas pro Scauro, & pro Plancio abſolui. Abſolutio pro perfectione. Idem Hanc ego abſolutionem, perfectionemq́; in oratore deſiderans, à qua ipſe longè abſum facio impudenter, mihi enim uolo ignoſci, cæteris ipſe non ignoſco.*

Conſeruare *eſt perficere, uel conficere. Cic. Cùm multa ſint in philoſophia & grauia, & utilia, accuratè, copioſeq́; à philoſophis diſputata, latißimè patere uidentur ea quæ de officijs tradita ab illis, & præcepta ſunt, & conſumata.*

OPVS *pro artificio, uel generatim pro omni re, quæ noſtra opera fit, ſiue in literis uerſemur, ſiue in re alia qualibet. Cic Collocari hominem, iußit in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo, magnificis operibus picto. Idem. Minimè miror te tuis præclaris operibus lætari. Idem. Magnum opus eſt, egetq́; exercitatione non parua.*

Liber *pro uolumine. Cic. Quorum ſunt de amicitia gerenda præclarißimè ſcripti libri. Libellus, pro paruo libro. Cic. Scripſi illud in quodam libello,*

qui

qui me imprudente, & inuito excidit. Pro *epiſtola, uel literis*. Idem. *Recita mihi hunc primùm libellum: deinde illum alterum Canuleij*. Pro *codice, in quo reponuntur, & ſcribuntur ea, quorum memoriam ſeruari uolumus*. Idem. *Quinetiam libellum ipſius habeo in quo eſt: Salaminij pecuniam debent* M *Scaptio, &* P. *Mantinio familiaribus meis*. *Libellus* pro *requeſta*. Idem. *Vt primùm* Buchrotium *agrum proſcriptum uidimus, commotus* Atticum *libellum compoſuit: eum mihi dedit, ut darem Cæſari: eram enim cœnaturus apud eum illo die*. *Vnde à libellis dicti miniſtri, qui principi in hoc negotio ſubſeruiunt*. Tranquil. *Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit*. *Dicimus etiam præfectos libellorum, aut etiam poſtulationum magiſtros*.

Librarius *aliquando adiectiuum eſt cum ſubſtantiuo*. Cic. *Quidnam homines putarent, ſi tum occioſus eſſet, cùm tu illum in foro ſpectante* Pop Rom. *gladio ſtricto inſecutus es? negotiumq́; tranſegiſſes, niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet*. *Librarius eſt qui libros ſcribit*. Cic. *Legi literas non tua ſed librarij manu*. *Librarij depoſitorum ij erant, qui perſcribebant, quid quiſq; apud ſigna depoſuiſſet*. Vide *Vegetium*.

Volumen *eſt liber, in quo ſcripta quælibet,*

cōtinentur: quod à uoluendo dictum tradūt, quoniam maiores in libris arborum, id eſt, corticibus ſcripta, ſua, quò ea ferrent commodius, complicabant: ideoq; uolumina appellata ſunt. Cic. Non te epiſtolis, ſed uo luminibus laceſſem. In uolumen referre. Idem. Video quid agas: tuas quoq; epiſtolas uis referam in uolumen. Volumen efficere, uel conficere. Idem. Sed quoniam duobus ſuperioribus de morte de dolore dictū, eſt, tertius dies diſputationis hoc tertium uolumen, efficiet.

EDERE eſt foras dare, uel proferre, aut exprimere. Neq; uerò ſolum ad rem librariam, pertinet, ſed etiam ad multa alia, ut edere ſcelus, facinus, animam, ſpiritū, ruinam, clamores, riſum, nomē, iudiciū, oraculū, exemplū, partū, fœtū, rationes, ſcriptū, edere in lucē, et ſimilia. Ci. Nec ſcriptū habeo, nec poßū edere. Idē. Enna eſt loco præcelſo atq; edito. Idem. Neq; enim quicquam aliud in hac lege, niſi editios iudices es ſecutus. Idem. Ita rurſus remittit, ut me roget, ut annales ſuos emendem, & edam.

Emittere de carcere, uel è carcere. Ci. Quæro cur hunc eundem repētè de carcere emitti iuſſerit Emittere ex uinculis. Idem. Cùm illuc ex illis uinculis emißi feremur Emittere ex urbe. Ci. Quòd ſi nunc hæc urbs inuictißima uocem emittat, non hoc pacto loquatur.

quatur. Emittere maledictum, uocem, aculeos, telum. Idem. Cuius ſi etiam uim, & grauitatem illam ſingularem, ac penè diuinam aſſequi poßem, tamen non dubito, quin ea tela, quæ coniecerit inimicus, quàm ea, quæ collega patris emiſit, leuiora, atq; hebetiora eſſe uideantur. Emiſſarius eſt excurſor, furtorum cõciliator, atq; internuntius, quæ à magiſtratibus, uel dominis committuntur. Vel eſt calumniator, & uexator ſummiſſus, & ſubornatus ab amicis. Emißitius quoq; dicitur, qui emittitur ad circumſpiciendum uelut exploratores. Plaut. Exi inquam, age exi, exeundum hercle tibi hinc eſt foras circunſpectatrix, cum oculis emißitijs. Emißio eſt iaculi, uel tormenti cuiusuis. Cic. Tormenta eò grauiores emißiones habent, quò ſunt contenta, atq; adducta uehementius. Alia ſignificatio. Cic. Nos enim planè mi ſuauißime Volumni aut nihil ſumus, aut nobis quidem ipſis diſplicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente uigebamus, amiſſis, ut etiam ſi quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus.

Promere, *eſt proferre, uel edere. Cic. Loci ſunt quaſi ſedes, è quibus argumenta promuntur. Promptus cùm ad perſonam pertinet, ſignificat hilarem, alacrem, ardentem, erectum. Idem. Ad uim promptus, ad ſeditionem paratus, ad cædẽ expeditus*

Ad

Ad rem relatum ponitur pro parato, expedito, uel expoſito. Idem. *Cætera, quæ tibi à multis prõpta eſſe certo ſcio, à me ſunt paratiſſima.* In prõptu eſſe, *idẽ eſt, quod patere, uel expoſitum, manifeſtum, uulgareq́; eſſe.* Cic. *Hæc ita ſunt in promptu, ut res diſputatione non egeat.* Ponere in promptu. Idem. *Principiò corporis noſtri magnam naturam natura ipſa uidetur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram, reliquamq́; figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promptu.* In promptu habere. Idem. *Pertinet ad omnem officij quæſtionem, ſemper in promptu habere, quãtum natura hominis pecudibus, reliquisq́; beſtijs antecedat.*

Proferre *pro commemorare, citare, uel in mediũ adferre, aut exhibere.* Ci. *Iudicia cõmunis exitij in dagaui, pateſeci, protuli.* Idẽ. *Proferã peſtes: proferã legatos.* Proferre pro edere Idẽ. *Orationem tibi miſi: eius cuſtodiendæ, & proferendæ arbitrium tuum ſit.*

Vulgare *eſt in uulgus dare, quaſi commune, omnibus facere: unde meretrix uulgare corpus dicitur.* Cic *Nõnne hoc ueſtra uoce uulgatum eſt?* Vulgus *turbam & multitudinem ſignificat,* Cic. *Nihil eſt incertius uulgo.* Vulgi ſignificatio ornatior. Idem. *Ob uiam fit ei Clodius, expeditus in equo, nulla Rheda, nullis impedimentis, cũ hic inſidiator cũ uxore uehere tur,*

tur in rheda penulatus, uulgi magno impedimento, ac muliebri, ac delicato ancillarum puerorumq; comitatu Vulgus cum genitiuo Terent. Ego dudum nonnihil ueritus ſum Daue abs te, ne faceres idem, quod uulgus ſeruorum ſolet. In uulgus. Cic. Quia non eſt obſcura tua in me beneuolentia, ſi fit, ut multi, per me tibi uelint cōmendari, ego autem tribuo nonnunquàm in uulgus, ſed plerunq; neceſſarijs in hoc tempore. Gratum in uulgus, id eſt, gratum uulgo. Idem In cauſis, atq; in illa opera noſtra forenſi ſumma induſtria uerſamur: quod egregiè non modo ijs, qui utuntur opera, ſed etiam uulgus gratum eſſe ſentimus. In uulgus, ignotus Cic. Vt maiores noſtri funeſtiorem diem eſſe uoluerunt Allienſis pugna, quàm urbis captæ, quòd hoc malum ex illa: itaq; alter religioſus, etiam nunc dies, alter in uulgus ignotus. In uulgus exire, uel emanare. Cic. Ego etiam ſi omnia, quæ dicenda ſunt liberè dixero, nequaquàm tamen ſimiliter oratio mea exire, atq; in uulgus emanare poterit. In uulgus loqui Idem. Quamobrem ut in uulgus, ita nos hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios bonos uiros, & c ualere in uulgus Idem. Hoc euenit, ut in uulgus inſipientium opinio ualeat honeſtatis, cùm ipſam uidere non poſſint. Commendatio in uulgus Idem. Vide ne plus commendatio in uulgus, & hæc, quæ expetitur gloria,

moleſtiæ habeat. Retinere nomen in uulgus. Idem. *Fani pulchritudo, & uetuſtas, Præneſtinarũ etiam, nunc ſortium retinet nomen, atq; id in uulgus: quis enim magiſtratus, aut quis uir illuſtrior utitur ſortibus* Idem. *Cato perfectus mea ſententia Stoicus & ea ſenſit, quæ non ſanè probantur in uulgus, & in ea hæreſi eſt, quæ nullum ſequitur florem orationis.* Iudicare in uulgus. Idem. *Atq; illum quidem quaſi parentem huius uniuerſitatis inuenire difficile eſt: & cùm iam inueneris, iudicare in uulgus, nefas.* Vulgaris eſt *popularis, quotidianus, peruagatus, & communis.* Idem. *Hæc uulgaria, & obſoleta ſunt.* Vulgariter. Cic. *Vt intelligeres me non uulgariter, nec ambitioſè ſed ut pro homine mihi pernecesſario ſcribere.* Vulgò *eſt paſsim, & populariter.* Idem. *Illi ita negant, uulgò ut mihi ſe debere dicant.*

Diuulgare *ad rem literariam pertinens.* Cic. *Hunc librum, etiamſi minus noſtra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari neceſſe eſt.* Extra rem literariam. Idem. *Viſum eſt occultus agendam, neq; ullo modo diuulgandum, de te iam eſſe perfectum.*

Peruulgare *eſt diuulgare.* Cic. *Epiſtolam meam quòd peruulgatam ſcribis eſſe, non fero moleſtè.* Idem. *Peruulgatus ciuitatis ſermo.*

Exire

Exire *tranſlatè eſt emitti, uel edi. Cic. Filius ut audio, pertimuit: neq; iniuria, ſi liber exiſſet.*

Foras *dari, pro exire, uel edi. Cic. Scripta noſtra nuſquàm malo eſſe, quàm apud te: ſed ea timui, foras dari.*

Excídere, *propriè eſt ſubitò, uel de repente cadere. Cic. Sol excidiſſe mihi è mundo uidetur. Idem. Cùm animal ex utero elapſum excidit. Propter illam ſubitam cadendi celeritatem, ponitur interdum translatè pro defluere, uel elabi. Idem. Excident gladij, fluent arma de manibus. Hîc dicitur excidere liber, uel ſcripta, quæ caſu neſcio quo, uel quaſi nobis imprudentibus exeunt. Cic. Ego hac eadem opinione adductus ſcripſi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente, & inuito excidit, & peruenit in manus hominum diſertos me cognoſſe nonnullos, eloquentem adhuc neminem.*

Emanare *à manare componitur, quod eſt fluere, uel redundare, uel fundi, idq; propriè. Tranſlatè uerò pro diſſeminari, aut diſpergi, latius diſsipari, ſerpere, percrebreſcereq; ponitur. Cic. Quæ reſecanda erant, non patiar ad ciuitatis perniciem manare. Idem. Peccato ex uitijs manant. Emanare eſt exire, aut duci. Cic. Oratio mea nequa-*

quam

quam ſimiliter exire, atq; in uulgus emanare poterit. Idem. Mala noſtra iſthinc emanant.

Apparere *pro edi, uel in lucem proferri. Cic. Accipies igitur hoc paruum opuſculum lucubratum iam his contractionibus noctibus, quoniam illud maiorum uigiliarũ manus in tuo nomine apparuit.*

COmprimere *eſt ſtringere, retardare, ſedare, uel frangere. Cic. Admonitu Squillæ Pinna morſu cõprimit conchas. Eſt etiam retinere. Idem. Epiſtolam illam ita compreſſeram, ut nunquàm emanaturam putaram. Comprimere frumentum auari dicuntur, qui in annonæ grauitate, & rei frumentariæ inopia ſpem lucri poſitam habent. Cic Quæcunq; iter feci, nulla ui, nullo iudicio, nulla contumelia, autoritate, & cohortatione perfeci, ut & Græci, & ciues Rom. qui frumentum compreſſerant, magnum numerum populis pollicerentur. Numerus frumenti eiuſdem elegantiæ eſt. Idem. Frumẽti in ſumma caritate maximum numerum miſeram. Idem. Frumenti magnum numerum coëgit. Vis in eadem ſignificatione, qua numerus modò poſitus eſt. Cic. Romæ & maximè Appia ad Martis, mira proluuies Craßipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ, magna uis aquæ uſq; ad piſtrinam publicam. Frumentum etiam imperare dicimus, uel uinum, uel numerum, aut uim*

magnam

magnam frumenti, cùm ab imperatoribus imperatur ijs, quos in poteſtate habent: ut frumentum uinum, aliiúe belli cõmeatus ab illis comparentur. Neq; *uerò exiſtimabis frumentum, uinum aut alia ad uictũ pertinentia imperari ſolùm: imperantur enim etiã num mi, naues, nautæ, arma, obſides, & aliud quiduis, quod dari, uel parari iubetur.* Cic. *Quòd his plus frumenti imperabatur, quàm quantum exaraſſent.* Idem. *Non eſt ſatis: nummi præterea imperantur.* Idem. *Superiorum prætorum conſuetudo cum hæc fuiſſet, ut naues ciuitatibus, certusq; numerus nautarũ, militumq; imperaretur, maximæ, & locupletiſsimæ ciuitati Mamertinæ nihil horum imperauiſti.*

Continere. Cic *Non occultaui, non continui domi, ſed deſcribi ab omnibus ſtatim librarijs, diuidi paßim, & peruulgari, atq; edi Pop. Rom imperaui.*

Conſcerpere. Cic. *Tuas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquando concerpito.*

Incidere. Cic. *Poëma quod compoſueram ad Cæſarem, incîdi.*

Scindere. Cic. *Hanç epiſtolam, cur non ſcindi uelim, cauſa nulla eſt.*

Conſcindere. Cic. *Epiſtolam tuam, quam accepi à Lucio Arnucio, conſcidi innocentem: nihil enim habebat, quod non uel in concione rectè legi*

poſſet: ſed & Aruncius ita te mandaſſe aiebat, & tu adſcripſeras.

Abſcindere. Ci. *Orationes à me duas poſtulas, quarum alteram non libebat mihi ſcribere, quia abſcideram: alteram ne laudarem eum, quem non amabam.*

MONVMENTA, *uel monumentum eſt, quod nos alicuius rei præter ita moneat: ut ſepulchra, ſtatuæ, inſcriptiones, libri, carmina, hiſtoria, documenta, cõmentaria, lieræ, extructio, ornamẽtum, publicum opus, trophæum; moles.* Deniq; *quicquid ſit illud, quod nos in alicuius rei memoriam reuocat.* Cic. *Plena ſunt monumenta* Græcorum, *quemadmodum ſapientiſſimi uiri regna tulerint.* Idem *Noſtra ſunt trophæa, noſtra monumenta, noſtri triumphi.* Monumentũ *pro ipſa memoria.* Idem *Hiccine uir patriæ natus, uſquàm niſi in patria morietur? aut ſi forte pro patria, huius uos animi monumenta retinebitis? corporis in* Italia *nullum ſepulchrum eſſe patiemini?* Monumentum *præbere.* Idem, *Sin mea domus, non modò mihi non redditur, ſed etiam monumentum præbet inimico doloris mei, ſceleris mei, publicæ calamitatis, quis erit, qui reditum potius, quàm pœnam ſempiternam putet* Monumenta *relinquere, prodere.* Idem. *Nihil eſt quod non longinquitas temporũ*

excipiente,

excipiente memoria, prodendisq; monumentis efficere, atq; aſſequi poßit. Monumentis commendare, uel mandare. Idem. Nota res eſt, & à te ipſo mandata monumentis. Monumentis celebrare, uel conſecrare. Idem. Hæc mira laus eſt, quæ non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, ſed prudentium iudicio expenditur. Monumenta extare. Idem. Nullum ex ea dedicatione literarum extat monumentum.

Veſtigium *eſt propriè pedis impreßio, id eſt, ſignũ et forma pedis, quæ relinquitur in loco, ubi gradimur Vergilius poſuit pro pedis parte. Veſtigia primi alba pedis, frontemq; oſtentans arduus albam. Propriè. Cic. Tu extra munitiones tuas, ueſtigium ubi imprimas, non habes. Tranſlatè ponitur, pro reliquijs, ſigno uel monumento. Cic. Quid in Numa Pompilio? num quod eloquentiæ ueſtigium apparet?*

Reliquiæ *ponuntur pro ueſtigijs, & monumentis, uel pro eo generatim, quod ſupereſt. Cic. Nõ eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant: quod erit, magnificum ſit & lautum.*

Reliquus. *Reliquum dicitur quicquid reſtat uel ſupereſt ex re iam cœpta, ſiue in ſermone, ſiue in actione, ſiue in perſona, conſiſtat. Cic. Vt*

pecuniam reliquam Buthrotij *ad diem ſoluerent.* Re*liquus pro futuro.* Idem. Non *de reliqua & ſperata gloria laboramus, ſed de parta dimicamus.* Reliquum *facere.* Idem. *Quibus iſte nihil reliqui fecerat.* Reliquum *habere.* Idem. *Paucos dies habebam reliquos annui muneris.* Reliquum *eſt, pro ſequitur, uel reſtat.* Idem. *Reliquum eſt, ne quid ſtultè, ne quid temerè dicam, faciámue contra potentes.* De *reliquo ſignificat, quod reliquum eſt, uel quod ad reliquum pertinet.* Idem. De *reliquo, quid ego tibi dicam?*

Reſiduus *eſt reliquus.* Cic. *Horum nullum erit iudicium, quantæ cuiusq; manubiæ fuerint: quid relatum, quid reſiduum ſit.*

Poſteritas *idem eſt, quod poſterum, id eſt, ſequens ſeculum.* Cic. *Cui ſi ſtatuam in roſtris decreto ueſtro ſtatueritis, nulla eius legationis poſteritatem inobſcurabit obliuio.* Poſteritati *ſeruire.* Idem. *Poſteritati & gloriæ ſeruiamus.* In *poſterum.* Cic. *Hæc in poſterum gratiora, theatra, porticus, noua templa.* Poſterior. Idem. *Sed hæc poſterius, & coràm fortaſſe cõmodius.* Poſterior *antiquiori & chariori oppoſitus* Cic. *Tu uerò ita uitam, corpusq; ſeruato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut hæc poſteriora libertate ducas.* Poſterius *pro tetrius, uel flagitioſus.* Cic. *Nam quòd uobis iſte tantummodo impro-*

bus, crudelis olim ſurunculus, nunc uerò etiam rapax, quòd ſordidus, quòd contumax, quòd ſuperbus, quòd fallax, quòd perfidioſus, quòd impudens, quòd audax eſſe uideatur, nihil ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius, nihil poſterius, nihil nequius. Poſteri *dicuntur, qui inferioris ſunt ætatis, ſcilicet prolis poſtea naſcens.* Idem. *Horum poſteriores meliores illi quidem mea ſententia, quàm reliquarũ philoſophi diſciplinarum.*

Immortalis. *Immortale dicitur indiſſolubile, & ſempiternum, cui opponitur mortale, id eſt, diſſolubile, & quod ita à natura formatũ eſt, ut mori, atq; interire poßit.* Cic. *Omne animal mortale, & diſſolubile eſt.* Mortales *proprio nomine uocantur homines.* Idẽ. *Vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſceretur.* Mortalitas *quo mortali uitæ cõditione, aut pro communi naturæ fragilitate.* Cic. *Supra mortalitatem tuam tibi ſunt omnia tributa.* Immortalis. Idem. *Ad hanc autem rationem quoniam maximam uim natura habet, fortuna proximam, utriuſq; omnino ratio habenda eſt in deligendo genere uitæ, ſed naturæ magis.* Immortalitas. Idem. *Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.* Immortalitatem donare. Idem. *Mihi Pop. Rom uniuerſus illa in cõcione non unius diei gratulationẽ, ſed æternitatẽ,*

 immor

immortalitatemq; donauit, cùm meum iuſiurandũ ta-le, atq; tantum iuratus ipſe una uoce, & conſenſu approbauit. Immortalitati mandare, *uel commendare.* Idem. *Perge, ut ais, nomenq; tuum cõmenda immortalitati.* Immortalitati tradere. Idem. *Cuius ingeniũ, uarioſq; ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit, cùm ipſe literam Socrates nullam reliquiſſet.* Immortalitatem conſequi. Idem. *Erit igitur extincta moles opere magnifico, inciſæq; literæ, diuinæ uirtutis teſtes ſempiternæ: nuſquamq; de uobis eorum, qui autem uidebunt ueſtrum monumentum, aut audient, gratiſsimus ſermo conticeſcet. Ita pro mortali conditione uitæ, immortalitatem eſtis conſecuti.* Immortaliter. Idem. *Quod ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.*

Aeternus. Cic. *Supra lunã ſunt omnia æterna.* Aeternitas eſt immortalitas. Idem. *Mihi pop. Rom. non unius diei gratulationem, ſed æternitatem, immortalitatemq; donauit.*

Sempiternus. Cic. *Sic aliter conſuetudo perditarum concionum, ut noſtri illi non heroës, ſed dij futuri quidem in gloria ſempiterna fuit.*

Perpetuus *pro contexto, & nõ conciſo.* Cic. *Qui omnes à perpetuis ſuis hiſtorijs ea, quæ dixi, bella ſeperauerunt.* Idem. *Erant perpetuæ paludes.* Pro conſtanti, *uel æterno.* Idem. *Tempus eſt nos de*

illa perpetua iam, non de hac exigua uita cogitare. Perpetuare. Idem. Id inuentum eſt ita ſuaue, ut, ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare uerba nolimus. Perpetuitas. Cic. Qui diffidit perpetuitati bonorum, timeat neceſſe eſſe. Perpetuò. Idem. Facies perpetuò, quæ feciſti, ut omnes æquitatẽ tuam laudent. In perpetuum eſt perpetuò. Idem. Statueram non mehercule inertia, ſed deſiderio priſtinæ dignitatis in perpetuum tacere.

Semper eſt in perpetuum, uel omni tempore, uel dies totos, & noctes. Cic. Semper ego à genere hoc toto ſermonis refugi.

ILLVSTRARE ad nomen & famam commendandam pertinet. Cic. Illuſtrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria.

Celebrare eſt prædicare, uel laudibus efferre. Cic. Nos etiam hoſtẽ literis noſtris, & memoria uidemus eſſe celebratum. Pro diuulgare. Idem. Quod ita eſſe conſtanti fama, atq; omnium ſermone celebratum eſt. Pro frequentare. In perſona poſitum. Idem. Senectuti uerò celebrandæ, & ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium, quàm iuris interpretatio? Extra perſonam. Idem. Is ideò uiam muniuit, ut in eam alienis uiris comitata celebrares? Celebrare pro fieri, agi, edi, coli Cic. Seruorũ omniũ uicatim celebra

tur tota urbe deſcriptio. Celebratio. Idem. De cele*bratione ludorum* Bruti *tibi aſſentior.* Celebris. Idem. *Clara res eſt, quã dicturus ſum, tota* Sicilia *celeberrima, atq; notiſsima.* Celebritas *ad hominũ frequentiam & locũ pertinens* Cic. Si *offendet me loci celebritas, aliò me conferã, & ad te ſcribã.* Ad *honorum & exiſtimationẽ relatum.* Idem. Hinc *liber* Semele *natus, ea deniq; fimæ celebritate* Tyndaridæ *fratres.*

Mandare *pro committere.* Cic. Quæſo, *ut eum diem memoriæ mandetis.* Idem. Nunc *incenſus ſtudio tuarum rerum, eas literis* Græcis *mandare cupiebat.*

Prodere *in malam partem poſitum ſignificat, deſerere uel decipere, aut hoſti, aut inimico tradere.* Cic. *Amici partim deſeruerunt me, partim prodiderunt.* Proditor. Idem Ne *extinctor patriæ, ac proditor appelletur.* Proditio. Idem. Si *liberius, ut conſueuiſti, agendum putabis, multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis.* Prodere *flaminem uel interregem.* Idem Eo *die* Miloni *erat* Lanuuium *ad flaminem prodendum, quòd erat dictator* Lanuuij Milo. Idem Interregem, *& ipſum patritium eſſe, & à patritio prodi neceſſe eſt* Prodere diem. Cic Ita *conſtituta ſunt à maioribus iudicia: primùm, ut ne pœna capitis cum pecunia coniugatur: deinde ne pro in-*

dicta

dicta die quis accuſetur: ut ter antè magiſtratus accuſet, quàm mulctam irroget, aut iudicet: quarta ſit accuſatio Trinum *Nundinum prodita die, qua die iudicium ſit futurum.* Hic *ponitur pro mandare, uel ſcribere.* Abſolutè. Cic. *Vtile uidebatur* Vlyſſi *(ut quidam Poëtæ tragici prodiderant) regnare, & Ithacæ uiuere, otioſè, cum parentibus, cùm uxore, cum filio* Cum accuſatiuo ſolo. Idem. *Si ſcrutari uetera, & ex his ea, quæ ſcriptores Græci prodiderunt, eruere coner, ipſi illi maiorum gentium, dij, qui habentur, hinc à nobis profecti in cœlum reperientur.* Cum datiuo ſolo. Idem. *Ne memoriæ, poſteritatiq; prodatur, propter unius ciuis periculum* Pop. Rom. *ad ſaga iuiſſe: propter eiuſdem ſalutem, rediſſe ad togas.* Cum accuſatiuo & datiuo. Idem. *Itaq; eorum uocabula nobis prodiderunt.* Cum accuſatiuo & præpoſitione ad. Idem. *Delectat ampliſsimus ciuitatis gradus, ſella curulis, fasces, imperia, pronunciæ, ſacerdotia, triumphi: deniq; imago ipſa ad poſteritatis memoriam prodita.* Cum datiuo et ablatiuo interiecta præpoſitione de. Idem. *Ante Solonis ætatem, et Piſiſtrati de nullo ut diſerto, memoriæ proditum eſt.*

Tradere *pro dare, uel dedere.* Cic. *Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis,*

 præceptis

præceptis, ſed ſuis imperijs eſt tradita. Tradere hic, eſt prodire, uel memoriæ mandare. Idem. Cuius temporibus Homerus etiam fuiſſe ante hanc urbem conditam traditur.

Conſecrare. *Cic. Virtutes tuas conſecratas, & in deorum numero collocatas uides.*

Propagare *propriè ad uites pertinet, & eſt uitem uetulam ſupprimere, ut ex ea una plures fiant. Cic. Adminiculorum ordines, capitum coniugatio, & religatio, & propagatio uitium, ſarmentorũ, ea, quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum immißio. Translatè eſt proferre, extendere, uel dilatare. Cic. Qui cùm cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen uitam aucupio ſagittarum. Idem. Quis erit tanta animi facilitate, qui, quæ uerißimè memoriæ propagata fuerint, non fabulæ ſimilia ſit exiſtimaturus?*

HISTORIA *nihil aliud eſt, quàm annaliũ confectio, cõmemoratioq; rerum geſtarũ, temporũ, & locorũ. Cic. Magni hominis in dicendo eſt, ſcribere hiſtoriam. Hiſtoricus eſt qui hiſtoriam conficit, ſcilicet rerum explicator, & propagator. Idem. Tua nobilitas Ser. Sulpiti, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis, & hiſtoricis eſt notior: populo uerò, & ſuffragatoribus obſcurior.*

Annales

Annales *ſunt monumenta uetuſtatis*. Cic. *Ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorum*. Annalis. Idem *Quibus Conſulibus Carneades, & ea legatio uenerit Romam, ſcriptum eſt in tuo annali.*

Cuſtodire *memoria, uel literis eſt memoria tenere, & monumenta diligentius ſeruare*. Cic. *Satis eſt cæteris artificijs percipiendis tantummodo ſimilem eſſe hominis, & id, quod tradatur, uel etiam inculcetur, ſi quis fortè ſit tardior, poſſe percipere animo, & memoria cuſtodire.*

Extare *pro conſtare*. Cic. *Curabo, ut tibi huius peregrinationis opus extet*. Pro apparere. Idem. *Non item in oratione, ut in uerſu, extat numerus*. Pro *eſſe, uel integrum, ſeruatum, cuſtoditumq́; eſſe, & ab obliuione incolume*. Idem. *Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta ſit*. Imperſonaliter. Idem. *Quem extet, & de quo ſit memoriæ proditum, eloquentem fuiſſe, & ita eſſe habitum, primus eſt* M. Cornelius *Cethegus.*

Apparere. Cic. *Illud odium omne repentè apparuit* Idem *Adeon' tu mihi excuſſam ſeueritatem ueterem putas, ut ne in foro quidem reliquiæ priſtinæ frontis appareant?*

Comparere. Cic. *Omnis ſuſpitio in eos ſer*=

uos,qui non comparebant,cõmouebatur. Idem. *Quæ ita à fortuna deformata ſunt,ut tamen à natura inchoata compareant.*

Exiſtere *pro apparere,exoriri,uel erumpere.* Cic. Ex *uictoria cum multa mala,tum certè tyrannis exiſtet.* Pro *eſſe.* Idem. *Huius ego fautor,& adiutor extiti.*

Supereſſe, *uel ad perſonam refertur,& ponitur pro reliquum eſſe.* Cic. Non *dubito,quin omnes qui ſuperſint de* Hircij *exercitu, confluant ad eum.* Vel *ad res relatum.* Cic. Vereor, *ne iam ſupereſſe, uerba putes,quæ dixerã defutura.* Superſtes *dicitur, uel qui mortuo ſupereſt, uel qui ſaluus eſt, uel præſens:& ad perſonã pertinet.* Cic. Vtinã *te non ſolùm uitæ,ſed etiam dignitati meæ ſuperſtitem reliquiſſem.*

Reſtare. Pro *remanere.* Cic. Si *reſtitero, & fuerit nobis in hac parte locus, idem fecere quod in* Cinnæ *dominatione, &* Marij *tyrannide* Philippus. Pro *ſupereſſe,uel reliquũ eſſe,perſonaliter poſitum.* Cic. *Quid nobis ex eo genere reſtet,& quare reſtet, admonendum uidetur.* Imperſonaliter. Idem. *Reſtat, ut diſcedendum putem.*

Durare *pro ſtare,permanere,ſtabile,aut diuturnũ eſſe.* Cic. Ipſa *illa delinitio multitudinis ad breue,exiguumq́; duratura eſt tempus.* Pro *perſeuerare,*

at in re

at in re maximè laborioſa et operoſa. Aliquãdo uerò caſum poſt ſe habet, & eſt ad laborem ferendum ſeſe aſſueſacere. Verg. Durate & uoſmet rebus ſeruate ſecundis. Durare pro durum facere & confirmare. Quintil. Multa linguæ uitia, niſi primis eximantur annis, inemendabili in poſterum prauitate durantur.

Vetus. *Cic. Segeſta eſt oppidũ peruetus in Sicilia. Vetulus. Idem. Alphenus interea Romæ cum iſto gladiatore uetulo quotidie pugnabat.*

Vetuſtus *eſt uetus. Cic. Euellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus inſitam? tam uetuſtam?*

Veteranus *eſt uetus. Vnde ueterani milites dicebantur, qui tricena ſtipendia, aut quadragena, aut aliquando uicena (nullum enim tempus perpetuo conſtitutũ erat) impleuerãt, & militia exautorati erant: aut indulgentiori ſub uexillis retinebãtur, quoad præmia, & colonias acciperent. Dicimus etiam ueterana mancipia. Cic. Veterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentiſſimè cauerat, non ad conſeruationem earum rerum, quas habebant, ſed ad ſpem nouarum prædarum incitabantur.*

Vetuſtas. *Cic. Senatus iudicia de illo tam multa, tamq́; honorifica quæ uetuſtas obruet? Vetuſtatem aſſumere. Idem. Quibus illi rebus elati, & inflati fortaſſe*

gibus, rogationibus, & alijs iſtiuſmodi dicitur. Cic. *Populum, ut rogationem antiquaret, rogabant.*

Antiquarius. *Antiquarij dicuntur homines, qui uoces priſcas etiam diu deſitas curioſè conſectantur.* Dicuntur *etiam antiquitatis nondum exoletæ ſtudioſi, peritiq́;, quorum ſcripta iucunda quadam, rediuiuaq́; interdum antiquate ueluti diſtincta ſunt: qualis olim fuit* Salluſtius, *& noſtro tempore* Gulielmus Budæus. Iuuenal. *Ignotosq́; mihi tenet antiquaria uerſus.*

Priſcus. Cic. *Cuius priſcam illam ſeueritatem ſacrificij tua ſoror mirificè exiſtimatur imitata.* Priſcè Idem. *Num agam modicè, nec longius progrediar quàm mea fides, & cauſa ipſa coget: neq; enim mulieres unquàm inimicitias mihi gerendas putaui, præſertim cum ea, quam omnes ſemper amicam omnium potius, quàm cuiuſquàm inimicam putauerunt.*

ADoleſcere. Cic. *Elicit herbeſcentem ex eo uiriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſit adoleſcit.* Nonius *dicit hoc uerbum propriè fuiſſe ſacra reddentium, quod ſignificat uotis & ſupplicationibus numen auctius facere.* Quoniam *uero ſacrificium igni fieri conſueuit, adolere pro urere etiam antiqui poſuerunt.* Verg. *Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates.*

Obſolere

Obſolere, *uel obſoleſcere.* Cic. *Virtus ſplendet per ſeſe ſemper, nec alienis unquàm ſordibus obſoleſcit.* Idem. *Cuius ſplendor omnis his moribus obſoleuit.* Obſoletus, *pro inueterato, uel deſito.* Cic. *Hæc uulgaria, & obſoleta ſunt.* Idem. *Vereor, ne hæc fortè cuiquàm nimis antiqua, & obſoleta uideantur.* Pro *ſordido & ad perſonas, uel res refertur.* Cic. *Iacuiſti mœrens aliquot dies, atq; inde obſoletus Theſſalonicam omnibus inſcientibus, noctuq; ueniſti.* Obſoletè. Idem. *Hic iſtius ſcelerata locatione, nefarioq; latrocinio bonis patrijs, fortunisq; omnibus ſpoliatus uenit in iudicium, ſi nihil aliud, ſaltem ut eum, cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paulò tamen obſoletus ueſtitum uideret.*

Exoleſcere *eſt quaſi inueteraſcere.* Ponitur *interdum pro creſcere, unde exoletam uirginem uocamus, & exoletos pueros, qui adulta ſunt ætate.* Columel. *Multa ſunt, qui negligentia exoleſcant, & fiant ſterilia.* Exoletus *appellatur, qui iam creſcere deſinit.* Vnde *emeritos pueros, catamytos, & pathicos (id eſt, maſcula ſcorta) exoletos uocant* Latini. Ponitur *etiã pro deſito, & inueterato.* Cic. *Ille, qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupos ducebat, tum neminẽ, niſi ut uirum à uiro lectum eſſe diceres.*

Seneſcere *dicitur non ſolum corpus humanũ,*

ſed quicquid exoleſcit, & uigorem priſtinum amittit. Cic. Vt laudem eorum iam propè ſeneſcentem, quantum ego poſſem, ab obliuione hominum, atq; à ſilentio uindicarem.

Conſeneſcere quoq; dicuntur, quæ decreſcunt, & pereunt, uel ſeſe remittũt, & fiunt leuiora. Et in bonam & in malam partem capitur. Cic. Cuius cognomen unà cum Craßi diuitis cognomine conſeneſcit. Idem. Nunc autem hoc tam graui uulnere, etiam illa, quæ conſenuiſſe uidebantur, recrudeſcunt.

Euaneſcere eſt obſoleſcere, ad nihilum recidere, è conſpectu ſeſe auferre. Cic. Omnis eorum memoria ſenſim obſcura eſt, & euanuit.

Vaneſcere. Cic. Animi labes, nec diuturnitate uaneſcere, neq; manibus ullis elui poteſt.

Exareſcere dicitur propriè, quicquid nimio ſolis, aut ignis calore exſiccatur, aut ita exhauritur, & abſumitur, ut uix ferè appareat. Ita propriè dicuntur exareſcere amnes, fontes, lachrymæ, aut flores arborum. Cic. Miror eius lachrymas diuturna miſeria non exaruiſſe. Translatè eſt euaneſcere, & deperire. Idem. Aliquando Reipublicæ rationes, quæ malitia nocentium exaruerunt, uirtute optimatum reuireſcunt.

Defloreſcere, per translationem ea dicuntur,

quæ concidunt & pereunt, aut priſtina præſtantia, & excellentia nudantur. Id quod *dictum eſt ab arboribus, quæ, cùm floribus ornatæ ſunt, maximè tum pulchræ, & re omni auctæ uidentur: excuſsis uerò floribus deformes, & uelut expilatæ apparent, minusq́; ut antea, integræ.* Cic. *Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut uetuſtate extinguitur.*

Effloreſcere *dicitur quicquid uis interioris ampliorem, & grandiorem ſpeciem præbet, atque oſtentat: & per translationem, quicquid maximè integrum eſt & cumulatum.* Cic. *Ex rerum cognitione effloreſcat, & redundet oportet oratio.*

Defluere *propriè ad fluminum, amniumq́; fluxum pertinet.* Verg. *Vdisq́; aries in gurgite uellis Merſatur, miſſusq́; ſecundo defluit amni.* A *fluminum curſu ab ijs rebus defluere dicimur, in quibus non immoramur.* Cic. *A quibus manſuefacti, & exculti, à neceſſarijs artificijs ad elegantiora defluximus.* Ponitur *etiam, pro duci & manare.* Idem. *Hoc totum è ſophiſtarum fontibus defluxit in forum: ſed ſpretum à ſubtilibus, repulſum à grauibus, in ea, de qua, loquar, mediocritate conſedit.* Ponitur *quoque pro eo, quod citò, paruoq́; momento præterit.* Idem. *Mane ſalutamus domi, & bonos uiros multos, ſed triſtes: & hos lætos uictores, qui me quidē per officioſè, & per-*

& peramanter obſeruant. ubi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo, aut ſcribo, aut lego. Hic *pro detrahi, uel perire, & intercidere.* Idem. *Ditior mihi, & affluentior uidetur eſſe uera amicitia: nec obſeruare ſtrictè, ne plus reddat, quàm acceperit. Neq; enim uerendum eſt, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus æquo quid in amicitia congeretur.*

Decreſcere. Cic. *Oſtreis, & conchylijs omnibus contingit, ut cum Luna creſcant pariter, paritérq; decreſcant.*

Stare, *pro ſtantem & erectum eſſe ponitur, ad perſonam relatum.* Cic. *Hoc ipſo tempore ſtant cum gladijs in conſpectu ſenatus.* Extra *perſonam poſitum.* Idem. *In curia ſtatua tua ſtabat, & nuda in ea filij.* Stare *pro non fugere.* Idem *Vt fit in prælio, ut ignauus miles ac timidus, ſimulac uiderit hoſtem, abiecto ſcuto fugiat, quantũ poßit, ob eamq; cauſam pereat nõnunquam, etiam integro corpore, cùm ei, qui ſteterit, nihil tale euenerit: ſic, qui doloris ſpeciem ferre non poſſunt, abijciunt ſe, atq; ita afflicti, & exanimati iacent: qui autem reſtiterũt, diſcedunt ſæpißimè ſuperiores.* Stare *pro non mutari, & in ſententia manere.* Cic. *Qui ſi ſteterit idem, mihiq; paruerit, ſatis uidemur habituri præſidij.* Stare *pro durare.* Idem. *Multa multis locis diutius cõmemoratione manent, quàm*

natura ſtare potuerunt. Stare pro dignitatem, & authoritatem ſuam retinere Idem. *Quam partem in Republica cauſamq́; defenderim, per quos homines, ordinesq́; ſteterim, quibusq́; munitus fuerim, non ignoras. Stare animis eſt animũ non abijcere, uel deſpondere, & hac ſaltem parte integrum eſſe, & ſaluum.* Cic. *Stamus animis: & quia conſilijs, ut uidemur, bonis utimur, ſperamus etiam manu. Stare fabulam.* Donatus. *Agitur fabula, cùm recitatur: ſtat, cùm placet. Stare contra, pro pugnare, uel aduerſari.* Cic. *Galbam ſacerdotem, & quatuor Conſules.* L. *Beſtiam,* C. *Catonem, Sp.* Albinum, *ciuemq́; præſtantiſsimum* L. *Opimium* Gracchi *interfectorem à populo abſolutum, cùm is contra populi ſtudium ſtetiſſet, Gracchiani iudices ſuſtulerunt. Stare à, pro conſentire, fauere, defendere.* Idem. *Quibus in controuerſijs cùm ſæpe à mendacio contra uerum homines ſtare conſueſcerent, dicendi aßiduitas aluit audaciam. Stare cum aliquo in eadem ſignificatione, qua ſtare pro.* Idem. *Mihi æquius uidebatur,* Zenonem *cum* Polemone *diſceptantem à communibus initijs progredientem, uidere ubi primum inſiſteret, & unde cauſa controuerſiæ naſceretur, non ſtantem cum ijs, qui ne dicerent quidem ſua ſumma bona à natura profecta. Stare re aliqua, uel in re aliqua, pro manere, obtemperare,*

perare, aſſentiri, fidem habere, hærere, uel perſi- ſtere. Cum ablatiuo ſine præpoſitione. Cic. Meo iu- dicio multò ſtare malo, quàm reliquorum omnium. Cum præpoſitione. Idem. Non ſatis eſt iudicare, quid faciendum, non faciendumúe ſit: ſed ſtare etiam opor- tet in eo, quod ſit iudicatum. Stare pro certum, & deliberatum eſſe Idem. Hinc ſi aliquid à comitijs au- dierimus, nos in Aſiam conuertemus: neq; adhuc ſta- bat, quò potiſsimũ. Stare per aliquem, id eſt, aliquem eſſe in cauſa. Terent. Si poterit fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe credat, quominus hæ fierent nuptiæ, uolo. Status pro fortunæ conditione, ordine, loco, caſuq́; ponitur. cùm corporis eſt. Idem. Quam ſtatuam eſſe eiuſdem ſtatus, amictus, annulus, imago ipſa declarat. Cum cauſarum eſt. Cic. Refutatio accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, græcè ςάσις, latinè ſtatus uo- cetur. Cum eſt conditionis. Idem. Me ſtatus hic Rei- publicæ non delectat. Statum collocare. Idem. Tua nobis autoritate opus eſt ad collocandũ aliquem Rei- publicæ ſtatum. Statum fundare. Idem Reipub. ſtatum illum, quem tu meo conſilio, ego diuino confirmatum putabam, qui bonorum omnium coniunctione, & au- toritate Conſulatus mei fixus, & fundatus uidebatur, niſi quis nos deus reſpexerit, elapſum eſſe ſcito de ma nibus uno hoc iudicio. Statum eſſe. Idem. Scribis te

uelle ſcire, quis ſit Reipublicæ *ſtatus.* Collocare *in ſtatu.* Idem. *Quam nobis facultatem fortuna dediſſet, iniquum erat in eorum ſupplicio conſumere, quos eadem fortuna paulo antè in ampliſſimo ſtatu collocarat.* Peruenire *in ſtatum.* Idem. *Quorum artificijs perfectum eſt, ut* R*eſpublica in hunc ſtatum perueniret. Statu eſſe.* Idem E*xiſtimare poſſumus, quo ſtatu ſumus.* E*ſſe in ſtatu.* Idem. *Quo in ſtatu ſim, uides. Statum tenere; obtinere, uel retinere.* Cic. Gaudeo, *quòd honeſto otio tenueris & ſtatum, & famam dignitatis tuæ.* Idem. Hunc *ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcunq; eſt, nulla alia re, niſi concordia retinere poſſumus. Statum tueri.* Idem. *Ego me non putem tueri meum ſtatum ſic poſſe, ut neque offendam animum cuiuſquàm, nec frangam dignitatem meam.* Manere, *uel conſiſtere in ſtatu.* Idem. *Nihil ſemper in ſuo ſtatu manet. Statum labefactare* Idem. *An uerò uir ampliſſimus* P. Scipio Pont. Max. T. Gracchum *mediocriter labefactantem ſtatum* Reipublicæ *priuatus interfecit? Catilinam uerò orbem terræ, cæde, atque incendijs uaſtare cupientem, nos Conſules perferemus? Statum conuertere.* Idem. *Cuius deniq; pecunia non expetebatur: cui nihil oberat præter conuerſionem ſtatus, & inclinationem communium temporum &c.*

rum &c. Statum conuellere. Idem. Ego adoleſcen-*tes bonos, & fortes, ſed uſos ea conditione fortunæ, ut; ſi eſſent magiſtratus adepti, Reipublicæ ſtatum conuulſuri uiderentur, meis inimicitijs, nulla ſenatus mala gratia, comitiorum ratione priuaui.* Deterrere de ſtatu. Idem. *Maleuolentiæ hominum in me, ſi poteris, occurres: ſi non poteris: hoc conſolabere, quòd me de ſtatu meo nullis contumelijs deterrere poſſunt.* Conuellere de ſtatu. Idem. *Habes ad primam epiſtolam: ſecutæ ſunt duæ, pridie Calend. ambæ datæ, quæ me conuellerunt de priſtino ſtatu, iam tamen, ut antè ad te ſcripſi, labentem.* Dimouere de, uel ex ſtatu. Idem. *Non ea ſola uis eſt, quæ ad corpus noſtrum, uitamq; peruenit, ſed etiam multo maior ea, quæ periculo mortis iniecto, formidine animũ perterritum loco ſæpe, & certo de ſtatu dimouet.* De ſtatu deducere, deijcere, recedere, uel diſcedere. Cic. *Quod ad me de Repub. ſcribis, diſputas tu quidem & amanter, & prudenter, & à meis conſilijs ratio tua non abhorret: nam nobis neq; de ſtatu noſtræ dignitatis eſt recedendum, neq; ſine noſtris copijs intra alterius præſidia ueniendum.* De ſtatu ſuo declinare. Idem. *Non dubito, quin ij tales uiri ſuſpitione aliqua perculſi repentina, de ſtatu ſuo declinarent.*

P 4 Concidere

Concidere ex ſtatu. Idem. *Ecquis unquam ex tam am-plo ſtatu, in tam bona cauſa tantis facultatibus in-genij, conſilij gratiæ: tantis præſidijs bonorum om-nium concidit?* Statum amittere. Idem. *Non, quam di-gnitatem, quos honores, quem uitæ ſtatum amiſerim, cogito.* In ſtatum reſtituere. Idem. *Iam uerò omnium uitiorum ſuorum plurima, & maxima conſtituit mo-numenta, & indicia in prouincia Sicilia: quam iſte per triennium ita uexauit, ac perdidit, ut ea reſtitui in antiquam ſtatum nullo modo poßit.*

Aliquem *eſſe pro aliquo numero eſſe, uel ſta-tu.* Cic. *Fac, ut omnia ad me perſcribas, meq́;, ut facis uelis eſſe aliquem: quoniam, qui fui, & qui eſſe potui iam eſſe non poſſum.*

Eſſe *aliquid* Cic. *Vt tum deniq; aliquid ſe futu-rum putet, ſi Halienus minus uehemens fuerit.*

Eſſe *eundem Latini dicunt, qui, cũ aliquis, uel ali-quid fuit, de ſtatu non conuulſus, aut deiectus eſt* Cic. *In iudicijs ijdem ſumus, qui fuimus.*

Nihil *eſſe, pro nullo numero eſſe, nullo ſtatu, nulla autoritate.* Cic. *Ille alter ita nihil eſt, ut planè, quid erit, neſciat.*

Quicunq́; *ſum, pro quocunq; numero ſum, uel quicquid poſſum.* Cic. *Fateor me oratorem, ſi mo-dò ſim aut etiam quicunq; ſim, non ex Rhetorum of-ficinis*

ficinis, ſed ex Academiæ ſpatijs extitiſſe,

Quis ſum? pro quid poſſum. Ci. Quis ego ſum? aut quæ in me eſt facultas?

Quid eſſem? genus eſt loquendi, moleſtiã, caſum, calamitatemq́; in memoriam redigẽtis. Ci. Quid eſſem, ſi me agente eſſet elapſus?

Qui? Cic. Qui uir, & quantus fuiſſes?

Cadere pro uenire, redigi, uel poni. Cic. Cadendum eſt in unius poteſtatem. Cadere pro uerſari in, uel pro comprehendi, uel agitari. Idem Quæ ſub oculos non cadunt. Idem. Hæc ſub iudicium ſapientis cadunt. Cadere pro deſinere, uel finiri. Idem. Articulus ad numerum cadens. Cadere propriè eſt corruere, uel præcipitare, uel labi. Cic. De manibus audaciſsimorum uirorum delapſa arma ceciderunt. Tranſlatè pro debilitari, frangi, opprimi, perire, aut non rectè rem gerere, aut munere, atq; officio fungi. Cic. In quo, aut in acie cadendum, fuit.

Concidere eſt cadere, uel ruere. Propriè. Cic. Hirci iſti aiunt, cum taurum immolauiſſet, excepiſſe ſanguinem patera, & eo poto mortuum concidiſſe. Tranſlatè eſt perire, uel intermori, aut de ſtatu deijci, uel ſuperari. Cic. Pompeius malas cauſas ſemper obtinuit in optima concidit.

Occidere *eſt cadere, uel mori, accepto ſcilicet uulnere lætali, uel morbi alicuius grauitate, aut diuturnitate.* Propriè. Cic. *Hircius quidẽ in ipſa uictoria occidit, cùm paucis antè diebus magno prælio uiciſſet.* Translatè. Idem. *Meminiſſe debes, eos, qui autoritatem & conſilium tuum non ſunt ſequuti, ſua ſtultitia occidiſſe.*

Occaſus *eſt obitus, uel interitus.* Propriè. Cic. *Duo ſunt genera ſyderum, quorũ alterum ſpatijs immutabilibus ab ortu ad occaſum cõmeans, nullum unquàm curſus ſui ueſtigium inflectit: alterum autem cõtinuas conuerſiones duas ijſdem ſpatijs, curſibusq; cõficit.* Translatè. Idem. *Qui dies poſt obitũ, occaſumq; noſtrum. Reip. primas illuxit.*

Præcipitare *cum actiuum eſt, ſignificat præcipitem agere uel in præceps deijcere.* Cic. *Qui modum uitio quærit, ſimiliter facit, ut ſi poſſe putet eum qui ſe è Leucade præcipitauerit, ſuſtinere ſe, cùm uelit.* Cum neutrum eſt ſignificat celeriter deſcendere. uel ruere, ad perſonas relatum. Cæſ. *Multi iam menſes tranſierant, & hyems iam præcipitauerat.* Ad perſonam relatum ſignificat ad calamitatem & exitium propendere, atq; inclinare, aut de gradu, aut ſtatu cõuelli. Cic. *Præcipitantem impellamus, inquit, & perditum proſternamus.*

Præceps,

Præceps, *aut ad locum, uel uiam pertinet. Cic. Quamobrem cùm tam uitioſum eſſe conſtat, aſſentiri quicquam, aut falſum, aut incognitum, ſuſtinenda eſt potius omnis aſſenſio, ne præcipitet, ſi temerè proceſſerit: ita enim finitima ſunt falſa ueris, ut in præcipitem locum non debeat ſe ſapiens committere Aùt extra locum, & ad perſonam, uel res pertinet. Cic* Homo *amentiſſimus, atq; omnibus conſilijs præceps, & deuius.* Idem *Nullo labore tuo præcipiti furori reſtitiſſem* Præcipitem *agere eſt exturbare, uel eſt aliquem à furore, uel furijs, uel amentia præcipitem agi, qui furoris, uel amentiæ plenus uideatur, & quaſi per furorem, uel amentiam à mente, & ratione deiectus.* Idem *Neceſſe eſt, ſi ad uerbũ rẽ uolumus attingere, neminẽ ſtatu detruſum, qui adhibita ui, manu demotus, & actus præceps intelligatur. Præcipitem ferri.* Idem. *Sed ego Laterenſis cæcum, me, & præcipitem ferri confitear in cauſa, ſi te aut à* Plancio, *aut ab ullo dignitate potuiſſe ſuperari dixero.*

Ruere *eſt præcipitem agi, uel ferri; aut ruinam edere, concidere, uel præcipitare, quod aliquando ruinam habet & lapſum, eſtq; exitij & perniciei* Cic. *Quòd ſi ruere cepœrit, me ego multa timeo, quæ nõ audeo ſcribere. Aliquãdo eſt uolũtatis et*

concitatioris

concitatioris motus. Idem. *Illum ruere nuntiant, & iam, iamq; adeſſe, non ut manum conſerat (quicum enim? ſed ut fugam intercludit.*

Corruere *eſt cadere, uel ruere.* Translatè *pro perire & delabi.* Cic. *Qui, ſi ſtare non poſſunt corruant.* Idem. *Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ ruinas agunt.* Idem. *Atq; hæc quidem Lacedæmonis plaga mediocris fuit: illa peſtifera, qua, cùm Cleombrotus inuidiam timens temerè cum Epaminunda conflixiſſet, Lacedæmoniorum opes corruerunt.*

Ruina *ponitur pro pernicie, tempeſtate, uel procello, aut pro caſu: neq; ſolùm domus eſt, aut ædium, ſed rei cuiuſuis, quæ concidit.* Cic. *Non fuit illud iudicium, ſed uis, ut ſæpe dixi ruina, atq; tempeſtas.* Ruinam impendere. Idem *Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus ſenties.* Ruinas edere. Idem. *Perturbatricem harum omnium rerum Academiam hanc ab Arceſila, & Carneade recentem exoremus, ut ſileat. Nam ſi inuaſerit in hæc, quæ ſatis ſcite nobis inſtructa, & compoſita uidentur, nimias edet ruinas.* Ruinoſus. Idem. *Vendat ædes uir bonus propter aliqua uitia, quæ ipſe norit, cæteri ignorent: peſtilentes ſint, & habeantur ſalubres: ignoretur in omnibus cubilibus apparere ſerpentes, malè materiatæ, ruinoſæ, ſed*

hoc

hoc præter dominum nemo ſciat.

Interire. *Cic. Sunt poſt diſceſſum à me tuum res dignæ literis noſtris, ſed non committendæ eiuſmodi periculo, ut interire, aut aperiri, aut intercipi poßint.* Interitus *pro exitio eſt, uel occaſu.* Idē. *Cùm ad occaſum, interitumq; Reſpub. Catilina dux eſſet conſtitutus.*

Perire *hîc quandam ſtatus, & dignitatis imminutionem atq; conuulſionem deſignat. Cic. Vnum hoc ſcito, ſi te habebo, nō mihi uidebor planè periſſe.* Perire *ad rem relatum, pro fruſtra, & inaniter conſumi.* Idem. *Non defleamus, ne & opera & oleum philologiæ noſtræ perierit, ſed conferamus tranquillo animo.*

Deperire *pro impotenter amare.* Plaut. *Meretricem ingenuam deperibat mutuo. Hîc pro perire ponitur.* Cic. *Nunc, ſi me amas ſi te amari à me ſcis, enitere per amicos, clientes, hoſpites, libertos deniq;, ac ſeruos tuos, ut ſcheda ne qua depereat.*

Intermori. Bithyn. *Peto à te, ut abſentē me quibuſcunq; in rebus opus fuerit, tueare, ſi nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas.* Intermortuus *dicitur, qui penè interijt: uel ponitur pro fracto, debilitato, imbecilli, malarum uirium, nulliusq; potentiæ. Ac ad res præcipuè refertur.* Cic.

Eiuſdem

Eiuſdem animi atq; ingenij eſt poſteris ſuis amplitudinem nominis tradere, & memoriam propè intermortuam generis ſui uirtute renouare.

Dilabi. Cic. *Fibrenus diuiſus in duas partes, rapideq; dilapſus citò in unum cõfluit.* Dilabimurq; *in ea, in quæ incidimus, uel incurrimus.* Idem. *Hanc ideò rationem ſubiecimus, ut hoc cauſæ genus ipſum, de quo agimus cognoſceretur,* Nam *ſi eam ſuppoſuiſſemus, in relationem criminis delaberemur, de qua poſteà loquemur.* Hic *eſt perire.* Idem. *Ex quo eo tempore tantæ diſcordiæ ſequutæ ſunt, ut tyranni exiſterent, & optimates exterminarentur, & præclariſſimè conſtituta reſpub. dilaberetur.*

MEMORIA. Cic. *Grata eſt memoria tua, noſtræ cõiunctionis.* Memoria *pro ætate uel tempore.* Idem. *Quod ſæpe & noſtra, & patrum memoria uſu uenit.* Poſt *hominum memoriam, dicunt Latini, cùm uel maxime laudant, uel maximè uituperant.* Idem. *Quod nemo unquàm poſt hominum memoriam fecit.* Poſt *homines natos.* Idem. *Homo poſt homines natos turpiſſimus.* In *memoriam incurrere, uel incidere, uel* . Idem. *Non puto exiſtere te ambitione me labi, quippe de mortuis: ſed ordinem ſequens in memoriam notam, & æqualem neceſſario incurro.* Memoriã *repræſentare.* Idẽ. *Quod ipſum,*

ipſum templum repreſentabat memoriam conſulatus mei. Memoriam relinquere, afferre, excitare, uel ad memoriam. Cic. Veſtram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate. Idem. Tibi hæc ex itinere miſi, ut mea diligentia mandatorũ tuorũ te, quoq; & ſi admonitore non eges, ad memoriam noſtrarum rerum excitarem. Memoria repetere, uel memoriam. Idem. Obſecro te Cæſar repete temporis illius memoriam: pone illum ante oculos diem. Memoriam recordari, colligere, accipere, uel excipere. Idem. Memoriam illius uiri omnes excipient anni conſequentes. Memoria complecti, comprehendere, Idem. Perinde, quaſi quid à nobis dictum, aut actum ſit, id niſi literis, mandauerimus, hominũ memoria non cõprehendatur Memoriã proſequi. Idẽ. In ſingulis uerſibus populus. Rom. maximo clamore, & plauſu Bruti memoriam, proſequebatur. corpus aberat liberatoris: libertatis memoria aderat: in qua Bruti imago cerni uidebatur. Memoriæ mandare. Idẽ. Omnes diſputationis ſententias memoriæ mandaui, quas in hoc libro expoſui meo arbitratu. Memoriã habere actiuè pro recordari Idem. Habuit diuinam quandam memoriam rerũ, uerborum maiorem Hortenſius. Paſſiuè Idem. Si quæris, nulla eſt magnopere commota συμπάθεια, ſed tamen habet Aedilitas eius memoriam non ingratam;

& eſt

& eſt pondus apud ruſticos in patris memoriam In memoria habere. Terent. *Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi* So. *In memoria habeo. Memoriam eſſe, eſt recordari.* Cic. *Is* CC. *iugera de Marco Pylio emit, ut mea memoria eſt, id eſt, ut memoria teneo.* Eſ*ſe memoria, eſt memoriam habere.* Idem. *Memoria ita fuit nulla, ut aliquoties tria cùm propoſuiſſet, aut quartum adderet, aut tertium quæreret.* In me*moria eſſe.* Idem. E*ſſet abſurdum, cùm cæteros ſua ſponte nominaſſet, mentionem Syllæ facere nullam, niſi admonitum, & interrogatum, niſi forte ueriſimile eſt,* P. *Syllæ nomen in memoriæ* Caſ*ſio non fuiſſe* Memoriam *tenere per nominatiuum.* Idem *Hoc ſi animo in uos, liberosq; ueſtros fuiſſem, ut aliquando uos* Patresq; Conſcriptos, Italiamq; *uniuerſam memoria mei, miſericordia, deſideriumq; teneret. Per, accuſatiuum.* Idem. V*elim ita ſtatutum habeas, me tui memoriam ſumma cum beneuolentia tenere, tuasq; omnes res non minori mibi curæ, quàm meas eſſe.* Me*moria tenere.* Idem. *Credo te memoria tenere, me coram Cuſpio tecum locutum eſſe.* Memoriam *retinere, uſurpare, ſeruare, uel conſeruare.* Idem. Ego, *quæ pertinere ad te intelligam, ſtudioſiſſime omnia diligentiſſimeq; curabo, tuorumq; triſtiſſimo meo tempore meritorum erga memoriā conſeruabo. Memoria,*

retinere

retinere. Cic. De cuius laude neq; hîc locus, ut multa dicantur: neq; plura tamen dici poſſunt, quàm Pop. Rom. memoria retinet. Sepire, uel cuſtodire memoria, uacillare. Idem. Quod ſcribis igniculum maturinum γεροντικώτερον eſt memoria uacillare. In memoria inſidere, uel hærere. Idem. Hærebant in memoria, quæcunq; audierat, & uiderat. E memoria euellere. Cic. Ea cùm fuerint & falſa, & inania, ſint euulſa ex omni memoria, uitaq; noſtra. Memoriam obſcurare, delere, extinguere, expellere, tollere. Idẽ. Cuius omnino rei memoriam omnem funditus tolli, ac deleri arbitror oportere. Memoriam, uel ex memoria deponere. Ci. Quibus ego rebus iudices ita flectebar animo, atq; frangebar, ut etiam ex memoria, quas mihi ipſe fecerat, inſidias deponerem. Memoriã abijcere, mori, referre, replicare, renouare, redintegrare. Idem. Ita per breuem comparationem auditoris memoria, & de confirmatione, & de reprehenſione redintegrabitur. Memoria dilabi, uel elabi è memoria. Idem. Sunt alij plures fortaſſe, ſed mea memoria dilabuntur. Memoriam ab aliquo diſcedere. Idem. Cuius ego nomine ipſe recreor, ita nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi, atq; inuictiſſimi uiri memoria. Memoriam refricare, uel memoria. Idem. Cùm illam pulcherrimi facti memoriã refricat,

tum à ſuis ſimilibus inuidiam aliquam in me commo-ueri putat. Reuocare ad memoriam. *Reducere in memoriam, uel redigere, redire. Idem. Quæſo, redite in memoriam iudices, quæ libido iſtius in iure dicendo fuerit.*

Memorare. *Cic. Clarorum uirorum laudes in concione memoranto, easq; ad cantus, & ad tibicinem proſequuntor.* Memor *pro eo, qui rei cuiuſcunque memoriam retinet, uel qui memoria excellit. Idẽ. Qui non tam memores ſunt uirtutis tuæ, quàm laudis inimici.* Memorabilis. *Idem. Res à te geſta memorabilis, & penè cœleſtis.* Memoriter. *Ci. In quo noſtra quædam Aratea memoriter pronunciata ſunt.* Ex memoria, *pro memoriter. Idem. Dictæ ſunt à principibus accerrimæ, ac fortiſſimæ ſententiæ: quas Senatus ſine ulla mora conſecutus, & quoniam nondum eſt perſcriptum S. C. ex memoria uobis Quirites, quid Senatus cenſuerit, exponam.*

Cõmemorare *eſt rei alicuius memoriã uſurpare, dicere, & oratione, uel ſermone perſequi. Cum accuſatiuo, uel infinitiuo, uel abſolutè Cic. Quid hoc iniquius dici, aut commemorari poteſt? Cum ablatiuo & præpoſitione: uel ſine præpoſitione. Idem. Nihil eſt ex meis tẽporibus, quod minus mea celebratione commemoratum ſit.* Commemorabilis. *Idẽ. Equidẽ*

M. Marcelli uiri optimi & commemorabili pietate, ac uirtute prædıti lachrimas modò uobiſcum uiderē omnium Marcellorum meum pectus memoria effo- dit. Commemoratio Idem *Commemoratio antiquita- tis, exemplorumq́; ploratio ſumma cum delectatione, & autoritatem orationi affert & fidem.*

Meminiſſe *eſt memoria tenere, uel memoria repetere, & commemorare. Abſolutè. Cic. Quæ ad te ultro attulerim, meminiſſe te credo. Cum accuſati- uo.* Idem. *Non ſolùm ea memineris, quæ ab alijs ma- gnis uiris accepiſti, ſed illa etiam, quæ ipſe ingenio, ſtudioq́; peperiſti. Cum infinitiuo præſentis tempo- ris.* Idem. *Memini te mihi Phaneæ cœnam narrare. Cum infinitiuo præteriti temporis.* Idem. *De comitijs meis tibi me promiſiſſe memini. Cum genitiuo eſt re cordari, uel mentionem facere.* Cic. *Veteris prouer- bij admonitu uiuorum memini. Cum præpoſitione de.* Idem. *Meminiſti ipſe de exulibus, ſcis: de immunitate, quid dixeris.*

Commeminiſſe *eſt meminiſſe.* Cic. *Ego nō cōmemini, antequàm ſum natus, me miſerum, tu ſi me liori memoria es, uelim ſcire, ecquid de te recordere.*

Mentio *eſt ſermo, uel commemoratio.* Cic *Cuius rei, uiuo illo, mentio nulla. In mentionem in- cidere.* Idem. *Breuiter, quoniam non conſultò*

Q 2 ſed

ſed caſu in eorum mentionem incidi, quaſi præteriens ſatisfaciam uniuerſis. Mentionem *facere, cum genitiuo.* Cic. *Eius rei mentio facta non eſt.* Cum *præpoſitione de.* Idem. *De te à Sipilo mentio eſt honorifica, facta.* Mentionē *interrmittere.* Idē. *Dionyſiū ſemper, equidē dilexi ſed quotidie pluris facio, et me hercule in primis, quòd te amat, nec tui mentionem intermitti ſinit.*

Venire *in mentem.* Perſonaliter. Ci. *Nō modò certa res nulla, ſed ne genus quidē literarum uſitatū, ueniebat in mentē.* Imperſonaliter. Idē. *Illud mihi ante hoc tempus nunquàm in mentem uenit à te requirere.* Cum *genitiuo.* Idem. *Facio ut uobis triennij totius, ueniat in mentem.*

Occurrere *hîc eſt in mentem uenire.* Cic. *Mihi quædam occurrunt, ſed ea coràm.*

Succurrere *pro in mentem uenire.* Cic. *Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, graue eſſe, me de iudicio patris iudicare.*

Incurrere *pro commemorare.* Cic. *Ego autē ad ipſum tum eram ſecutus, ne in noſtra tempora incurrens offenderem quempiam.*

Incidere. Cic. *Haud ſcio, an de ambitu, & de criminibus iſtius ſodalium, ac ſequeſtrium, quoniam huc incidi, ſimiliter reſpondendum putem.*

Recordari

Recordari *eſt memoria tenere, uel cuſtodire.* Abſolutè. Cic. *Ex quo effici uult Socrates, ut diſcere nihil aliud ſit, quàm recordari.* Cum accuſatiuo, uel infinitiuo. Idem. *Vt ſi quando tibi diſplicere tuum conſilium cœperit, meum poßis recordari.* Cum genitiuo. Idem *O nauigationem amandam, quàm mehercule ego ualde timebam, recordans ſuperioris, tuæ tranſitionis.* Cum præpoſitione de. Idem. *Tu ſi meliori memoria es, uelim ſcire, ecquid de te recordere.* Cum præpoſitione cum. Idem. *Vt ſæpe mecum recordari ſoleo, ſermo familiaris meus tecum, & item mecum tuus adduxit utrunq; noſtrum ad id conſilium.* Recordatio *eſt memoria.* Cic. *Facilè me conſolatur recordatio meorum temporum.* Recordationem dare, repetere, habere. Idem. *Literarum, daturum pridiè Cal. Ian. ſuauem habui recordationem clarißimi iuriſiurandi, quod ego non eram oblitus.*

Reminiſci *eſt recordari.* Cic. *Reminiſcebantur enim Cal. Ian. uix tamen eis de mea uoluntate conceſſum eſt.*

Ponere, *uel proponere, uel ſtatuere ante oculos, aut in conſpectu animi.* Cic. *Cùm ego mihi nunc ante oculos tuum iucundißimum conſpectum propono, uideor uidere ementem, te ruſticas res.*

Idem. *Hoc idem, ſi tibi uidetur, facito ante oculos tibi præponas.*

Verſari *ante oculos, uel obuerſari.* Cic. *Mihi ante oculos dies, noctesq́; uerſaris.* Idem. *Obuerſentur ſpecies honeſtæ animo: Zeno proponatur Eleates, qui perpeſſus eſt omnia, potius quàm conſcios delendæ tyrannidis indicaret.*

Inſidere *in animis.* Cic. *Habet quiddam profectò, quod magis in animo eius inſederit.*

Hærere *in medullis, uel uiſceribus.* Cic. *Noli me putare illa tua abieciſſe, quæ mihi in uiſceribus hærent.*

Includi *medullis.* Cic. *Prætereo illa prima de Buthrotis, quæ mihi ſunt incluſa medullis.*

Obliuiſci *abſolutè.* Cic. *Conſcripſi epiſtolam noctu: nec ille ad me rediit: oblitum credidi* Cum accuſatiuo, uel infinitiuo. Idem *Quòd ſi ſcribere oblitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent.* Idem. *Artificium obliuiſcatur, & ſtudium deponat licebit.* Cum genitiuo. Idem. *Obliuiſcor iniuriarum, depono memoriam doloris mei.* Obliuio eſt memoriæ intermiſſio, uel reticentia, aut taciturnitas. Cic. *Peto à te, nemo putes obliuione tui rarius ad te ſcribere, quàm ſolebam.* In obliuionem adducere. Idem. *Non ſinam profectò, cauſa à me perorata xxx diebus interpoſitis,*

ſitis, tum denique nobis reſpondeant, cùm accuſatio noſtra in obliuionem diuturnitatis adducta ſit. Obliuione contercre, obruere, tegere. Cic. *Quæ hoc tempore ſileret omnia, atque ea ſi obliuione non poſſet, tamen taciturnitate ſua tecta eſſe pateretur: ſed ea ſic agit, ut prorſus reticere nullo modo poßit.* Obliuionem aliquem capere. Idem. *Nec poſt reges exactos ſeruitus obliuio ceperat.* In obliuionẽ uenire. Actiuè. Cic. *Quod cùm iſti renuntiaretur deluſi, ac literis, exiſtimauit homines in obliuionem totius negotij eſſe uenturos: ſi etiam baſim tanquàm indicem ſui ſceleris ſuſtuliſſet, id homines oblituros.* Paßiuè. Cic. *Tu tuis uita, quam turpiter egiſti magnas offudiſti tenebras, ut etiam ſi fuerint egregij ciues, certè in obliuionem uenerint.* Obliuioſus dicitur, qui nulla eſt memoria: *uel qui breui obliuiſcitur, & nihil ad longum tempus memoria cogitationeq; ſepire, atq; cuſtodire poteſt.* Idem. *Quos ait Cæcilius comicus ſtultos ſenes, hoc ſignificat credulos, obliuioſos, diſſolutos: quæ uitia ſunt, non ſenectutis, ſed inertis, ignauæ, ſomniculoſæ ſenectutis.*

Effluere *ex animo Cic. Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi iam te aduocato, cauſa cadent: ſin noſtri oblitus es, dabo operam, ut iſthuc ueniam, antequàm*

quàm planè ex animo tuo effluo. Effluũt etiam ea quæ pereunt, concidunt, aut præcipitant, aut decedunt. Idem. Cùm id aduenerit, tunc illud, quod præterit, effluxit. Idem. Siue deeſt naturæ aliquid, ſiue abundat atq; effluit. Interdum eſt exoriri, uel erumpere. Idem. Nihil loquor de Pontificio iure, nihil de ipſius uerbis dedicationis: nihil de religione, cærimonijs: non diſsimulo me ſcire ea, quæ etiam, ſi ſcirem, diſsimularem, ne alijs moleſtus, uobis etiam curioſus uiderer: etſi effluunt multa ex ueſtra diſciplina, quæ etiam ad noſtras aures ſæpe permanent.

Excidere pro ex animo, et memoria effluere. Cic. Ea iam mihi exciderunt.

Fama pro rumore, & diſſeminato, diſperſoq; ſermone, ac dicto quodam populari ponitur. Cic. De te tamen conſtans fama, te nec decipi poſſe, nec uinci. Famam diſsipare, naſci. Cic. A rumoribus dicemus, ſi negabimus temerè famam naſci ſolere, quin ſubſit aliquid. Famã ſurgere, emanare, uel manare, eſſe. Idem. Bona de Domitio, præclara, de Afranio fama eſt. Fama eſſe, id eſt, celebrari. Idem. Eſt omnino tam graui fama hoc iudicium, ut uideatur reliquis iudicijs periturus. Fama celebrare. Idem. Quod tibi & eſſe antiquiſsimum, & ab initio fuiſſe, ut primùm Aſiam attigiſti, conſtante fama, atq; omnium ſermone celebratum eſt.

tum eſt. Famã *percrebreſcere,peruadere,uenire,uel peruenire.* Idem. *Ante meum aduentum fama ad te de mea noua lautitia ueniet.* Fama accipere. Cic. *Qui ſub terra ſemper habitauiſſent, nec exiſſent unquàm ſupra terram: accepiſſent autem fama, & auditione, eſſe quoddam numen, & uim deorum famam reprimere,mori.* Idem. *Hunc quæſo pro tua ſingulari ſapientia reprime famam, atque effice, ne id,quod non curas,curare uideare.*

Rumor. Cic. *Scribent alij: multi nuntiabunt, perferet multa etiã ipſe rumor.* Rumorũ *uentos colligere.* Idem. Condemnato Oppianico ſtatim L. Quin*tius homo maximè popularis, qui omnes rumorum, & concionũ uentos colligere conſueſſet, oblatam facultatẽ, ut ex inuidia ſenatoria poſſet creſcere,quòd eius ordinis iudicia minis iam probari populo arbitrabatur.* Rumorem *aucupari.* Cic, *Tum etiam illi quinq; qui imperitorũ hominum rumuſculos aucupati,totum illum abſoluerunt, iam ſuam clementiam laudari magnoperè uolebant.* Rumores *excipere,ſpargere,diſſipare.* Cic. *Sequutum eſt bellum Africanum: graues de te rumores ſparſi.* Rumorẽ *oriri,ſerpere,afflare, affluere,afferre,uel proferre.* Idem. *Grates tibi,optatosq; eſſe,qui de me rumores afferuntur, non dubito mi Tyro.* Rumorem *uenire.* Cic. *De quo me rumor*

Iactare *eſt hic diſpergere. Cæl. Non adhuc certi quicquam eſt, neque hæc incerta quidem tamen uulgò iactantur, ſed inter paucos, quos tu planè noſti, ſecretè narratur.*

Increbreſcere *dicitur quod augeſcit, uel quod latius diſsipatur. Cic. Ventus increbreſcit. Hîc perſonale eſt, et cum ſermone ferè iungitur.* Cic. *Nunc apud oratores ipſe numerus increbuit.*

Percrebreſcere. Cic. *Ita quidem ſpero nobis profici, cùm hoc percrebreſcit, plurimos noſtros amicos inueniri.*

In ore habere. Cic. *Eſt conſolatio peruulgata illa quidem maximè, quam ſemper in ore, atq; in animo habere debemus.*

In ore uerſari *dicitur id, quod in ore habetur; ſcilicet, de quo paſsim diſsipatus eſt ſermo, & ubiq; peruulgatus.* Cic. *Quæ ego non cõmemorarem, niſi uos illud uellem recordari, iſtius nequitiam, & iniquitatem, tum in ore uulgi, atq; in cõmunibus prouerbijs eſſe uerſatum.*

In ore eſſe *dicitur res, de qua diſsipatur rumor.* Cic. *Tibi id ualde ſolet in ore eſſe.*

Damnum *eſt incõmodum, uel detrimentum, uel iactura, uel pœna.* Cic *Non quæro flagitium huius iacturæ, atq; damni. Damnũ dare.* Teren. *Quid facias illi,*

illi, qui dederit damnũ, aut malum? Damnis afficere. Idem. Maximis damnis affectus eſt. Damnum contrahere, facere. Idem. Quòd declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Damnum reſarcire. Liuius. Damna noſtra, milites, omnium circà populorũ præda ſarcientur.

Iactura damnum eſt propriè, quod fit in mari, cum quis merces tempeſtate, coorta in mare deijcere cogitur nauis exonerãdæ gratia, ne nauis ſcilicet ipſa fluctibus obruatur. Cic. Eſt rei familiaris iactura tolerabilis. Iacturam facere. Idem. Fuit retinendi ordinis cauſa iactura facienda.

Detrimentũ pro damno. Cic. Non ſine magno quidem Reipub. Prouinciæq; Siciliæ detrimento. Detrimentum afferre. Cic. Ne illa peregrinatio aliquod detrimentum afferret. Importare. Idem. Ego, ſi uelim & noſtræ ciuitatis exemplis uti, & aliarum, plura proferre poßim detrimẽta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentißimos importata. Iniungere, uel inferre. Brut. Si quo etiam caſu Hiſaram ſe traiecerint, ne quid detrimenti Reipub. iniungant, ſumma à nobis dabitur opera. Detrimentũ facere. Cic Reſpublica detrimentũ fert, quòd per te ius una in ciuitate imminutũ eſt. Capere. Idem Senatus ei commiſit, ut uideret, ne quid Reſpub. detrimenti caperet.

peret. Accipere. Idem. Panſa amiſſo quantum detrimenti Reſpub. acceperit, non te præterit. Sarcire, uel reſarcire. Cæſ. Cupiens eius diei detrimentum reſarcire. Detrimentoſus. Idem. Etſi à bello, atque hoſte diſcedere detrimentoſum eſſe exiſtimabat: tamen non ignorans, quanta ex diſſenſionibus incommoda oriri conſueſſent, ne tanta & tam coniuncta populo Rom. ciuitas auxilia à Vercingentorige accerſſeret, huic rei præuertendum exiſtimauit.

Intertrimentũ, uel intertritura damnum rei detritæ ſignificat. Liuius. Carthaginenſes eo anno argentum in ſtipendium aduexerũt: id quia probum non eſſet, Quæſtores renunciauerũt, experientibuſq; pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua ſumpta intertrimentũ argenti ſuppleuerunt. Intertrimentum. Liuius pro euanida argenti parte accepit, quæ in excoctione deperit.

Intertrigo malum cum eſt quoddam, cum fœmina equitatu, aliáue ſimili de cauſa atteruntur. Dioſcorides autem intertriginem uocat, cùm pes pedem, uel ungula ungulam ferit, ut in genere ueterinario contigit. Columel. Intertrigo diſſoluitur aqua calida, mox decocto agrico ſale, cum adipe deſiccatur.

Diſpendium eſt damnum. Teren. Virginem quam amabat, eam confici ſine moleſtia, ſine ſumptu, ſine diſpendio. Incom-

Incommodum *eſt damnum, uel difficultas*. Cic. Ex *omnibus ijs, quæ dixi, incommodis, nihil tolerabilius* exilio . Incommodum inuehere. Cic. *Cum & noſtræ* Reipub. *detrimenta conſidero, & maximarum ciuitatum ueteres animo colligo calamitates, non minimam uideo per diſertiſſimos homines inuectam eſſe partem incommodorum.* Incommodum *ferre, pro inuehere*. Idem. *Ita mihi dicebat* Flauius *ſcriptum in ea epiſtola, quam tuam eſſe dicebat, aut quaſi amicis tuis gratias acturum, aut quaſi inimicis incommoda laturum.* Incommodis *afficere*. Idem. *Affectum illum quibuſdam incommodis, & detrimentis propter offenſionem animi tui meminerant* . Incommodum dare. Cic. *Atq; hoc loco, qui propter animi uoluptates coli dicunt ea ſtudia, quæ dixi, non intelligunt: idcirco ea propter ſe eſſe expetenda, quòd nulla utilitate obiecta delectentur animi, atq; ipſa ſcientia, etiam ſi incommoda datura ſit, gaudeant.* Incommodum *impendêre, uel incommodũ, alicui cadere pro accidere: aut incommodum ad aliquem peruenire*. Cic. *Nihil ipſis iure incommodi cadere poteſt incõmodum capere, uel accipere*. Idem. *Altitudo animi in capiendis incommodis, & maximè iniurijs dicitur*. *Eſſe incommodis*. Idem. *Si tantũ p ſſum, quantũ in ea*

Rep.

Rep.de qua ita meritus ſum, ut tu exiſtimas, poſſe de bebam, ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes. Incommodum refutare, pro propulſare. Idem. Mihi credite, hoc in uno incommodũ confirmatũ multorũ infirmabit incolumitatẽ: et ſi initio nõ erit refutatũ, impunè ad omniũ pernitiẽ cõualeſcet. Incommodis mederi, Idem. Aliqua ex parte ijs incommodis mederi fortaſſe potuiſſet. Incommodum ſarcire. Idem. Acceptum incommodum uirtute ſarcietur. Incommodis leuare. Idem. Me leuauit ijs incommodis, qui idem affecerat. Incommodi expers, uel ab incõmodo integer, & ſyncerus. Idẽ. Da mihi hoc, atq; largire, ut Marcũ Curiũ ſartũ, & tectũ, ut aiunt, & ab omni incõmodo detrimento, moleſtia ſyncerũ, integrumq́; conſerues.

Incommodare eſt incommodum dare, uel ferre Cic. Qui nihil alteri ſcientes incommodant, nihil ipſis iure incommodi cadere poteſt. Incommodatio. Idem. Atq; in iſta incommodatione illius animi, et offenſi illud ineſt tamen commodi, quòd & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando teſtificata tua uoluntas omittendæ Prouinciæ.

Difficultas pro incommodatione, uel anguſtia. Cic. Miratur te non habuiſſe rationem huius publicæ difficultatis.

Malum eſt damnum, incommodum, uel detrimentũ. Ci. Hoc ſaltẽ in maximis malis boni ſequamur

Malùm, antiqui Romani dicebant, cùm aliquem ſeue rius, atq; aſperius increpabant. Idem. Quæ (malùm) iſta fuit amentia? Malum naſci. Idem. Omnem malum naſcens facile opprimitur: inueteratum fit plerunq; robuſtius. Impendêre. Idem. Non multò, unquã ſecus poſſum uaticinari, tanta malorum impendet Ilias. Erumpere, manare, ſerpere, creſcere, ingraueſcere, adferre, excitare, facere, inurere. Cic. Ex plurimis malis, quæ ab illo reipub. ſunt inuſta, hoc tantum boni eſt, quod didicit iam Pop. Rom. quantum cuiq;, crederet, quibus ſe committeret, & à quibus caueret. Malis onerare, urgere, uel opprimere. Idem. Nihil fingi poteſt mali, quo non urgear. Malum ſuſtinere. Idem. Nihil eſt mali, quod non ſuſtineam, & expectem. In malis iacere, uel eſſe. Idem. Nos ſemper. aut aut duu in malis fuiſſe oſtendemus. Mala ſubire. Idẽ. Quod horum malorum, quorum aliquod certè ſubeundum eſt, minimum putas? Malum habere, pro ſuſtinere. Idem. Virum bonum oportere eſſe dicunt, ne malum habeat. Malum, ſanare, depellere, ſedare. Idem. Quo ego tempore tanta mala florentiſſimæ familiæ mala ſedaui, uel potius ſuſtuli. Ex malis emergere. Terent. Spero conſuetudine, & coniugio liberali deuictum dehinc facilè ex illis ſeſe emerſurum malis.

Calamitas

Calamitas, *proprie eſt grando, quæ calamũ, hoc eſt, culmum & ſegetem comminuit.* Pli. Hordeũ, *ex omni frumento minimè calamitoſum, quia tollitur antequàm triticũ occupet rubigo*. Metaphoricè. Cic. *Eademq; ui, & iniuria cum pecunias maximas cogeres, per omnes partes prouinciæ te tanquàm aliquam calamitoſam tempeſtatẽ, peſtemq; peruaſiſſe demonſtro.* Propterea *factum eſt, ut calamitas pro diſpendio, & ſterilitate accipiatur.* Idẽ. *Nam in cæteris rebus cùm uenit calamitas, tum detrimentum accipitur. At in uectigalibus, non ſolùm aduentus mali, ſed etiam metus ipſe adfert calamitatem.* Calamitas, *etiam in ludis ſænicis dicebatur, cùm fabula exigebatur.* Terent. *Hecyra, eſt nomen huic fabulæ. Hæc cũ data eſt, noua, nouum interuenit uitium, & calamitas, ut neq; ſpectari, neq; cognoſci potuerit.* Hic *pro aduerſa uel incommoda fortuna, aut pro incommodis rebus, aut ærumna, uel pernicie.* Idem. *Te nulla ſua calamitate ciuitas ſatiare tam fidelis poteſt?* Calamitatẽ *adferre, importare, machinari.* Idem. *Atq; in alijs maleficijs ad ſingulos, aut ad parcos ex alieno peccato iniuria peruenit: huius ſceleris qui ſunt affines, uno conſilio uniuerſis ciuibus atrociſsimas calamitates machinantur.* Trahere in *uel* depellere ad calamitatem. Idem. *Nõ poſſunt una in ciuitate multi rem,*

atq; fortunas amittere, ut non plures ſecum in eandem calamitatem trahant. Calamitate afficere, affligere. Idem. Incredibili, & ſingulari calamitate afflictus ſum. Calamitatem accidere, uel incidere. Idem. Quibus ſi qua calamitas propter iſtum ſaluis uectigalibus noſtris accidiſſet, animaduertere in eum uos oportebat. In calamitatem incidere, uenire. Idem. In hanc calamitatem uenit propter prædiorum bonitatem. Calamitatem capere, accipere, ſubire, haurire, tolerare, uel ferre. Cic. Itaq; propter hanc auaritiam, imperatorum quantas calamitates, quòcunq; uentum ſit, noſtri exercitus ferant, quis ignorat? In calamitate tabeſcere. Idem. Proſpicio nobis in hac calamitate, eſſe tabeſcendum. Calamitatem ſerpere, prohibere. Ci. Erit igitur humanitatis ueſtræ, magnum eorum ciuiũ numerum calamitate prohibere ſapientiæ, uidere multorum ciuium calamitatem à Repub. ſeiunctam eſſe, non poſſe. Calamitate, uel calamitatem leuare. Idem. Maius ſcribæ mei beneficio, quàm meo legatum meũ, præfectumq; Lepta maxima calamitate leuatos. Calamitatem detrahere. Idem. Tum in ſtudijs ueſtris tanta animorum declarata eſt uoluntas, ut non ſolùm calamitatem mihi detraxiſſe, ſed etiam dignitatem auxiſſe uideamini. Calamitate liberare. Idem. Vt aliquando miſer ille, atq; innocens calamitate illa liberaremur

raremur Calamitatem abeſſe ab aliquo Idem. Simul & illud Aſia cogitet, nullam à ſe neq; belli externi, neq; diſcordiarum domeſticarum calamitatem abfuturam fuiſſe, ſi hoc imperio non teneretur. Calamitoſus eſt ærumnoſus, & malis, calamitatibusq; prægrauatus. Cic. Quæ non inſequens hora antecedente calamitòſior populo Rom. illuxit?

Vulnus. *Cic. Aeſculapius primus uulnus obligaſſe dicitur. Translatè pro damno, uel pernicie. Idem. Illius tanti uulneris quæ remedia eſſe debebant nulla erant. Vulnus imponere. Idem. Quæ hic Reip. uulnera imponebat, eadem mirè ſanabat. Vulnus inurere, uel infligere. Idem. Infligi magnum Reipub. uulnus putabamus. Vulnere procuti, pro calamitate affligi. Idem. Nunc uerò, & fortunæ grauiſsimo percuſſus uulnere, & adminiſtratione Reipub. liberatus, doloris medicinam à philoſophia peto. Vulnus accipere, ſanare. Idem. Profectò non accepiſſet Reſpub. hoc uulnus.*

Plagæ *dicuntur rariora retia ad capiendas feras. Cic. Si ex iſs laqueis te exueris, in illas maiores plagas tibi incidendum eſt. Idem. Quas plagas ipſi cõtra ſe Stoici texuerũt. Et propriè funes ſunt, quibus retia tendũtur circa imã et ſummã partẽ. Plaut. Hic hodie inſedit uenator domũ canes compellũt in plagas*

lepidè Licum. Ponitur etiam pro cœli uel terræ ſpatio ampliſſimo, quod etiam tractus aut clima dicitur. Cic. Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat: cœli ſcrutantur plagas. Ponitur quoq; pro tapetibus, uel ſtragulis. Liuius. lib. 9. de bell. Maced. Pro uulnere, uel percuſſione. Cic. Phrygem plagis fieri meliorem. Translatè eſt calamitas, damnum, exitium, uel offenſio. Cic. Etiam hæc læuior eſt plaga ab amico, quàm à debitore.

Naufragium eſt nauis fractio. Ponitur etiam pro nauigandi periculo, uel nauigationis damno, & infortunio, idq; propriè. Cic. Intereà, qui cupidè profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. Translatè pro calamitate, uel damno. Idem. Verſor in eorum naufragijs, & bonornm dereptionibus. Naufragus non ſolùm is dicitur, qui nauem alliſit, uel qui naui fracta bona amiſit, ſed re etiam alia calamitoſus. Propriè. Ci. In alijs autem fortuita quædam eſſe poſſũt, ut in illo naufrago, ut in Icadio ut in Daphita. Translatè. Idem. Quod ſi ſe eiecerit, ſe, cumq; ſuos eduxerit, & eòdem cæteros undiq; collectos naufragos aggregauerit, extinguetur, atq; delebitur non modò hæc tam adulta Reipub. peſtis, uerumetiam, ſtirpe, ac ſemen malorum omnium.

Motus eſt agitatio, uel pulſus, ſed translatè, pro

pro perturbatione ponitur. Cic. *Qui nullum* Reipub. *motum adferre poterant.*

Fluctus *pro perturbatione*. Cic. *Nihil eſt, quod minus fluctum ferre poßit.* Translatè. Idē. *Hoc, tempus omne poſt Conſulatum obiecimus his fluctibus, qui per nos à communi peſte depulſi, in nos metipſos redundarunt.*

Tempeſtas *pro motu & perturbatione*. Ci. *Multò antè tanquàm ex aliqua ſpecula proſpexi tempeſtatem futuram.*

Procella *propriè eſt uis uenti cū pluma, idq́; in terra (nam & in mari, & in terra procella eſt) aut in mari undas, fluctusq́; irruentes deſignat.* Verg *Creberq́; procellis Africus.* Translatè. Ci. *Quare* P. C. *incumbite ad ſalutem.* Reipub. *Circumſpicite omnes procellas, quæ impendent, niſi prouidetis.*

Incendium *propriè eſt ardor*. Cic. *Arcem urbis ab incendio, et flamma liberaui*. Translatè *pro calamitate, uel exitio.* Idem. *Quibus nos olim adiutoribus illud incendium extinximus.*

Pernicies *eſt calamitas, uel exitium*. Cic. *Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, integritas ad ſalutem uocatur*. Incumbere *ad perniciem, inſtruere.* Idem. *Quod non iam ad unius perniciem, ſed ad uniuerſorum inſtruitur calamitatem* Perniciē

moliri uel comparare. Idem. *Nulla iam pernicies à monſtro illo, atq; prodigo mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur.* In perniciem incurrere Idem. *Vt uinum ægrotis, quia prodeſt rarò, nocet ſæpiſſimè, melius eſt non adhibere omnino, quàm ſpe dubiæ ſalutis in apertam perniciem incurrerere.* Perniciem depellere Idem. *Si mihi ante hæc duriſſima* Reip. *tempora, nihil unquàm aliud obiectum eſt, niſi crudelitas illius temporis, cum à patria perniciem depuli, quid? me huic maledicto utrum non reſpondere: an demiſſè reſpondere decuit?* Pernitioſus eſt exitioſus, uel *capitalis, uel qui perniciem adfert.* Idem. *Quanquàm iſta aſſentatio pernitioſa ſit, nocere tamen nemini, poteſt, niſi ei, qui eam recipit.* Pernitioſè. Idem. *Quid quod multa pernitioſè, multa peſtiferè ſciſcuntur in populis?*

Capitalis *pro pernitioſo & exitioſo.* Cic. *Totius autem iniuſticiæ nulla capitalior eſt quàm eorũ, qui tum, cùm maximè fallunt, id tamen agunt, ut uiri boni eſſe uideantur.* Capitalis *interdum eſt in quo capitis, hoc eſt, uitæ periculum agitur, uel pertinens ad periculum capitis.* Vnde *capitalis rei accuſari, uel damnari.* Idem. *Reges appellaret rerum capitalium, condemnatos capitalis fraus, facinus, uel noxa.* Idem. *Erat Athenis reo damnato, ſi fraus capitalis non eſſet*

quaſi pœnæ æſtimatio. Capitalis homo, hoſtis, uel odium. Idem. Legi epiſtolam Antonij, quam ad quendam Septem uirum capitalem Collegam ſuum miſerat. Capitales triumuiri. Val. Vt ſuſpectus parricidio, & ob id latens per triumuirum conquereretur. Capitalis ſcriptor, pro breui & preſſo. Cic. Caliſthenis quidem uulgatum, & notum negotium, quemadmodum Græci aliquot locuti ſunt Sequutus ille capitalis, creber, acutus, breuis, penè puſillus Thucydides. Capitale pro pernitioſo. Cic. Illud eſt capitale, illud eſt formidulоſum, illud optimo cuiq; metuendum.

Caput *pro exiſtimatione, ſtatu, uel conditione ponitur. Cic. Agebatur enim ab eo cauſa apud Aquilium iudicem, ſponſionis, non criminis: ac dicebat de capite & fortunis Quintij. Inde Capitis diminutio, id eſt, exiſtimationis, ſtatus, honoriſq; deceßio. Capite autē minui dicūtur, qui aut libertatē, aut ciuitatē, aut familiā amittunt. Et pro animis ſtatus, & conditionis deceßione, atq; iactura Cic. Qui me amor ſubuenire olim impendentibus periculis maximis cum diminutione capitis: & rurſum, cum omnia tela undiq; intenta in patriam uiderem, ſubire coëgit, atq; excipere unum pro uniuerſis. Pro uitæ, & ſalutis diſcrimine. Idem. Si qua ſunt priuata iudicia ſummæ exiſtimationis, & penè dicam capitis,*

tria hæc ſunt. Caput propriè. Teren. Colaphis tuber eſt totum caput. Caput pro eo quod eſt principale. Idem. Erunt, qui & in eo quoq; audaciam eius repre hendant, quòd aliquot nominibus de capite, quantum commodum fuerit, frumenti Decumani detraxerit. Caput interdũ etiam eſt initium, aut pars diuiſa, aut locus ſuperatus, ſiue libri, ſiue epiſtolæ, ſiue leges, ſiue rei ſimilis. Cic. Quod ſecundo capite ſcriptũ eſt, non meminit in tertio. Caput pro cauſa, fonte, uel autore. Idem. Vrgerent præterea philoſophorũ greges iam ab illo fonte, & capite Socrate. Aliquando caput eſt, quod rem continet, uel quod in re præcipuũ eſt, & maximè neceſſarium. Cic. Caput illud eſt, ut Lyſonem recipias in neceßitudinem tuam. Quod caput eſt, nõnihil elegantiæ eſt. Idem. Quod caput eſt ipſum non noui. Per increpationem dicemus quoq;, Capiti tuo, ueſtro, & ſimilibus. Verg. Dij capiti ipſius, generiq; reſeruent.

Exitium eſt pernities. Teren. Quod ego nunc ſubitò huic exitio remediũ inueniam miſer? Exitium comparare, uel moliri. Idem. Reipub. intra mœnia molitur. Exitium dare. Teren. Hem, quid ais ſcelus? At tibi dij dignum factis exitium duint. Exitio eſſe. Cic. Nunc tu, quoniã in tantum luctum detruſus es, quantum nemo unquàm, ſi reuelare potes cõmunem caſum miſericor-

miſericordia hominũ, ſcilicet incredibile quiddam aſſequêris. Sin planè occidimus (me miſerum) ego omnibus meis exitio fuero, quibus antè dedecori non eram. Exitioſus. Idem. *Armis fuit, armis, inquam, fuit dimicandum. Quibus à ſeruis, atq; à ſeruorũ ducibus cædem fieri Senatus, & bonorũ* Reipub. *exitioſum fuiſſet.* Exitialis. Plin. *Ille contrà urinam ſpargit prudens, hanc quoq; Leoni exitialem.*

Peſtis *pro pernicie.* Cic. *Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie, & peſte* Reipub. *moleſtiã traxerit. Peſtem machinari.* Idem. *Parúmne ratiocinari Niobe uidetur, & ſibi ipſa nefariam peſtem machinari? Peſtem adferre, uel importare* Idem. *Quocirca* C. *Cæſar uelim exiſtimes hodierno die ſententiam tuam aut cum ſummo dedecore miſerrimã peſtem importaturam regibus: aut incolumem famam cum ſalute. Peſtem depellere, uel auertere.* Idem. *Magna peſtis erat depulſa per uos, magna populo* Rom. *macula deleta. Peſtem cõprimere, uel reprimere.* Idem. Hoc *autem uno interfecto intelligo hanc* Reipub. *peſtem paulíſper reprimi, non in perpetuũ comprimi poſſe. Peſtem excecare, uel extinguere.* Idem. *Quòd ſi ſe eiecerit, ſecumq; ſuos eduxerit, & eôdem cæteros undique collectos naufragos aggregauerit, extinguetur, atq; delebitur non modò hæc tam adulta* Reipub.

peſtis, uerùm etiam ſtirps, ac ſemen malorum omniũ Peſtifer *eſt pernitioſus, uel peſtem, id eſt, damnum, calamitatemq; inferens* Cic. Video *quantum id bellum, & quàm peſtiferum futurum ſit.*

Peſtilentia. Ci Ager *propter ſterilitatẽ incultus, propter peſtilentiam uaſtus, atq; deſertus.* Peſtilens. Idem. Inter *locorum naturas quantum interſit, uideamus: alij ſunt ſalubres, alij peſtilentes.*

Erumna *eſt calamitas, uel eſt ægritudo laborioſa.* Cic. Tu *ornatus erumnis uenis ad eum lacerandum, quem interemiſti.* In *erumnas incidere.* Idem. Scio *nos noſtris multis peccatis in hanc erumnam, incidiſſe.* Erumnoſus. Idem. Non ego M. Regulum *erumnoſum, nec infelicem, nec miſerum unquàm eſſe putaui.*

Miſeria *eſt calamitas, uel erumna.* Cic. In *communibus miſerijs hac tantũ oblectabar ſpecula.* In *miſeriam incidere.* Idem. Non *faciam, ut enumerem miſerias omnes, in quas incidi per ſummam iniuriam, et ſcelus.* Verſari, *uel eſſe in miſerijs.* Idem. Vide *quantis ſumus in miſerijs.* Miſerijs *leuare.* Idem. Vt *leuarem miſerijs perditas ciuitates.* Eripere, *uel uindicare à miſeria.* Idem. Vt *nulla ratione ſe ac illa miſeria eripere poſſet.* Aberrare *à miſeria.* Idem, Nullo *alio mo à miſeria quaſi aberrare poſſim.*

Miſer

Miſer eſt calamitoſus, uel erumnoſus, uel qui in miſeria eſt. Cic. Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus, miſerius eſt, iniuria. Idem. O dij immortales rem miſeram, & calamitoſam. Miſerum habere, pro uexare, uel calamitate afficere. Idem. Cur unus tu Apollonienſes amantiſſimos Pop Rom. fideliſſimosq́; ſocios miſeriores habes, quàm aut Mithrydates, aut etiam pater tuus habuerit unquàm? Cur his per te, frui libertate ſua: cur deniq; eſſe liberos non licet?

Acerbitas pro miſeria, uel pro triſtitia ex, miſeria & calamitate contracta. Cic. Ego fructus ex Rep magna acerbitate permixtos tuli.

NOCERE pro officere, abſolutè. Cic Arma ſunt alia ad tegendum, alia ad nocendum. Cum accuſatiuo ſolo. Idem. Hoc nulla in re unquàm quicquàm nocuit. Cum accuſatiuo & datiuo. Idem. Aut in obſcuro odio apertas inimicitias: aut, in quo tibi nihil nocerem, ſummam oſtenderem uoluntatem nocendi. Cum datiuo ſolo. Idem. Nocere tibi iratum neminem eſſe perſpicio. Nocens dicitur, uel qui damnum, calamitatemq́; infert, uel qui turpiter aliquid agit, aut maleficium committit. Idem. Omnes optimates ſunt, qui neq; nocentes ſunt, nec natura improbi. Noxius, uel nocuus dicebatur, qui nocebat.

Cic.

quàm metu imperium agitabant. Interdum *inquiſitionem, conſilijúe ineundi ſignificationẽ habet.* Cic. *Negem illam agitatam in concionibus? iactatam in iudicijs? cõmemoratam in ſenatu?* Interdum *eſt mouere, pellere, uel perturbare, damnis, uel iniurijs afficere, uel inſectari, ut agitare feras, cùm excitatæ ſunt.* Idẽ. *Sunt ne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus.* Agitator *dicitur, qui uel equum, uel aſinum, uel aliud quoduis animal agit.* Cic. Non eſt *melius quicquàm, quàm ut Lucullus ſuſtineat currum, equosq́; ut bonus ſæpe agitator.* Agitatores *etiam dicti ſunt aurigæ in curuli certamine, & ludis* Circenſibus. Plin. lib. 8. *epiſt. de Circenſibus loquens.* Agitatio *translatè.* Cic. *Linguã ad radices eius hærens excipit ſtomachus: quo primùm illabuntur ea, quæ accepta ſunt ore.* Is *utraq; ex parte tonſillas attingens palato extremo, atq; intimo terminatur.* Atq; *is agitatione, & motibus linguæ cùm depulſum, & quaſi detruſum cibum accepit, depellit.* Propriè. Idem *In omnibus his ſtudiorũ agitatio uitæ æqualis fuit.*

Exagitare *aliquando exercitationis eſt, conſilij, ſtudij, & inquiſitionis.* Cic. *Colonorum diſſenſio delata ad patronos eſt, cùm multos annos eſſet exagitata. Aliquãdo uerò moleſtiæ eſt, aut faceßiti negotij, aut perturbationis, & uexationis.* Idem. *Ne & meũ*

errorem

Afflictare *eſt iactare, uel cruciare.* Cic. *Hîc tu me accuſas, quod me afflictem, cùm ita ſum afflictus ut nemo unquàm.*

Opprimere *aliquãdo eſt preßius iungere, uel quaſi agglutinare.* Cic. *Vbi cauetur, ne in Ianiculo Coloniã cõſtituatis? ne urbẽ hanc urbe alia, premere, ac urgere poſſitis? Premere, pro urgere, inſtare, uel afficere.* Idẽ. *Quæ neceßitas te tanta premebat?* Interdum *pro operire* Idẽ. *Quomodo potuit terra oppreſſus uiuere?* Interdũ *nullã uim habet.* Idẽ. *Puto te iam ſuppudere, cũ hæc tertia iã epiſtola antè te, oppreßit, quàm tu ſchedulã, aut literã: ſed nõ urgeo.* Propriè. Idẽ. *Oppreſſus eſt bello repẽtino.* Oppreßor. Idẽ. *Nònne hoc eſt in eaſdẽ tenebras recidiſſe, cùm ab eo, qui tyranni nomen aſciuit ſibi, cũ in Græcis ciuitatibus liberi tyrãnorũ oppreſſis illis eodẽ ſupplicio afficiãtur, petitur, ut uindices, atq; oppreßores dominationis ſalui ſint?* Oppreßio. Idẽ *Probat legũ, & libertatis interitũ, earũq; oppreßione, tetrã, & deteſtabilẽ glorioſã putat.*

Deprimere *eſt proterere, uel conculcare.* Propriè. Cic. *Eſt enim animus cœleſtis ex altißimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terrã, locũ diuinæ naturæ, æternitatiq; cõtrariũ.* Translatè. Idem *Hoc modo ſæpe multorũ improbitate depreſſa ueritas emergit.*

Euertere *ruinam ſemper, & calamitatē habet. Cic. Si in ipſa gubernatione negligentia eſt nauis euerſa, maius eſt peccatū in auro, quàm in palea.* Ad perſonā *relatum.* Idem. *Eadem iſta æſtimatione alter ſubleuarat aratores, alter euerterat.* Ad res pertinēs. Idem. *Qui omnia diuina & humana uexarunt, uiolauerunt, perturbarūt, euerterunt.* Euerſor. Idem. *Hoccine ego appellem nomine euerſores huius imperij? proditores ueſtræ dignitatis? hoſtes bonorū omnium?* Euerſio propriè. Cic. *Talis animaduerſio fuit Dolabellæ cum in audaces, ſceleratosq; ſeruos, tum in impuros, & nefarios liberos, talisq; euerſio illius execratæ columnæ, ut mirum mihi uideatur, tam ualde reliquū tempus ab illo uno die diſſenſiſſe.* Translatè. Idem. *Sequitur omnis uitæ ea, quam tu Lucull e commemorabas, euerſio.* Euerſionem inferre. Idem. *Qui ſuo dictu, & imperio cruento illo, atq; funeſto ſupplicio neq; à ſociorum mœnibus prohibere, neq; hoſtium urbibus inferre potuerūt, exciſionem, inflammationē, euerſionem, depopulationem, uaſtitatem eam ſua cum præda meis omnibus tectis, atq; agris intulerunt.*

Conculcare *eſt proterere, uel obterere.* Cic. *Ad portam Aeſquilinam Macedonicam lauream conculcauit.* Translatè pro uexare, uel affligere. Idem. *Conculcari miſeram Italiam uidebis prima æſtate ab*

utriuſq;

utriuſque mancipijs undique collectis.

Perdere *eſt affligere, uel euertere.* Cic. *O me perditum: ô me afflictum.*

Diſperdere. Cic. *Videte nunc proximo capite, ut impurus* Helluo *turbet* Rempub. *ut à maioribus noſtris poſſeßiones relictas diſperdat, & dißipat.*

Perditor. Cic. *Ergo tantis periculis propoſitis, cum, ſi uictus eſſem, interitus* Reipub. *ſi uiciſſem, infinita dimicatio pararetur, cōmitterem, ut idem per ditor* Reipub. *nominarer, qui ſeruator fuiſſem?*

Furari *eſt clàm de medio remouere, uel bonis alienis manus inferre.* Cic. *Qui eorū cuipiam, qui unà latrocinantur, furatur aliquid, aut clàm eripit, is ne ſibi in latrocinio quidem reliquit locum.*

Fur *dicitur, qui clàm eripit, & ſubtrahit.* Cic. *Crudelis olim furunculus, nunc uerò etiam rapax.* Furax. Idem. *Ridiculum eſt illud* Næuianum *uetus in furace ſeruo.*

Furtum. Cic. *Hæc omnia iudices non rerum certarum, ſed furtorum improbißimorū ſunt uocabula.* Furtum facere. Idem. *Conſilio tuo furtū factum eſſe aio.* Furtiuus Plaut. *Adduxit ſimul forma expetenda liberalem mulierē, furtiuam, abductam ex* Ara*bia penitißima* Furaciter Cic. *Cum te non cuſtodem ad continendas, ſed portitorem ad partiendas merces*

putares: cumq; omnium domos, apothecas, naues furaciſsime ſcrutarere, hominesq; negocia gerentes, iudicijs iniquiſsimis irretires &c Furtim, Idem. *Prima luce furtim in campum itineribus propè de uijs, currebat.*

Latrocinari eſt *prædari, uel furari*. Cic. Tot *milia latrocinantur morte propoſita.* Latro *eſt, graſſator, uel excurſor, qui ex rapto, & cæde uiuit.* Idem. *Erat ei uiuendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantũ rapere potuiſſet.* Latrociniũ *eſt excurſio.* Idẽ. *In his ſum locis, quò et propter lõginquitatẽ & propter latrocinia tardiſsimè omnia perferuntur.*

Prædari *eſt prædam facere.* Cic. *Spes rapiendi, atq; prædandi cæcat animos eorum.* Prædator. Idẽ. *Vtroſq; Quirites in eodem genere prædatorum, direptorumq; pono.* Prædo. Idem, *Vrbes pyratis, prædonibusq; patefactæ.* Præda. Idem *Accumulat aurum ex præda, ex manubijs, ex coronario.* Prædæ eſſe, Sall. *Ciuitas magna, atq; opulenta penè cuncta ob hoc prædæ fuit.* Prædam facere, agitare, uel agere. Cæſ. *Præda ex omnibus locis agebatur.* Prædam párere. Cic. *Illũ etiã arbitrabar ſine hoc ſubſidio pecuniæ retinere exercitum præda antè parta, & bellum conficere poſſe.* Prædæ dare. Liuius. *Intra paucos dies oppidum capitur: captum prædæ datum.* Prædam cape

re, di

re, diuidere, uel condonare. Sall. Cæterùm oppidum incenſum, Numidæ puberes interfecti, alij omnes uenundari, præda militibus diuiſa. A præda cohibere. Idem Caſtris ante oppidum poſitis, ſine iniuria cuius quàm conſedit, cohibetq; omnes à præda.

Manubiæ pro ſpolijs Cic. Quibus ex hoſtiũ ſpolijs? de qua uictoria? qua ex præda, aut manubijs, hæc abs te donatio conſtituta eſt?

Exuuiæ pro ſpolijs & præda. Cic. His temporibus non pudebat magiſtratus Pop. Rom in hunc ipſum locum aſcendere, cùm eum uobis maiores noſtri exuuijs nauticis, & claßiũ ſpolijs ornatũ reliquißent

Rapere pro trahere, aut cum feſtinatione capere, uel per uim inducere, aut uocare ad aliquid. Cic. Eſſedum aliquod rapias, ad uosq; recurras. Rapere pro auferre, uel compilare. Idem. Spes rapiendi, atq; prædandi cœcat animos eorũ. Raptus, à um, pro ſublata. Idem. Non ambroſia deos, aut nectare, aut iuuentate pocula miniſtrante lætari arbitror: nec Homerum audio, qui Ganimedem à dijs raptum ait propter formam, ut Ioui pocula miniſtraret. Rapax dicitur auidus, uel rapinis intentus Idem. Iſte crudelis olim furunculus, nunc uerò etiam rapax Rapacitas. Idem. Quis in uoluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in

largitione effuſior? Raptus,us, u, i, *Ad ſtuprum referri ſolet hoc nomen.* Idem. *Atq; ut muliebres amores omittam,quibus maiorem licentiam natura conceßit, quis aut de* Ganimedis *raptu dubitat,quid poëtæ uelint? aut non intelligit? quid apud* Euripidem *loquatur,& cupiat* Laius? Rapina. Idem. *Nihil cogitant niſi cædes,niſi incendia,niſi rapinas.* Raptim *eſt curſim,aut in tranſcurſu,cum feſtinatione* Idem. Raptim *ſe domum conijcit.* Rapidus *dicitur uelox,uel maximè celer.* Idem *Cum fertur quaſi torrens oratio,quamuis multa cuiuſque modo rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas,nuſquàm orationem rapidam coërceas.* Rapide,*id eſt,cum celeritate & uelocitate.* Idem. *Illud ſuperius dicendi genus come eſt,iucundum,ad beneuolentiam, conciliandam paratum: hoc uehemens, incenſum,incitatum: quod,cùm rapidè fertur, ſuſtineri nullo modo poteſt.* Raptare. Idem. *Vidi curru Hectorem quadrijugo raptari.*

Eripere *cum accuſatiuo & datiuo.* Cic. *Quos ut mors eripuit nobis,aut diſtraxit fuga. Cum ablatiuo interiecta præpoſitione.* Idem *Nunquã eſt,cum ego non ex iſtorũ inſidijs eripiar,atq; euolem.*

Præripere. Cic. *Quod allatura eſt ipſa diuturnitas,id nos præripere cõſilio prudentiaq; debemus.*

Arripere *eſt apprehendere,uel per uim ducere.*

cere. Cic. Vox & geſtus ſubitò ſumi, & aliunde arripi non poteſt.

Corripere *eſt cõprehendere, uel reprehendere. Cic. Hominem corripi, ac ſuſpendi iußit in oleaſtro quadam.*

Abripere *eſt abſtrahere, uel ui eripere, uel protrudere. Cic. Quem obtorta gula de conuiuio in uincula abripi iußit.*

Surripere *eſt furari, uel abſtrahere, uel latenter rapere. Cic. Nec uerò tibi aliter uideri debet, qui à Næuio ſumpſiſti multa, ſi fateris: uel ſi negas, ſurripuiſti.*

Diripere *eſt diuerſa diuerſè rapere, ut fit in urbium expugnatione, compilare ſcilicet. Cic. Direpto, & uaſtato Amano inde diſceßimus. Direptor. Idem. Quos in eodem genere prædatorum, direptorumq́; pono. Direptio Idem. Verſor in eorum naufragijs, & bonorum direptionibus.*

Detrahere *eſt detractionem facere. ſcilicet pro minuere, auferre, uel decerpere. Cic Rogaui, ut, ſi quid poſſet, ex ea ſumma detraheret. Ad perſonas relatum pro reuocare, uel uocare, uel detrahere in iudicium Idem Qui mihi homines ex prouincijs potißimum detrahendi ſunt. Detractio. Idem Tu ſi quid cum Silio uel ipſo die, quo ad Siccam uenturus ero,*

certiorem me uelim facias: & maximè cuius loci detractionem fieri uelit.

Subtrahere *eſt auferre, uel ſubducere.* Ci. *Quò ego me libentius à curia, & ab omni parte Rei pub. ſubtraho.*

Demere *eſt detrahere* Cic *Quod de capite, ipſi dempſit, quo tandem modo ferendum?*

Eximere *pro extrahere, effodere, uel eruere.* Cato. *Poſteaquàm accipiet feruere paulisper demittito, uſq; admodum dum quinq; numeres, tum eximito* Pro *auferre, uel excipere* Idem. *Illud quod me angit, non eximis.*

Adimere *eſt detrahere, auferre, eripere, uel procidere* Cic. *Senatuſconſultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta ſit.*

Minuere *eſt detrahere, uel extenuare, aut de ceſſionẽ facere.* Ci *Nõ ea quæ nũc tracto, minuũt, ſed augent potius illã facultatẽ.* Minutus *dicitur anguſtus uel paruus: cui* opponitur grandis, & pertinet tam *ad res, quã ad perſonas. Quòd ſi ad perſonas pertinet: minutus dicitur, qui nullius celebrioris nominis, aut autoritatis eſt.* Idem *Multo magis orator præſtat minutis imperatoribus* Minutè *eſt exiliter.* Idẽ. *Hæc uniuerſa cõcidunt etiã minutius.* Minutatim Idẽ. *Placet. Chryſippo, cùm minutatim, gradatim interrogaretur*

Imminuere,

Imminuere. *Cic. Pergratum mihi feceris, ſi iſtas exiguas copias, quàm minimũ imminueris.* Imminutio. *Idẽ. Quod ad legatos attinet, quid à me fieri potuit aut elegantius, aut iuſtius, quàm ut ſumptus egentißimarũ ciuitatũ imminuerẽ ſine ulla imminutione dignitatis tuæ, præſertim ipſis ciuitatibus poſtulantibus.*

Diminuere *eſt ad pauciora redigere.* Cic. *Ne quid de hoc tam exiguo ſermonis tui tempore uerbò uno meo diminueretur.* Dimiuutio. *Idem. Quare ad unum imperium Prouinciæ redeant, exercitusq; pulſus, diminutioq; accedat.*

Cõminuere *eſt frangere, diſturbare, uel dißipare.* Cic. *Nullum eſt officium tam ſanctum, quod non auaricia cõminuere, atq; uiolare ſoleat.*

Compilare *eſt furari, uel diripere, aut ſurripere.* Cic. *Alij omnia, quæ poſſunt, fama compilant.* Cõpilatio. *Idem. Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, ut mihi gladiatorũ compoſitiones, ut uadimonia dilata, & Chreſti compilationẽ mitteres, & ea, quæ nobis, cùm Romæ ſumus, narrare nemo audeat.*

Expilare *eſt prædari, uel exinanire.* Cic. *Hæc ſumenda ſunt nobis ab ijs ipſis, à quibus expilati ſumus.* Expilator. *Idem. Non itineribus tuis perterreri homines, non ſumptu exhauriri, non aduentu commoueri? eſſe, quocunque ueneris &*

publicè & priuatim maximam lætitiam, cùm urbs cuſtodem, non tyrannum: domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe uideatur? Expilatio. Idem. *Hinc ſicæ, hinc uenena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur: hinc furta, hinc peculatus, expilationes, direptionesq́; ſociorum & ciuium.*

Populari *eſt diripere, uel uexare.* Cic. *Eiectos aratores eſſe dico: agros uectigales uexatos, atq; exinanitos à Verre: populatam, uexatamq́; prouinciam.* Populatio Liuius. *Vſq; ad aquas Sinueſſanas populatio ea peruenit.* Populationẽ facere Idem. *Biduo, ſtatiua habita, & paßim populationes factæ.* In populatione eſſe, *eſt populari.* Idem *Nihil aliud, quàm in populationibus res fuit.* Populatione prohibere Cæſ. *Cæſar ſuos à prælio continebat, ac ſatis habebat in præſentia, hoſtem rapinis, populationibusq́; prohibere.*

Depopulari *eſt uaſtare, uel diripere.* Cic. *Siciliam Prouinciam C Verres depopulatus eſſe: Siculorum ciuitates uaſtaſſe dicitur.* Depopulator. Idẽ. *Quis eſt Sergius? armiger Catilinæ, ſtipator ſui corporis, ſignifer ſeditionis, concitator tabernariorum, dânatus iniuriarũ, percuſſor, lapidator, fori depopulator, obſeſſor patriæ.* Depopulatio direptio, uel uaſtatio Idem. *Cuius Prætura urbana ædiũ ſacrarũ fuit publicorumq́;*

publicorũq́; operũ depopulatio. Depopulationẽ inferre. Ide. Qui ſuo ductu, & imperio cruento illo, atq; funeſto ſupplicia neq; à ſociorũ mœnibus prohibere, neq; hoſtiũ urbibus inferre potuerunt, exciſionẽ, inflãmationẽ, euerſionẽ, depopulationẽ, uaſtitatẽ ſua cum præda meis omnibus tectis, atq; agris intulerunt.

Depeculari *deſitũ eſt uerbum, manſit ſolum peculari in uſu, quod antiquis erat, furari ea, quæ ad rem ſeu principem pertinebãt* Cic. *Neq; hoc ſoc ſolũ in ſtatuis publicis, ornamentisq́; fecit, ſed delubra etiam diuina ſanctiſsimis religionibus conſecrata depeculatus eſt* Peculator, *qui peculatum facit.* Idem. *De ſicarijs, ueneficijs, teſtamentarijs, furibus peculatoribus hoc loco non differendũ eſt: qui non uerbis ſunt, aut diſputatione philoſophorũ ſed uinculis et carcere caſtigandi peculatus.* Idem. *De ſicarijs, ueneficijs, de, peculatu inficiari neceſſe eſt.* Depeculator. Idem. *Aetolia amiſſa, Dolopes, finitimiq́; montani oppidis, atq; agris exterminati, ciues* Rom *qui in his locis negotiãtur, te unum ſolum ſuum depeculatorem, uexatorem prædonem hoſtem uenisse ſenſerunt.*

Auferre *pro referre, uel ad ſe recipere, uel aſportare.* Cic. *Scapitio omnem pecuniam ex edicto meo auferendi poteſtas fuit.* Inultum auferre. Terent. *Ego pretium ob ſtultitiam fero, ſed inultũ id nunquã*

 aufferet

auferet. Auferre aliquid. Idem. Ni faciant, quæ illos æquum eſt, haud ſic auferent. Pro extinguere, uel reprimere, aut tollere. Id quod nō in furto, aut direptione poſitū eſt, ſed in debilitatione inferenda. Cic. Vt alter dies amicis iſtius, & defenſoribus non modò ſpem uictoriæ, ſed etiam uoluntatē defenſionis auferret. Auferre dies. Idem. Deſtitutione illa perculſus Quintius à Scapulis paucos dies aufert, id eſt, ſolutionē in paucos dies differt. Idem. Te, inquit, hortor, ut omnia gubernes, & moderere prudētia tua, ne te auferāt aliorū conſilia. Pro abripere, detrahere, uel adimere Idē. Ab hoc abaci uaſa omnia, ut expoſita fuerant, abſtulit.

Tollere pro efferre, uel eleuare. Cic. Hoc ipſum uelle miſerius eſſe duco, quàm in crucem tolli. Tollere manus ſolent, qui aliquid ualde admirantur. Cic. Suſtulimus manus ego, & Balbus, tanta fuit oportunitas. Tollere oculos, Tollimus oculos ad iucundum alicuius rei nunciū, ſignum lætitiæ ſignificantes. Idem. Literulæ meæ, ſiue noſtræ tuo deſiderio oblanguerūt: hac tamen epiſtola, quam Acaſtus attulit, oculos paulùm ſuſtulerunt. Tollere cachinnū eſt irridere. Idem. In quo Alcibiades dicitur cachinnū ſuſtuliſſe. Tollere clamorem eſt uocem edere. Idem Quo aſpectu deterrita nutrix clamorē ſuſtulit. Ad cœlum tollere. Idem. Salamunij nos in cœlum decreto ſuo ſuſtulerunt. Pro

ſuſcipere

ſuſcipere,uel nutrire. Idem. *Quis autem humilitatē deſpicere audet cuiuſquā, qui ex eodem ſuſtulit liberos?* Pro negociū,uel onus recipere. Idem. *Fide,ſapientiaq́; ueſtra fretus plus oneris ſuſtuli, quàm ferre me poſſe intelligo.* Tollere pro extinguere, uel uita priuare. Idem. *Nónne uidentur hunc hominē ex rerū natura ſuſtuliſſe,& eripuiſſe, cui repentè cœlum,ſolem,aquā, terramq́; ademerūt.* Idem. *Dat negociū alieni,ut id nomen ex omnibus liberis tollatur.* Proijcere. Idem. *Tollitur è medio non ſolùm iſta ueſtra uerboſa ſimulatio prudentiæ,ſed etiam ipſa illa domina rerū ſapientia.*

Extorquere *eſt auferre, uel eripere.* Propriè. Cic. *Quoties iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus?* Translatè. Idem. *Hunc mihi errorem, dum uiuo extorqueri nolo.*

Spoliare *eſt detrahere, uel eripere.* Cic. *Poſſe liberalitate uti non ſpoliantem ſe patrimonio, nimirū eſt pecuniæ fructus maximus.* Idem. *Conturbatio ſanitate animum ſpoliat.*

Expoliare. Ci. *Sequutū eſt bellum Africanū, graues de te rumores ſparſi, qui etiam furioſum illum cœlum excitauerūt. Quo tum erga te rex animo fuit? qui auctionatus ſit,ſeſeq́; expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare.*

Diſpoliare. Cic. *Quid erat, quod Calidius Rome*

mæ queretur, ſe, cum tot annos in Sicilia negociaretur, abs te ſolo ita eſſe contemptum, ita deſpectum, ut etiã cum cæteris Siculis diſpoliaretur? Spoliare. Idẽ. *Qui dux iſti ad deſpoliandũ Dianæ templum fuit.*

Spoliatio. Cic. *Hinc uos quas ſpoliationes, quas pactiones, quam deniq; in omnibus locis nundinationẽ iuris, ac fortunarum fore putatis?*

Spolia *dicuntur exuuiæ, uel quicquid ab hoſtibus, uel ab alijs detrahitur.* Cic. *Si ſpoliorum cauſa uis hominẽ occidere, ſpoliaſti. Quid quæris amplius?*

Priuare *eſt auferre, uel adimere, excludere, uel expertem facere, aut quod proprium alicuius ſit, extorquere. quod uel in malam, uel in bonam partem capitur.* Cic *Sic me & liberalitatis fructu priuas, & diligentiæ, & mediocris etiam prudentiæ* Idem. *Non hac exceptione unus afficitur beneficio, ſed unus priuatur iniuria* Priuatio *eſt amotio, uel ſpoliatio* Idem. *Omni priuatione doloris putat* Epicurus *terminari ſummam uoluptatẽ.* Priuatus *pro domeſtico & proprio* Idem. *Priuatũ oportet æquo, et pari ciuibus iure uiuere.* Priuatim *eſt propriè.* Idem. *Intereà uerbũ nullum interpoſuit Næuius, at t ſocietatem ſibi quippiam debere, aut priuatim Quintium deb iſſe.*

Orbare *eſt priuare, uel ſpoliare.* Cic *Si planè illis orbatus eſſem, magnum tamen afferret mihi ætas*

ipſa

ipſa ſolatium. Orbus abſolutè. Cic. *Hæreditatis ſpes quid iniquitatis in ſeruiendo non ſuſcipit? Quem nutum locupletis orbis ſenis non obſeruat? Cum ablatiuo.* Idem. *Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanitatem: ſed ea plus non poteſt, quàm uis, & mutatio omnium rerum, atq; temporum.* Itaq; *orbus hijs rebus omnibus, quibus et natura me, & uoluntas, & conſuetudo aſſuefecerat, cum cæteris, ut quidem uideor, tum ipſe mihi diſpliceo. Cum ablatiuo & præpoſitione.* Idem *Vſq; eò orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum eſſet Meandrius: cuius lingua quaſi flabello ſeditionis, illa tum eſt egentium concio uentilata. Orbitas.* Idem. *Bonum liberi, miſera orbitas: bonum patria: miſerum exilium: bonum ualetudo. &c.*

Nudare *eſt ſpoliare, uel orbare.* Cic. *Flagitij principium eſt nudare inter ciues corpora. Tranſlatè* Idem. *Qui mea pericula non modò ſuo præſidio, ſed etiam ueſtra deprecatione nudarunt.*

Denudare Cic. *Vide Craſſe, ne dum nouo, & alieno ornatu uelis ornare iuris ciuilis ſcientiam, ſuo quoq; eã cõceſſo, atq; tradito ſpolies, atq; denudes*

Enudare *tranſlatè pro enucleare, & quaſi in apertum proferre.* Cic *Ipſum hominem eadem natura non ſolùm celeritate mentis ornauit, ſed etiam*

ſenſus, tanquã ſatellites attribuit, ac nuncios, & rerũ plurimarũ obſcuras, et neceſſarias intelligentias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ, figuramq́; corporis habilem, & aptam ingenio humano dedit.

Nudus *propriè. Cic. Quem tu cùm ephebum Tenni cognoſces, quoniã tu nudus delectarat, ſemper nudum eſſe uoluiſti.* Translatè *pro ſpoliato ſumitur, uel deſtituto, uel non fucato, & ſimplici. Sine caſu.* Idem. *Nuda iſta ſi ponas, iudicari, qualia ſint, non facilè poſſunt. Cum ablatiuo et ſine præpoſitione.* Idem. *Huic tradita urbs eſt nuda præſidio, referta copijs. Cum ablatiuo & præpoſitione.* Idem. *Ipſa Meſſana, quæ ſitu, mœnibus, portuq́; ornatu ſit, ab his rebus, quibus iſte delectatur, ſanè uacua, atq; nuda eſt.*

Attenuare. *Cic. Attenuata eſt oratio, quæ demiſſa eſt uſq; ad uſitatiſſimã puri conſuetudinẽ ſermonis.* Attenuatio. *Idem. Defenſoris narratio ſimplicẽ, et dilucidam expoſitionẽ debet habere cum attentione ſuſpicionis.* Attenuatè. *Idem Quoniam oratorũ bonorũ (hos enim quærimus) duo genera ſunt: unũ attenuatè, preſſeq́;: alterũ ſublatè, amploq́; dicentium: etſi id melius eſt, quod ſplendidius, & magnificentius, tamen in bonis omnia, quæ ſumma ſunt, iure laudantur.*

Extenuare *eſt minuere, uel deprimere. Cic. Defenſor negabit fuiſſe cauſam, ſi poterit: aut eam uehementer extenuabit.* Extenuatio. *Idem. Cõmoratio in*

una re permultũ mouet, et illuſtris explanatio, rerũq; quaſi gerantur, ſub aſpectũ pene ſubiectio: quæ & in exponenda re plurimũ ualet, & ad illuſtrandum id, quod exponitur, et ad amplificandũ: ut ijs, qui audient illud, quod augebimus, quantũ efficere oratio poterit, tantũ eſſe uideatur: et huic cõtraria ſæpe præciſio eſt, & plus ad intelligendũ, quàm dixeris ſignificatio, & diſtinctè conſcia breuitas, & extenuatio.

Exinanire *eſt attenuare, uel exhaurire.* Cic. Nox *illa tota exinanienda naui conſumitur.*

Exhaurire *eſt exinanire, uel uacuum facere.* Propriè. *Cic.* T*antũ uini in* H*ippiæ nuptijs exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet euomere.* Translatè. Idem. *Is exhauſto poculo mortis, eſt mortuus.* Idem M. *Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat uectigalia.*

Vaſtare *eſt populari & direptione, exinaniendoq; deformẽ reddere.* Cic. Homo *magis ad uaſtandã* Italiam, *quàm ad uincendũ paratus.* Vaſtatio. Idem. Ergo *in uaſtatione omniũ tuas poſſeßiones ſacroſanctas futuras putas?* Vaſtitas *propriè eſt luctuoſa quædam, & miſera rerum facies, quæ uaſtationẽ, direptionemq; ſequitur: ut cum depopulati ſunt ab hoſtibus agri, uel incendijs perditi, ut nihil in his præter ſolitudinem reliquũ ſit.* Cic. *Scio ab iſto initio tractum eſſe ſermonem, teq; Bruti dolentem uicem, quaſi defleuiſſe*

iudi-

iudiciorũ uaſtitatũ,et fori. V*aſtitas pro magnitudine.* Columel. *Pari in hac terra uaſtitate beluas progenerari quis neget?* V*aſtitatẽ efficere,uel reddere.* Liuius. *Caſtris ad* Eretũ *poſitis per expeditiones paruas plerunq; noctis incurſionimbus tantam uaſtitatem in Sabino agro reddidit,ut comparat ad eam propè intacti bello fines* Romani *uiderentur.* V*aſtitatem inferre.* Cic. *Me meis ciuibus famem,uaſtitatẽ inferre* Italiæ? V*aſtitatẽ depellere.* Idem. *Cùm in maximis periculis huius urbis, atq; imperij, grauiſſimo atq; acerbiſſimo* Reipub. *caſu ſocio atq; adiutore conſiliorum, periculorumq; meorũ* L. Flacco *cædem à uobis coniugibus, liberis ueſtris, uaſtitatem à templis, delubris, urbe.* Italia *depellebam,ſperabam iudices honoris potius* L. Flacci *me adiutorem futurum, quàm miſeriarũ deprecatorẽ.* V*aſtus pro deſerto,uel magno & lato.* Idem. Elephanti *beluarum nulla prudentior: at figura quæ uaſtior?* V*aſtè* Idem. *Id aſſequimini ſi uerba extrema cum conſequẽtibus primis ita iungetis,ut néue aſperè concurrant,néue uaſtiùs deducantur.*

PELLERE *eſt mouere,uel agitare. Sine iniuria, uel eiectione accipitur pro cõmouere,uel afficere.* Cic. V*t ex neruorũ ſonorum in fidibus, quàm ſcienter ei pulſi ſunt, intelligi ſolet: ſic ex animorum motu cernitur, quid tractandis his perficiat orator.*

Cum

Cum iniuria uel eiectione. Idem. *Qui armis fugatus, pulſus eſt, non eſt deiectus?*

Pulſus *us, ui, motum uel agitationem ſignificat* Idē. *Inanimū eſſe omne, quod pulſu agitatur externo.*

Pulſare *non eiectionem habet, ſed agitationem uehementiorem & uerberationem.* Cic. *Videris pendêre alios ex arbore: pulſari autē alios, & uerberari*

Propulſare *eſt repellere, uel arcere.* In bonā *partem poſitum.* Cic. *Periculum, quod in omnes intenditur, propulſare.* In malam partem. Idem. *Sic uerò erant diſpoſita præſidia, ut quomodo aditus hoſtium, prohibetur caſtellis, & aggeribus, ita ab ingreßione, fori populum, Tribunoſq; plebis propulſari uideres.*

Expellere *eſt extrudere, eijcere, uel detrudere, & ſine caſu, uel cum ablatiuo ſine præpoſitione.* Ponitur. Cic. Hi *ſunt, qui niſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe putarunt licentiam cupiditatum ſuarum.* Cum ablatiuo & præpoſitione. Idem. H*æc tanta uirtus ex hac urbe expelletur? exterminabitur? eijcietur?*

Expulſor. Cic. O *uitæ philoſophia dux, ô uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum, quid non modò uos, ſed omnino uita hominum ſine te eſſe potuiſſet?* Expulſio. Idem. *Qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs interciſas, pecuniarum in concionibus,*

 candidatorum

candidatorum, dimiſsiones libertorum ad fœnerandas diripiendasq́; prouincias: qui expulſiones uicinorum qui latrocinia in agris, qui cum ſeruis, cum liberis, cũ clientibus ſocietates, qui poſſeſsiones uacuas, &c.

Depellere eſt expellere, uel repellere In bonam partem. Ci Non facilè tantam molem mali à ceruicibus noſtris depuliſſem. In malam partem poſitũ. Idem. Dimoueri, & depelli de loco neceſſe eſt eum, qui deijcitur. Depulſor Idem. Quo etiam maiorem, ei Reſpub gratiam debet, qui libertatem Pop. Rom. unius amicitiæ præpoſuit, depulſorq́; damnatus, quàm particeps eſſe maluit. Depulſio. Idẽ. Voluptatis alij primũ appetitũ putant, et primã depulſionẽ doloris.

Repellere, eſt propulſare, uel obuiam ire & refutare. Cic. Homines audaces ab eius templi aditu, aſcenſuq́; repuliſti. Idem. Ego Clodij furorem à ceruicibus ueſtris repuli.

Mouere Ci Minimè conuenit ex eo agro, qui Cæſaris iuſſu diuidatur, eum moueri, qui Cæſaris beneficio Senator ſit.

Dimouere eſt depellere, uel eijcere. Ci. Quæ uirtus unquàm ulla ui labefactari poteſt, nunquàm dimoueri loco.

Amouere. Ci. Nebulonẽ illũ ex iſtis locis amoue. Amotio. Idẽ. In omni re doloris amotio ſucceſsionẽ efficit uoluptatis. Semouere

Semouere. Cic. Res lumen habere non poſſūt ſi uerba ſemoueris.

Remouere eſt dimouere, uel reijcere. Ci. Remouere ſe ab aliquo negotio. Idem. Catonē à legibus remouit.

Deturbare eſt demoliri. Cic. Quòd ſi cœmentum bonum non habeam, deturbem ædificium. Pro eijcere, uel detrudere. Idē. De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt.

Diſturbare. Ci. Diſturbari tecta, diripi fortunas uidebat. Tranſlatè pro peruertere. Idē. Si hoc diſſuadere eſt, ac non diſturbare, atq; peruertere.

Exturbare eſt expellere, uel per uim eijcere. Cic. Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus. Idem. E ciuitate ciuis exturbatur, innocēs expellitur. Trāslatè Idem. Multa conuenerant, quæ mentem exturbarent meam, atq; me de mente deijcerent.

Deijcere eſt deturbare, uel depellere. Cic. Eieci ego te, non deieci. Idem. Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorū minorē annis quadraginta de ponte in Tyberim deiecerit. Deijcere oculos: aliquando habet celeritatem, aliquando præ pudore oculorum ſubmiſſionem, uel quaſi conniuentem aſpectum. Idem. Si tantulum oculos deiecerimus, præſto ſunt inſidiæ. Deiectio. Idem. Non alia ratio iuris eſt in hoc iure duntaxat, utrum me tuus procurator, deie=

cerit is, qui legitimè procurator, dicitur omnium re-rum eius, qui in Italia non ſit Abſitne Reipub. cauſa, quaſi quidam penè dominus, hoc eſt, alieni iuris uica rius, aut tuus colonus, aut uicinus, aut cliens, aut liber tus, aut quiuis, qui illam uim, deiectionemq́; tuo roga-tu, aut tuo nomine fecerit.

Eijcere *eſt expellere, uel exturbare.* Cic. *Non nimium liberale hoſpitium meum dices, nam te in uiã ſtatim extrudam & eijciam.*

Detrudere, *depellere, uel deturbare, & uel eſt eijcientis.* Cic. *Poteſtne detrudi quiſquàm, qui non attingitur: uel eſt impellentis, aut deprimentis.* Idem. *In maximũ luctũ, laboreq́; detruſus ſum.* Vel *extrahẽ tis.* Idẽ. *Putantur detrudi comitia in menſem* Marciũ.

Trudere. Cic. *Quò ne trudamur, dij immor-tales non admonent.*

Obtrudere *eſt pellere, uel quaſi ui trahere, aut recondere* Cic. *Qui non obtruſit aliqua ex parte, monumẽta* P. *Scipionis, ſed funditus ſuſtulit, ac deleuit.*

Cõtrudere *eſt rapere, aut cũ ui pellere.* Ci. Ex *Africa tantũ exhauſit, quãtũ potuit in naues cõtrudi.*

Protrudere. Cic. *Vt qui protruſit* Cylindrũ, *dedit ei principiũ motionis, uolubilitatem autem, non dedit: ſic uiſum obiectum imprimet illum quidem, & quaſi ſignabit in animo ſuo ſpeciẽ, ſed aſſenſio noſtra, erit in poteſtate.* Intrude-

Intrudere. Cic. *Verſabatur quoq; eo tempore in his rationibus auctionis, & partitionis: atq; etiã ſe ipſe inferebat, & intrudebat, ut mulier imperita nihil putaret agi callidè poſſe, ubi non adeſſet* Ebutius.

Retrudere. Cic. *Hæc ſunt penitus in media, philoſophia retruſa, atq; abdita.*

Abſtrudere *eſt abſcondere, uel abdere.* Cic. *In hac ſolitudine careo omnium colloquio, cumq; mane me in ſyluam abſtruſi denſam, & aſperam, non exeo inde ante ueſperum.*

Extrudere *eſt eijcere, uel depellere.* Ci. *Pollucẽ ſi adhuc nõ eſt profectus, quamprimùm fac extrudas.*

Exigere *reiectionem, & excluſionem hic habet.* Terent. *Poſthac quas faciet de integro comœdias ſpectãdæ, aut exigendæ ſint uobis prius.*

Exterminare *eſt eijcere.* Cic. *Cuius uirtute regibus exterminatis libertas in Republica conſtituta eſt.* Exterminator. Idem. *Res uerò publica quanquàm erat exterminata mecum, tamen, obuerſabatur ante oculos exterminatoris ſui: ab iſtius inflammato, atq; ignito furore iam tum me, ſeq; repetebat.*

Excludere *propriè* Cic. *Coracem iſtum ueſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido, qui euolent clamatores odioſi, ac moleſti.* Pro excipere. Idem *Craſſus tres legatos decerint, nec*

Indigere *cum genitiuo. Cic. Illa non tam artis indigent, quàm laboris. Cum ablatiuo. Idem. Nunc commiſi, ut me uiuo à'ijs indigeres.* Indigens. *Idem. Aut opera benignè fit indigentibus, aut pecunia.* Indigentia. *Idem. Amare nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia nulla utilitate quæſita.*

Tenuis *aliquando pro ſubtili, leui, anguſto, uel preſſo ponitur. Cic. Corpus noſtrum tenuiſſima ſæpe de cauſa conficitur.* Tenuiter *eſt preſſè. Idem. Non contrà tenuiter, & nugatoriè reſponſum?* Tenuis *hîc pro paupere, uel parum locupletè ponitur. Ad perſonam relatum. Idem. Pœna grauior in plebem tua uoce exagitata eſt. Commoti tenuiorum animi. Ad res pertinens. Idem. Huic quidem pater, nolo nimium dicere, non tenuiſſimū patrimonium reliquit.* Tenuitas *pro ſubtilitate, uel gracilitate. Idem. Tanta eſt animi tenuitas, ut fugiat aciem.* Tenuitas *pro paupertate, uel bonorū anguſtia. Idem. Is habitu extorū, & colore declarari cenſet earum rerum, quas terra procreet, uel ubertatem, uel tenuitatem: ſalubritatem etiam, aut peſtilentium extis ſignificare putat.*

Humilis *proprè dicitur id, quod humi decliue eſt. Cic Natura quicquid genuit non modò animal, ſed etiam quod ita eſſet ortum è terra, ut ſtirpibus ſuis*

meretur, in ſuo quodq; genere, perfectum eſſe uoluit. Itaq; & arbores, & uites, & ea, quæ ſunt humiliora, neq; ſe tollere à terra altius poſſunt: alia ſemper uirent: alia hyeme nudata uerno tẽpore tepefacta frondeſcunt. Translatè ad perſonã pertinens. Cic. *Indignũ eſt uinci ab inferiore, atq; humiliore.* Ad res. *Verbum durum, inſolens & humile.* Humilitas propriè. Idem. *Docet ratio Mathematicorũ, quanta humilitate luna feratur, terram penè contingens.* Translatè pro abiectione, obſcuritate, uel ignobilitate, aut tenuitate. Idem. *Quis erat, qui non uideret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere?* Idem. *Humilitatem generis obijcient nobis.*

Pauper *dicitur tenuis, & humilis, cui parua & anguſta res familiaris eſt.* Cic. *Quæro ex te, ſis né ex pauperrimo diues factus in illo ipſo anno, quo lex data eſt de pecunijs repetundis?* Paupertas *eſt tenuitas, egeſtas, uel anguſtia rei familiaris.* Idẽ. *Paupertas ſi malum eſt, mendicus beatus eſſe nemo poteſt.*

Inops *eſt pauper, nudus, uel impotens. Sine caſu.* Cic. *Non erat abundans, non inops tamen.* Cum genitiuo. Idem. *Quòd ſi fortè, ut fit plerunq;, ceciderint, tum intelligitur, quàm fuerint inopes amicorum.* Cum ablatiuo Idem *Cn. autem Lentulus Marcellinus nec unquàm indiſertus, & in Conſulatu pereloquens*

uiſus

piſus eſt, non tardus ſententijs, non inops uerbis, uoce canora, facetus ſatis. Cum accuſatiuo & præpoſitione ad. Idem. C. Sicinius Q. Pompeij illius, qui Cenſor fuit, ex filia nepos. Quæſtorius mortuus eſt, probabilis orator: iam uerò etiam probatus ex hac inopi ad ornandum, ſed ad inueniendũ expedita Hermagoræ diſciplina. Cum ablatiuo et præpoſitione à. Idem. Qui ſic inopes & ab amicis, & æſtimatione ſunt, ut mihi uideatur non eſſe ἀδύνατον Curium obducere. Inopia eſt egeſtas, uel indigẽtia. Cic. Mea opera inopiam eſſe frumenti clamarunt.

Mendicus eſt pauper, uel inops, qui non habet, in quo pedem ponat. Cic. Inſtrumentũ hoc forenſe litigioſum, acre, tractũ ex uulgi opinionibus, exiguũ ſanè, atq; mendicum eſt. Mendicitas. Idem. Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat. In mendicitate eſſe. Idem. In hac cauſa cùm uiderent illos ampliſſimã pecuniam poſſidere, hunc in ſumma mendicitate eſſe, illud quidem non quærerent, cui bono fuiſſet, ſed eò perſpicuũ crimen, & ſuſpicionem potius ad prædam adiungerent, quàm ad egeſtatem.

Paucus eſt exiguus, uel rarus. Cic. Paucos ex multis ad ignominiam ſortiere. Pauculus. Idem. Ergo aſſentiris Antiocho familiari meo, magiſtro enim non audeo dicere, quo cùm uixi, & qui me ex noſtris

penè conuellit hortulis, deduxitq́; in Academiã per pauculis paſsibus.

Paucitas. Cic. *Quin continetis uocem indicem ſtultitiæ ueſtræ, teſtem paucitatis?*

Paulum *ſignificat aliquo modo, uel aliquantum.* Cic. *Tuas nunc literas à primo lego: hæ me paulùm recreant.* Paululum. Idem. *Mane hoc paululum exoraui.* Paulò. Cic. *Orator paulò illuſtrior.* Paulo antè, *pro modo, uel dudum.* Idem. *Si incidet imprudentiæ cauſa, quæ non ad delictũ, ſed ad caſum, neceſſitatemúe pertineat, quod genus pauloantè attigimus, erit iiſdem æquitatis ſententijs contra acerbitatẽ uerborum deprecandum.* Paulo pòſt, *eſt breui pòſt tempore, uel paucis interpoſitis uerſibus: ut cùm ſcribendo aliquid aliò à nobis differtur.* Cic. *In his locis, quos proponã paulò poſt.* Paulò minus. Idem. *Auri pondo centum paulò minus.* Paulò nimium. Idem. *Hunc ego Catule Sulpitium primùm in cauſa paruula adoleſcentulum audiui, uoce, & forma, & motu corporis, & reliquis rebus aptum ad hoc munus, de quo quærimus: Oratione autem celeri, et concitata, quod erat ingenij: uel uerbis ferueſcentibus, & paulò nimium redundantibus, quod erat ætatis.* Paulò plus. Idem. *Quiſquis audierit de arte paulò plus, omnia uidere poterit.* Paulò amplius. Idem. *Aurum uiginti pondo paulò amplius.*

Paulò

paulò magis. Idem. Delectari mihi antiquitate uideâr, & libenter uerbis etiam uti paulò magis priſcis. Paulatim eſt ſenſim, uel minutatim. Teren. Paulatim plebem primulũ facio meam. Pauliſper eſt aliquantũ, uel paulum, uel ad breue, aut minimum tempus. Cic. De me ſuſcipe pauliſper meas partes, & eum te eſſe finge, qui ego ſum. Pauliſper dum. Milo cùm in ſenatu fuiſſet eo die, quoad ſenatus dimiſſus eſt, domum uenit: calceos, & ueſtimenta mutauit: pauliſper, dum ſe uxor comparat, commoratus eſt.

Aliquantum eſt paulum, uel nonnihil. Cic. Literis tuis lectis aliquantum acquieui. Aliquantulum eſt paululum. Idem. De natura licet aliquantulũ ducere ſuſpicionis.

Nõnihil eſt aliquantũ. Cic Eloquẽtia Q. Hortenſij ne me dicendo impediat, nonnihil cõmoueor.

Rarus. Rarum propriè dicitur, quod non eſt denſum: ut rari capilli, rarus pulmo. Cic. In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſsimilis ſpongiæ mollitudo. Aliquãdo ponitur pro pauco, uel pro præſtanti, quòd omnia præclara rara ſint. Idem. Oportet animaduertere, ne, cùm aliter multa ſint iudicata, ſolitarium aliquod, aut rarum iudicatum afferatur. Raro eſt inſolenter, non ſæpe. Idem Quæritur deinde, an id uulgò euenire ſoleat, an inſolenter & raro.

Exiguus

Exiguus eſt exilis, uel tenuis. Cic. Cui errato exigua laus proponitur. Exiguitas. Idem. Nunc exiguitas copiarū receſſum non dimicationē mihi tuam præſagiebat. Exiguè Idem. Hoc quidē eſt nimis exiguè, & exiliter ad calculos reuocare amicitiā, ut par ſit ratio acceptorū ac datorum.

Exilis. Cic. Cōmoti animi tenuiorum, atq; exilium in noſtrum ordinem. Exilitas. Idem. Qui diſcerneres eorum, quos nominaui, ubertatē in dicendo, & copiam ab eorum exilitate, qui hac dicendi elegantia non utuntur. Exiliter. Idem. Videmus iiſdem de rebus ieiunè quoſdam, & exiliter diſputaſſe.

Paruus dicitur exiguus, uel modicus, tenuis, minutus. Ad perſonas relatum. Teren. Ibi tum matri paruulā puellam dono quidam mercator dedit. Extra perſonā pertinet uel ad rem, uel ad locum, uel ad tempus, uel ad aliud quodlibet, quod puſillū ſit Cic. Non cōmoda quædam ſequebantur parua & mediocria.

Paruiducere. Cic. Niſi multorū præceptis, multisq; literis mihi ab adoleſcentia ſuaſiſſem, nihil eſſe in uita magnopere expetendum, niſi laudem, atq; honeſtatem: in ea autem perſequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis, atq; exilij parui eſſe ducenda, nunquàm me pro ſalute ueſtra in tot, ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorū hominum

minum quotidianos impetus obieciſſem.

Paruifacere. Cic. Virtus uoluptatem paruifacit.

Paruipendere. Cic. Si iſta paruipendimus, certè & maiora contemnimus.

Minor parui eſt cõparatiuus. Ad ætatẽ pertinens. Teren. Video herilem filiũ minorẽ huc aduenire. Ad alia relatũ. Cic. Fuerũt patritij minorũ gentium.

Minimus eſt tantulus, uel tenuiſsimus. Cic. Omnia minima maxima ad Cæſarem nacti ſciebam.

Parum eſt paulùm, & iungitur cum uerbis, aut nominibus, aut aduerbijs. Cic. Sunt ea quidem parum firma. Teren. Parum perſpexiſſe eius uidere audaciam. Cum eſt. Plaut. Si pro peccatis centum ducat uxores, parum eſt.

Parumper eſt pauliſper, quaſi perparũ. Cic. Abduco parumper animum à moleſtijs.

Minus ſine caſu. Cic. Præſtitimus patriæ non minus certe, quàm debuimus, plus profectò, quàm eſt animo cuiuſquam, aut conſilio hominis poſtulatum. Cum nominatiuo. Liuius. Minus duo milia hominum effugerunt. Cum genitiuo. Plaut. Si ſic alijs mœchis fiat, minus hic mœchorum ſiet Cum accuſatiuo. Cic. Minus multa dederunt ei Reipub pignora. Cum ablatiuo. Idem. Minus tribus medimnis in iugerũ nemo dedit. Pro parum, uel non. In hac ſignificatione ſæpe admittuntur

admittuntur aduerbia, uel uerba: ut minus doctè, minus pulchrè, minus eleganter, & ſimilia. Vel *minus uidet, minus intelligit, minus ualet, & alia huiuſmodi.* Cic. *Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus.* Idem. Cogito ea, *quæ minus intellexi, requirere.*

Minimum. Cic. *Non modò non præmijs, quæ apud me minimum ualent, ſed ne periculis quidem compulſus ullis.* Minimè. Idem. Hoc ego *præſente ineptus eſſe minimè uellem.* Minimè cum gentium. Teren. *Meritó ne hoc meo uidetur factum?* D. *Minimè gentium.* Cic. *Quod quidem tu minimè omnium ignoras.*

Maximè omnium Cic. *Qui maximè omnium nobilium Græcis literis ſtuduit.*

Minuſculus. Cic. *Reſcripſi epiſtolæ maximæ, nunc audi de minuſcula.*

Puſillus *breuem ſignificat, uel maximè paruum.* Translatè *pro abiecto, uel humili ponitur.* Cic. *Quam quidem contumeliam uilla puſilla iniquo animo ferret.* Idem. *Illud uerò puſilli animi, & ipſa maleuolentia ieiuni.*

Modicus *pro moderato, uel mediocri.* Cic. *Vtendum eſt exercitationibus modicis.* Pro pauco, *uel paruo.* Idem. *Pecunia mea eſt ad uulgi opinionem mediocris, & meam modica, ad tuam nulla.* Modicè, *pro mode-*

pro moderatè, Idem. Illud aſſequi poſſunt, ut ijs, quæ habeant, modicè & ſcienter utantur. Pro parũ. Idem. Ea res me modice tangit.

Mediocris *dicitur modicus, uel nonnullus.* Cic. Hoc *prudentiæ eſt penè mediocris.* Idem. Fannius *in mediocribus oratoribus habitus eſt.* Mediocritas. Idem. *Eſt ſcilicet utriuſq; rei modus, & quædam in utroque genere mediocritas.* Mediocriter. Idem. *Corpus etiam ſi mediocriter ægrum eſt, ſanum non eſt.*

PENVRIA *dicitur inopia rei cuiuslibet.* Cic. *Sunt firmi, & ſtabiles, & conſtantes eligendi amici: cuius generis & magna penuria, & iudicare difficile eſt, ſanè, niſi expertum.*

Anguſtiæ *uel loci.* Cic. *Corinthus erat poſita in anguſtijs, atq; in faucibus Græciæ.* Vel *uariarum eſt rerum.* Translatè. Idem. *Excuſationẽ anguſtiarũ tui temporis accipio.* Anguſtia *pro tenuitate, & exiguitate fortunarum, atq; rei familiaris.* Cic. *In anguſtijs ærarij, uictorem exercitũ ſtipendio affecit.* Anguſtare *eſt urgere, premere, uel arctare.* Cic. *Omnis terra, quæ colitur, anguſtata uerticibus, lateribus latior parua quædam inſula eſt circumfuſa illo mari, quod Atlanticũ, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris.* Anguſtus *pro arcto, exiguo, uel breue.*

Idem.

Idem. In paruum quendam, & anguſtum locum, con cludi. Tranſlatè. Idem. Nihil eſt tam anguſti animi, tamq; parui, quàm amare diuitias.

Deſerere pro deſtituere, uel derelinquere. Ci. Vereor, ne aut à uobis eripiatur cauſa regia, aut deſe ratur. Idem. Vt nullius unquàm reditus fuerit deſertior. Pro fruſtrari Ci. Me tuæ literæ nunquàm in tan tam ſpem adduxerunt, quantam aliorum. Attamen, mea ſpes tenuior ſemper fuit, quàm tuæ literæ. Sed ta men, quoniam cœptum eſt, age, quo quomodo cœptũ eſt, & quacunq; de cauſa: non deſeram neq; optimi, atq; uinci fratris miſeras atq; luctuoſas preces &c. Minus uetuſta exempla. Cic. Amici partim deſeruerunt me, partim etiam prodiderunt. Idem. Non ſum paſſuros amicos meos à me deſertos. Deſertor. Idem. Quid hoc miſerius, quàm alterum exiſtimari conſeruatorem inimicorum: alterum deſertorem inimicorũ?

Derelinquere eſt deſerere. Cic. Aratores, agros deſererent, totaſq; arationes derelinquerent. Idem. Derelinquo iam communem cauſam, populiq; ius in ueſtra fide depono, pro derelicto habere. Idem. Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, atq; oram maritimã illum pro derelicto habere, id eſt, negligere. Derelictio. Idem Non magis eſt contra naturam mor bus atq; egeſtas, aut quid eiuſmodi, quàm detractatio,

atq;

diq; appetitio alieni. Sed communis utilitatis dereli- ctio contra naturam eſt: eſt enim iniuſta.

Deſtituere eſt deſerere, uel derelinquere. Cic. Ita ſum deſtitutus, ut nihil requietis habeam. Deſti- tutio. Idem. Vt iudices deſtitutione iratos illi redderet

Deficere eſt deſerere, deeſſe, uel deſciſcere. Abſolutè. Cic. Deficit non uoluntas, ſed ſpes. Cum ac cuſatiuo. Idem. Is iurare cùm cœpiſſet, uox eum defe cit in illo loco. Cum datiuo. Idem. Hoc onus, ſi uos aliqua ex parte alleuabitis, feram, ut non potero, ſtu- dio & induſtria iudices: ſin à uobis deſerar, tamen animo non deficiam. Cum ablatiuo interiecta præpoſi tione. Idem. Si planè à nobis deficitis, moleſtè fero. Paſſiuè poſitum, idq; abſolutè, uel cū ablatiuo. Idē. In quo non modò defici, ſed etiam laborare turpe eſt. De fectio. Cic. Omnium perturbationum fontem eſſe di- cunt intemperantiam, quæ eſt à tota mente, & à re- cta ratione defectio. Idem. Ipſa defectio uirium adoleſ centiæ uitijs efficitur ſæpius, quàm ſenectutis. Defe- ctus, us, ui, pro perfecto, uel confecto. Idem. Libri ad Varronem non morabantur: ſunt enim defecti. Dici- mus etiam defecta corpora, uel defecti, quaſi, reſoluti Martial. Dulcia defecta modulantur carmina lingua. Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Hic ſubſtantiuè po- nitur. Liuius. Defectus alibi aquarum circa torridos

fontes, riuoſq; ſtragem ſiti pecorum morientiũ dedit.

Deeſſe *eſt deficere, abſolutè.* Terent. *Non ratio, uerùm argentum deerat.* Deeſſe *ſibi dicitur, qui, quòd in ſe poſitum eſt, non agit: uel qui animo remiſſo, & fracto operam, diligentiam, ſtudiumq́; quod debet, in re ſuſcepta non præſtat: uel cuius ignauia, negligẽtiaq́; in cauſa eſt, ut minus, quod in uotis fortè habet, ex ſententia aſſequatur.* Idem. *Vnum tibi timendum eſt, ne ipſe tibi defuiſſe uideare.* Cum datiuo, & ablatiuo. Cic. *Conſilio, ſtudio Marcello non deſumus.* Cum præpoſitione ad. Idem. *Paucæ ſententiæ ad Conſulatum defuerunt* Cum præpoſitiõe in Idem. *Fuit uterq; cum ſtudio, atq; ingenio & doctrina præſtans omnibus, tum in ſuo genere perfectus: ut neq; in Antonio deeſſet hic ornatus orationis, neq; in Craſſo redundaret* Cum præpoſitione à, uel ab. Idem. *Nihil iſti adoleſcẽti neq; à natura, neq; à doctrina deeſſe ſentio*

Defore Cic. *Si maiores noſtri exiſtimaſſent, quenquam in tam illuſtri imperio, & tam præclara* Pop. Rom. *diſciplina* Bruti, *aut.* P. Rulli *ſimilem futurum, profectò nomẽ illius urbis non reliquiſſent. Verùm arbitrabantur Corintho, & Carthagini, etiam ſi Senatũ, & Magiſtratũ, ſuſtuliſſent agrumq́; ciuibus ademiſſent, tamen non defore, qui illa reſtituerent.*

Iacere Qui *deſeritur, et deſtituitur, qui defectus eſt,*

eſt, aut re, aut amicorum præſidio: uel cui deſunt omnia, iacêre per tranſlationem dicitur, id eſt, contemptus, & abiectus eſſe, ita ut ſordeat. Propriè. Ci. *Marcus* Furius *ad pedes unius cuiusq; iacens.* Tranſlate. Idem. Iacet *in ſordibus ac luctu.* Idē. Iacent *ea ſemper quæ apud quoſq; improbantur.*

Abiectus *dicitur, iacens, ſummiſſus, contemptus, afflictus.* Cic. *Senatum abiectum excitaui.* Idem. *Verba non abiecta, res compoſitæ diligenter.*

Reſpicere. Ci *Quod ipſum ſi* Rempub. *cui ſuſceptus es, reſpicis, tibi iā iamq; faciendū eſt*

Solari. Cic. *Nunc quidem* C. *Antonius hac una re miſeriam ſuam ſolatur, quòd imagines patris, & fratris ſui, fratrisq; filiam non in familia, ſed in carcere, collocatas audire maluit, quàm uidere.* Solamen. Verg. *Solamenq; mali de collo fiſtula pendet.* Solatium. Idem. *Quod erat unicum ſolatium in malis.* Solatium *dare, præbere, reportare, habere.* Cic. *Apud eos autem, quos uectigales, aut ſtipendiarios fecerant, tamen hæc relinquebāt, ut illi quibus ea iucunda ſunt haberent hæc oblectamenta, & ſolatia ſeruitutis* Idem. *Multa mihi dant ſolatia.*

Conſolari *eſt dolorem leuare, uel mœrorem minuere, uel abſtergere.* Cicero *Plus me in hac ſpe tua, ſapientia, & humanitas conſolatur, quàm*

enim confirmatione egebat uirtus tua.

Excitare eſt iacentem, & calamitoſum, uel moleſtia, doloreúe grauiore affectũ à dolore, moleſtiaq; reuocare, atq; abducere, uel adhibita conſolatione recreare. Cic. Senatum ad priſtinam ſuam ſeueritatem reuocaui, atq; abiectum excitaui.

Leuare pro informare, uel leuiorem facere. Cic. Perſpicuitas argumentatione leuatur. Cum accuſatiuo, uel ablatiuo & accuſatiuo in alia ſignificatione. Cic. Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. Leuatio. Idem. Si me leuari uis, hæc eſt ſumma leuatio. Leuamen Idem. Si eſſet aliquod leuamen, id eſſet in te uno: &, cum primùm ab aliquo poterit eſſe, à te erit. Leuamentum. Cic. Nos, non ſolùm beatæ uitæ iſtam oblectationem uidemus, ſed etiam leuamentum miſeriarum.

Alleuare. Cic. A chaſtus, quæ uellem, de alleuato corpore tuo nunciauit. Exemplũ hunc pertinẽs Idem. Alleuor, cùm loquor tecũ abſens: multò etiam magis, cùm tuas literas lego. Alleuatio. Idem. Quòd mors ſenſu careat: dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis eſſe ſoleat: ut eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio cõſoletur Alleuamentum. Cic. Itaq; P. Sylla hoc importuniſſimo tum honoris, tum etiam calamitatis ſocio, atq; comite & ſecundas,

fortunas amittere coactus eſt, & in aduerſis ſine ullo remedio, atq; alleuamento permanere.

Subleuare *eſt opem ferre.* Propriè. Cic. *Nos ſibi ad pedes ſtratos ne ſubleuabat quidem.* Tranſlatè Idem. *Hic ſtatus una omnium uoce gemitur, neq; uerbo cuiuſquàm ſubleuatur.*

Releuare *liberationem habet, uel relaxationē* Cic. *Si releuare potes communem caſum miſericordia hominum, incredibile quiddam aſſequêris.*

Eleuare. Cic. *Quòd eſt ab aduerſario obiectū, lepore magis eleuandum, quàm contentione frangendum uidetur.* Idem *Nihil eſt, quod tam obtundat, eleuetq; ægritudinem.*

Erigere. Propriè. Cic. *Sit ſententia, atq; ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat.* Tranſlatè. Idem. *Is uagatur lætus, atq; erectus paßim toto foro.* Huius loci exemplum. Idem. *Erexerat ſe ciuitas in retinenda liberate conſentiens. Erectus eſt alacris, non fractus, non debilitatus, aut afflictus.* Idem. *Nunc uerò multò ſum erectior, quòd uos quoq; hoſtem illum eſſe tanto conſenſu, tantoq; clamore approbauiſtis.*

Extollere. Cic. *Erigere, & extollere uites.* Tranſlatè, *uel laudantium eſt, uel inſolentem facientium* Idem. *Etiam ne uos meā fortunam deprimitis*

ueſtram extollitis. Vel iuuantium. Idem. Vt hi, qui ſuperiores ſunt, ſummittere ſe debent in amicitia, ſic quodammodo inferiores extollere.

Efferre. Cic. Subitò propè iam afflictã, ac pro- proſtratam Rempub. tuis opibus extuliſti.

Relaxare propriè de ijs dicitur, quæ, cùm ſtricta ſunt, remittuntur, ac diſſoluuntur. Cic. Quemadmodum reliquiæ cibi depellantur, tam aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxãtibus, haud ſanè difficile dictu eſt. Translatè. Idem Quicquid ego aſtrinxi, ille relaxat. Relaxatio. Idem Quæ eſt iſta relaxatio?

Laxare pro dilatare, uel pro remiſſius, ac tardius facere, aut liberare, & expedire. Cic. Habet animi laxandi cauſa rus amœnum, & ſuburbanũ. Laxius eſt amplus. Idem. Ego diem ſtatuo ſatis laxam. Laxitas. Idem. Vt in cæteris habenda ratio non ſui ſolùm, ſed etiam aliorum: ſic in domo clari hominis, in quam & hoſpites multi recipiendi, & admittenda hominũ cuiuſcunq; generis multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis. Laxamentum. Idem. Ego nactus in nauigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnaui tibi munuſculum. Laxè. Idem. Habitare laxè, & magnificè uoluit

Expedire pro cõficere, proferre, uel parare. Cic. Non dubito, quin ſenatuſconſultũ expeditum ſit.

pro liberare. Idem. Hic uidete, in quot laqueos ſe induerit, quorum ex nullo ſe unquàm expediet. Expeditus pro prompto, parato, uel facili, abſolutè. Idem. Pompeius expeditus anteceſſerat legiones. Cum præpoſitione ad. Idem. Ea ſunt ad explicandum expeditiſſima. Expeditio eſt ueluti militaris peregrinatio. Curt. Omnem expeditionē ac militarem apparatum adduxit. Expeditè. Cic. C. Cenſorius græcis literis ſatis doctus, quod propoſuerat, explicans expeditè; non inuenuſtus actor, ſed iners, & inimicus fori.

Explicare pro in medio ponere, exponere. Cic. Quæ tria dum explico, quæſo attendite. Pro liberare. Idem. Qui ſe nunquàm profectò, ſi in iſtum locum proceſſerint, explicabunt.

Extricare pro expedire, conficere, uel liberare. Vatin. De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico, & eò minus, quòd me frigus Dalmaticū, quod illinc eiecit, etiam hic refrigerauit.

Liberare eſt libertatē dare, ſoluere, relaxare, uel expedire. Abſolutè. Cic. Eodem capite obligata omnia liberantur. Cum accuſatiuo. Idem. Hunc, quem bis condemnatū acceperant, liberarunt? Fidem liberare, eſt fidem uel promiſſum præſtare. Idem. Hermippus ab Heraclyda petit: ipſe tamen Fuſijs ſatisfacit abſentibus, & fidem ſuam liberat. Cum accuſatiuo &

tiuo & ablatiuo ſine præpoſitione. Idem. Qui anteá Sopatrum eodem illo crimine liberarant. Cum accuſatiuo & ablatiuo interiecta præpoſitione à, uel ab, è, uel ex, Idem. Arcem urbis ab incendio & flamma liberaui. Idem. Te à quartana liberatũ gaudeo. Liberator. Idem. Quid cenſes, cùm Romam puer uenerit, ubi noſtri liberatores tuti eſſe non poſſunt? Liberatio. Idem. Poſſunt in pactionibus faciendis non legem ſpectare Cenſoriam, ſed potius cõmoditatem conficiendi negotij, & liberationem moleſtiæ.

Liber dicitur interdum priuato uelut quodam nomine, qui ſui eſt iuris, ac mancipijq́; aut qui in ſua poteſtate eſt: id eſt, ingenuus, & nullius dominationi pârens. Cic. Niſi ſapiens, liber eſt nemo. Liberi pro filijs. Idem. Iratus liberos uita priuauit. Sine caſu. Idem Liberum Senatus iudicium propter metum non fuit. Cum ablatiuo. Idem Reus igitur Poſthumius eſt ea lege, qua non modò ipſe, ſed totus etiam ordo ſolutus, ac liber eſt. Cum accuſatiuo & præpoſitione ad, Idem. Ludimur ab homine non tam faceto, quàm ad ſcribendi licentiam libero. Cum ablatiuo & præpoſitione Idem. Habent ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab æthera coniunctione ſecretam & liberam.

Libertínus. Cic. Ipſe ex Libertini filia ſuſcepit liberos. Libertus. Idem. Petò à te, ut Ammo-

nium Libertum in patroni eius negocio tueare.

Libertas. Cic. Libertatis proprium eſt, ſic uiuere, ut uelis. Libertatem dare, uel largiri. Idem. Libertatē ſeruo dedit. Libertatem concedere, accipere, uel recipere, habere, tenere, uel retinere. Idem. Acriores ſunt morſus intermiſſæ libertatis, quàm retentæ. Libertatem præcidere, adimere. Idem. Nos qui iam, & quid facere, & quantulum iudicare poſſemus, oſtendimus, niſi facilè cupiditates noſtras teneremus, nunquàm ipſimet nobis præcideremus iſtam licentiā, libertatemq; uiuendi. Libertatem amittere, uel perdere. Idem. Planè confiteor fieri nihil poſſe dementius, quàm ſcientem in eum locum uenire, ubi libertatem ſis perditurus. Liberè eſt ſolutè, retenta libertate nullo timore, uel metu, nulla aſſentatione. Cic. Conſtanter & liberè me geßi.

Vindicare pro punire, uel ulciſci. Cic. Præſertim cùm unus eſſet, qui poſſet de abſente ſe uindicare. Idem. Omnia poſtremò quæ uindicaris in altero, tibi ipſi uehementer fugienda ſunt. Pro liberare, uel adſerere cum ablatiuo & præpoſitione à, uel ab. Cic. Te, inquam, ab eo uindico & libero. Cum accuſatiuo & præpoſitione ad, uel in. Idem. Hoc ſemel quidem ſuſcepto, atq; contracto, perpetienda fuerunt, ut ſe aliquando ad ſuos uindicaret. Antiqui quoq; dicebant

cebant cauſa, uel lege uindicare: quemadmodum illi faciebant, qui, ut ex iure manum conſererent, ſimul in agrum, de quo controuerſia erat proficiſcebantur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in ius in urbem ad Prætorem delaturi, & in ea gleba tanquam in toto agro uindicaturi. Cic. An ne tu dicis, qui cauſa uindicaueris? Vindiciæ dictæ à uindicando. Liuius. Ita uindicatur Virginia ſpondentibus propinquis. Vindiciarum lis eſt, quæ controuerſæ rei poſſeſsione. Fiduciariam petimus, interea dum lis de ipſa re, aut de poſſeſsione diſceptatur. Vindex dicitur ultor, uel cuſtos, uel aſſertor. Cic. Extitiſti tu uindex noſtræ libertatis. Vindicatio. Idem. Vindicatio eſt, per quam contumeliā defendendo, aut ulciſcendo pulſamus à nobis. Vindicta interdū eſt ultio. Interdū uero eſt libertas, ſiue uirga, qua ſerui libertate donabantur. Idem. Seruos à ſuppliciorū metu dominorū benignitas una uindicta liberat

Aſſerere pro uindicare. Teren. Non uendendam cenſeo, quæ libera eſt. Nam ego illam liberali aſſero cauſa manu. Aſſertor eſt liberator, uel uindex. In malam partem. Liuius. Cùm repelleretur aſſertor uirginis à globo mulierū, circūſtantiumq; aduocatorū ſilentiū factum per præconē. In bonā partem capitur pro eo, qui aliquē uindicat in libertatē, uel generatim pro defenſore, & ultore. Martial. Aſſertor uenias, ſa

tisq́; præſtes. Aſſertio eſt in libertatẽ uindicatio. Plin. *Ideó nec aſſertionẽ denegandam ijs, qui ex eiuſmodi cauſa in libertatem uindicabũtur, puto: neq; ipſam libertatem redimendam precio alimentorum.*

Vlciſci *eſt uindicare, iniuriam perſequi, uel pœnas expetere commiſsi flagitij.* Cic. *Vltus eſt huius crudelitatem uictoriæ poſteà Sylla.* In *malam partem eſt pœnam ſumere, uel pœnã ab aliquo petere.* Idem. *Odi hominem, & odero. Vtinam ulciſci poſſem: ſed illum ulciſcentur mores ſui.* In *bonam partem quandam gratificationis et officij præſtandi ſpeciem habet.* Idem. *Quò omnes acrius, grauiusq́; incumberent ad ulciſcendas* Reipub. *iniurias.* Vltor *eſt uindex, uel punitor.* Idem. *Te mi* Ruffe *diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorẽ dignitatis meæ, ultorem nõ modò inimicorũ, ſed etiam inuidorum meorum.*

Recreare *eſt reficere, uel releuare. Cum accuſatiuo.* Cic. *Recreaui afflictos animos bonorũ. Cum ablatiuo & præpoſitione à, uel abs, è, uel ex. Ille, qui in gladium incubuerat, leuiter ſaucius, facile eſt ex uulnere recreatus.*

Suſtentare *eſt cõſolari, recreare, uel reficere, aut ſuſtinere, aut tueri: uel alleuare.* Cic. *Quorũ opibus caſus meos ſuſtentabam.* Pro *differre uel prolatare.* Idem. *Aedificationẽ Arcani ad tuum aduentum ſuſtentari placebat.*

Reficere

Reficere propriè. Cic. Locatur opus, quod ex mea pecunia reficiatur. Translatè. Idem. Quibus blanditijs Publius Papyrius conſul nuper influebat in aures concionis, cùm ferret legem de Tribunis plebis reficiendis. Pro recreare,, uel reſtituere. Idem. Ego hic cogito cōmorari, quoad me reficiam.

Reſtituere eſt reddere, reficere, uel reſarcire. Cum accuſatiuo ſolo, uel cum accuſatiuo & datiuo. Cic. Patriam, liberos, ſalutem, dignitatē, memetipſum mihi per illum reſtitutū puto. Cum accuſatiuo & præpoſitione in. Idem. Rurſus illi ſunt in priſtinam dignitatem reſtituti. Pro emendare. Idem Quid? illud nē dubium eſt, quin, cùm multi ita nati eſſent, ut quædam contra naturam deprauata haberent, reſtituerentur, & corrigentur à natura, cùm ſeipſi reuocaſſent aut arte, aut medicina? Pro inſtaurare, uel redintegrare. Cic. Effregit fores? Dicimus quoq; natalibus reſtituere pro nobilitare. Plin. Poſtulantibus quibuſdam, ut de agnoſcendis liberis, reſtituendisq; natalibus, ſecundum epiſtolam Domitiani ſcriptā. Reſtitutor. Cic. Publius Lentulus ultor ſceleris illius, propugnator Senatus, defenſor ueſtræ uoluntatis, patronus illius publici cōſenſus, reſtitutor ſalutis meæ. Reſtitutio. Idem. Non illa popularia ſunt exiſtimanda, iudiciorū perturbationes, rerum iudicatarum informationes, reſtitutio damnatorū.

Reddere

Reddere. *Cic. Si in eo quod oſtenderat, non ſtat, mihi maximè placet, quæ malè empta ſunt, reddi, ſi uoluntate Pomponiæ fieri poterit: ſi ne id quidem, nummi potius reddantur, quàm ullus ſit ſcrupulus.* Reddere *pro efficere.* Idem. *Vt charitas liberorum amiciores Reipub. parentes redderet.* Pro *exprimere, uel referre.* Idem. *Siue paria de paribus redduntur, ſiue contraria opponuntur.* Pro *reſtituere.* Idem. *Cogebantur Syllani homines, quæ per uim, ac metum abſtulerant, reddere.*

INſtaurare *eſt reuocare.* Cic. *Dies Comitiales exeunt omnes. Nam etiam Latinæ inſtaurãtur.* Inſtauratio & *inſtauratiuus.* Idem. *Cùm bello Latino ludi uotiui maximi primùm fierent, ciuitas ad arma repentè eſt excitata. Itaq; ludis intermiſsis inſtauratiui conſtituti ſunt.*

Innouare *eſt nouũ facere, nouam rei alicuius rationem, aut mortem, cõſuetudinemq́; inducere.* Cic. *Quo in oppido cùm tibi ſpe falſa, quòd Q. Achariũ non eſſe ſucceſſurũ putares, animos rumor inflaſſet, quo te modo ad tuã intemperantiã ſcelerate innouaſti.*

Renouare *eſt redintegrare, uel inſtaurare.* Cic. *Multa, mihi crede, aſſequêre. Ego enim renouabo cõmendationem, ſed tempore.* Renouatio. Idem. *Tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia*

deorum

deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat.

Redintegrare *eſt renouare.* Cic. *Vt renouetur, non redintegretur oratio.* Redintegratio. Idē. *Vehemēter auditorē cōmouet eiuſdē redintegratio uerbi.*

Interpolare. *Caeſ. Siue error aliquis, ſiue fortuna paratā iam, praeſentemq́; uictoriam interpolaſſet.* Interdum eſt renouare. Cic. *Appius uult renouare honores eoſdem, quò minus togam praetextam quotannis interpolet.*

Referre. Cic. *Hoc timent homines: hoc laborant: hoc inſtitui, atq; adeò inſtitutum referri, ac renouari moleſtum ferunt.*

Exoriri *propriè.* Cic. *Poſt ſolſtitiū Canicula exoritur.* Translatè *pro erumpere, uel exardeſcere ſumitur.* Cic. *Subitò exorta eſt nefaria Catonis promulgatio.* In *malam partem.* Idem *Exoritur Antipatri ratio ex altera parte.* Pro *reſpirare, et tanquàm excitari, uel erigi.* Idem. *Nunc uenit idem uſu mihi, quod tibi ſcribis, quoties exorior. Ego enim nunc paulum exorior, & maximè quidem his literis, quae Romae afferuntur.*

Extollere *caput eſt exoriri, et ex malis emergere.* Cic. *Vbi illa antiqua libertas? quae malis oppreſſa ciuilibus extollere iam caput, & aliquādo recreata ſe erigere debebat?*

Exurgere

Exurgere. Propriè. Cic. *Tu, niſi moleſtum eſt, pauliſper exurge.* Translatè. Idem. *Si eſſet iugulata Pompeianorũ cauſa, nunquàm exurgeret: quod tibi, tuisq́; contingat.*

Emergere *propriè dicuntur, quæ demerſa uel ſubmerſa ſunt.* Cic. *Tibi de me cum ſolicitudine cogitãti, ſubitò cum uiſus emerſus ex flumine.* Translatè *pro exire, uel exoriri, uel euadere.* Idem. *Ex quo magis emergit, quale ſit decorum illud.* Idem. *Nulla res eſt, quamobrẽ ego iſtum nolim & paternis probris ac uitijs emergere.* Idem. *Hac re incredibile eſt, quantum ciuitates emerſerint.*

Reſpirare *propriè eſt ſpiritum, uel animam è cœlo ducere* Cic. *Qui demerſi ſunt in aqua, reſpirare non poſſunt.* Translatè *interdum eſt intermitti, & quaſi cõquieſcere, tumq́; maximè ad res pertinet.* Idem. *Ante Conſules, oculosq́; legatorum tormentis Mutinam uerberauit, opus oſtendebat, munitionemq́; legatis, ne punctum quidem temporis, cùm legati adeſſent, oppugnatio reſpirauit.* Pro quieſcere, animum erigere, recreari, uel refici. Abſolutè. Cic. *Reſpiraro, ſi te uidero.* Cum ablatiuo & præpoſitione Idem. *Qui nunc primum poſt illam flammam alterum facto, & cupiditate excitatã, ſpe ueſtræ æquitatis erigere animum, & paulùm reſpirare à metu cœpit.*

Colligere ſe, *interdum eſt diſſipatas animi partes, rurſum in ſuum locum cogere.* Cic. *Collegi, ipſe me, & cum ipſa quaſi* Repub. *collocutus ſum. Interdum eſt ſe reficere, & recreare poſt agitationem, uel laborem nimium, uel etiam damnum rei cuiuslibet factum.* Idem. *Memini ludorum* Romanorum *diebus.* L. *Craſſum quaſi colligendi ſui cauſa ſe in Tuſculanum contuliſſe, id eſt reficiendi et recreandi.*

Redire *ad ſe.* Terent. *Sed paululum ſine ad me redeam.*

Reuireſcere. Cic. *Aliquando* Reipub. *rationes, quæ malitia nocentium exaruerunt, uirtute optimatum reuireſcunt.*

Reuiuiſcere, *eſt iterum in uitam reduci, atq; reſtitui.* Propriè. Cic. *Vbi Galli cantum audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat.* Tranſlatè, *ea dicuntur reuiuiſcere, quæ in priſtinam dignitatem eriguntur: aut ſuum ſtatum, quisquis ille eſt recuperant, aut quæ excitantur à deſperatione.* Idem. *Senatum dolent ad autoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcere.* Rediuiuus. *Rediuiuum dicitur, quod ex uetuſto renouatur, ut lapis rediuiuus, id eſt, ex uetuſto renouatus.* Idem. *Vtrum exiſtimatis maius opus eſſe columnam efficere, ab integro nouam nullo lapide rediuiuo, an quatuor, illas reponere?*

Recuperare, *eſt recipere, uel redimere; aut quod iam amiſſum erat, iterum acquirere. Cic.* Videtur *Reſpublica ius ſuum recuperatura.* Recuperator. *Idem. De conuentu nullum unquam iudicem, nec recuperatorem dedit.*

Redimere *pro emere aliquando ponitur. Cic. Qui merces redimunt, ut ſtatim uendant. Præter hoc tria etiam ſignificat, Aut recuperationẽ habet. Idem. Quorum omnium gratiam, atq; amicitiam eius morte redimero poſſet. Aut liberationem, & quandam, quaſi purgationem, uel incommodi propulſationem. Idem. Pecunia ſe palàm à iudicibus redemerat. Aut conductionem. Idem. Si opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe uidet.* Redemptor *dicitur ſiue operis faciendi, ſiue uectigalium conductor. Cic. Niſi ad ſacrificiũ quoddam redemptor hoſtias præbuiſſet.* Redemptio. *Idem. Vt primùm ex Prouincia rediịt, redemptio huius iudicij eſt facta grandi pecunia.*

PROSPER. *Cic. Ego non iam id ago, ut proſperos exitus conſequar.* Proſperitas. *Idem. Multi magni philoſophi hæc ultima bonorum iuncta fecerunt: ut Ariſtoteles, qui uirtutis uſum cum uitæ, perfectæ proſperitate coniunxit.* Proſperè. *Idem.* Omnia, *ut ſpero, proſperè procedent.*

Secundus *dicitur proſper, uel ex ſententia, & uoto cedens.* Cic. *Omnia ſecundiſſima nobis, aduerſiſſima illis accidiſſe uidentur.* Secundè. Idem. *Dionyſius cum fanum* Proſerpinæ *Locris expilauiſſet, nauigabat* Syracuſas: *isq́; cùm ſecundiſſimè curſum teneret, uidetis nè, inquit, amici, quàm bona à dijs immortalibus nauigatio ſacrilegis detur?*

Felix *dicitur fortunatus, uel cui bene eſt.* Cic. *Aſia in te retinendo fuit felicior, quàm nos in deducend.* Felix *ad rem aliquam.* Cic. *Quæ ſi diligenter, attendetis, profectò iudices uirum ad laborem belli impigrū, ad pericula fortem, ad uſum, ac diſciplinæ, peritum, ad conſilia prudentem, ad caſum, fortunăq́; felicem, domi uobis, ac liberis ueſtris retinere, quàm inimiciſſimis Reipub. nationibus, & crudeliſſimis tradere & condemnare maletis.* Felix *è re aliqua* Idem. *Nonnulla eſt inter ipſos ſimilitudo acuti ſunt, elegantes, faceti, breues: ſed ille Græcus ab omni laude felicior* Felicitas. Idem. *Illi fortuna felicitatem dedit: huic induſtria uirtutem comparauit.* Feliciter. Idem. *A quo ſæpe numero Reſpublica bene, & feliciter geſta eſt.*

Beatus. Cic. *Nihil eſt tam miſerabile, quàm ex beato miſer.* Beatitudo & beatitas. Cicero. *Iſta, ſiue beatitas, ſiue beatitudo dicenda, ſunt*

(utrumq; omnino durum ſed uſu molliendа nobis uer ba ſunt) uerùm ea, quæcunq; eſt, cur aut in ſolem illum &c. Beatè. Idem. Vixit tandiu, quandiu licuit in ciuitate bene, beateq́; uiuere.

BONVM eſt commodum, uel commoditas, uel res bona. Cic. Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali. Bona. Idem. Bonis publicatis eandem calamitatem ſubirent liberi. Bonus pro probo, uel iuſto. Cic. Sit igitur ſanè bonus uir. Cum ironia in eadem ſignificatione. Idem. Quid bone cuſtos, defenſorq́; prouinciæ? pro præſtabili, uel laudabili Idem. Poëta bonus, & actor induſtrius. Bono eſſe, eſt utile uel commodum eſſe. Idem. Accuſant ij, quibus occîdi patrem S. Roſcij bono fuit.

Bonitas pro æqualitate, lenitate, uel liberalitate. Cic. Vir ſingulari bonitate, & modeſtia præditus. Idem. Quid eſt melius, aut præſtantius bonitate, & beneficentia? Pro præſtantia, feracitate, uel felicitate Ci. Nōnulli ſiue felicitate quadā, ſiue bonitate naturæ ſiue parentum diſciplina rectā uitæ ſecuti ſunt uiam.

Melior eſt potior, commodior, præſtabilior, uel lectior. Cic. Spero meliora. Meliorem facere, uel efficere Idem. Tibi Reſpublica melior facienda. Melius eſt commodius. Idem. Intellexi Lentulo eſſe melius. Meliuſculè. Idē. Volebā ad te Marionē remittere quem

quem, cum meliuſculè tibi eſſet, ad me remitteres. Me*liuſculus.* Plaut. *Attamen meliuſculum eſt monere.*

Optimus *eſt lectiſsimus, uel beneficentiſsimus* Cic. *Optimus à populo Romano iudicatus eſt.* Op*timè eſt præclarè, eximiè, abſolutè, ſumma cum laude.* Cic. *Sed hæc tu melius, uel optimè, omnium.* Opti*mus dicitur, qui primum in ciuitate locum tenet.* Idē. *Vide, ne, dum pudet te parum optimatem eſſe, parū diligenter, quod optimum ſit, eligas.*

Facultates *pro copijs, uel diuitijs poni ſolet.* Cic. *Quaſi uerò non tuæ facultates ſuſtineant.*

Copiæ *pro abundantia, ſiue diuitiarum & bonorum, ſiue rerum aliarum quarumlibet.* Cic. *In eius, igitur copias cùm ſe ſubito ingurgitaſſet, exultabat gaudio.* Idem. *Libris me delecto, quorum habeo Antotij feſtiuam copiam.* Copioſus. Cic. *Seſe hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimoniū tam amplum, & copioſum poſſe obtinere.* Idem. *Homo copioſus ad dicendum.* Copioſè *eſt abūdanter, cum ubertate.* Idem. *De hoc teſte diſſeruit & ſubtiliter, & copioſè Quintus Hortenſius.*

Fortunæ *dicuntur bona, uel diuitiæ, uel rerū, ſtatus.* Cic. *Impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo.* Per fortunas, *loquutio eſt opem alicuius omni prece implorantis.* Idem *Ad quæ recuperanda per*

fortunas incumbe. In fortunas inuadere. Idem. At quã inſolenter ſtatim belluo inuaſit in eius uiri fortunas?
Fortunas prodere. Idem. Veſter uos animus amantiſſimus Reip facile edocet, ut eũ, qui fortunas omniũ uoluerit prodere, præcipitem perturbetis ex ea ciuitate, quam iſte ſpurciſſimorum hoſtium dominatu nefario uoluerit obruere.

Opes *ſunt diuitiæ, fortunæ, uel potentia. Cic. Cui tenues opes ſunt, nullæ facultates, exiguæ amicorũ copiæ. Opes habere, uel opibus præditum eſſe, aut affluere. Idẽ. Alteri ſe adipiſci id poſſe arbitrantur, ſi opes magnas habeant: alteri ſunt cõtenti & ſuo, & paruo Opes frangere, uel euertere. Idem. Eadem cauſa opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit.*

Oppulẽtus. *Cic. Duo de XL. annos Dionyſius tyrannus fuit oppulentiſſimæ & beatiſſimæ ciuitatis. Opulentia. Sall. Cui poteſt eſſe dubiũ, quin opulentiã iſtam ex ſanguine, & miſerijs ciuium paraueris?*

Potentia *eſt ad ſua conſeruanda, et alterius obtinenda idonearum rerũ facultas. Hæc igitur in opum magnitudine, uerſatur, aut poteſtate, uel autoritate. Ci. De ſua potẽtia dimicant, homines hoc tẽpore periculo ciuitatis Potẽs dicitur qui in magna potentia eſt uel magnis opibus, & copijs præditus. Sine caſu Ci. Cum tu florens, ac potens per mediũ forũ popularis, uolitares.*

uolitares. Cum genitiuo. Idem. Nónne perſpicuum eſt ex prima admiratione hominum, quod tonitrua iactusq́; fulminum extimuiſſent, credidiſſe ea efficere rerum omnium præpotentem Iouem? Cum ablatiuo. Idem. Duris quondam temporibus Reip. *noſtræ, cum præpotẽs terra mariq́; Carthago nixa duabus* Hiſpa*nijs huic imperio immineret &c.*

Gaza *ſignificat opes, & quicquid generatim poßidetur. Cic. Omni Macedonum Gaza, quæ fuit maxima, potitus eſt Paulus.*

Diuitię *ſunt amplæ fortunæ, uel magnæ copiæ Cic. Quid eſt qui uelit, ut neq; diligat, neq; à quoquã diligatur, circumfluere diuitijs?*

Diues *eſt diuitijs affluens, uel omni copiarum genere abundans. Sine caſu. Cic. Quæro ex te, ſis ne ex pauperrimo diues factus in illo ipſo anno? Cum ablatiuo.* Idem *Itaq;. P. Craßus cum cognomine diues tum copijs, fructus eſt ædilitio maximo munere. Cum genitiuo.* Verg. *Diues opum uariarum, & latis ocia fundis* Diuitior. *Idem.* Ex *illis modis, quibus hic uſitatus uerſus efficitur, pòſt* Anap*æſtus procerior quidam numerus effloruit.* Vnde *ille licentior fluxit* Di*thyrambus.* Ditior. *Idem.* Vt *quiſq; quod plurimi eſt poßidet, ita ditißimus habendus eſt.*

Ditare eſt diuitem facere, uel diuitijs augere. Cic. Si contigerit ea uita ſapienti, ut omnium rerum affluentibus copijs dicetur, quamuis ea quæ cognitione digna ſunt, ſummo otio ſecum ipſe conſideret, & contempletur, tamen ſi ſolitudo tanta ſit, ut hominem uidere non poßit, excedat è uita.

Locuples. Cic. Mulier copioſa planè, & locuples. Locupletare eſt fortunis ornare, uel diuitem facere. Idem. Cuius artem cùm indotatam eſſe, atque incomitatam, & incomptam uideres, uerborum eam dote locupletaſti.

Habere abſolutè. Cic. Adhuc non habeo, quòd te accuſem. Cum infinitiuo alius uerbi. Idem. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiuſmodi? Cum ſubſtantiuo nõnunquàm ſignificatione actiua eſt, nonnunquàm uerò paßiua. Cic. Non habent in ſe ueram laudem. Idem. Ille habet opinionem iuſtitiæ, id eſt, habetur iuſtus. Cum præpoſitione. Idem. Habes ad omnia. Habere pro exiſtimare, uel iudicare. Actiuè. Cic. Quartus Mercurius, Nilo patre natus, quem Aegyptij nefas habent nominare. Paßiuè. Idem. Dalmatæ ſemper habiti ſunt bellicoſi. Cum elegantia quadam poſitum. Cic. Habe tuum negotium: nec, quid res mea familiaris poſtulet, quam ego nõ curo, ſed quid uelim, exiſtima. Id eſt, negocij, quod tibi mandatum uelim,

partes

partes hic accipe. Habere pro poßidere, aut participem eſſe, uel uti, uel continere. Cic. Omnes bonos ſecum habiturus eſt.

Poſſidere *eſt tenere, uel in poteſtate habere, aut compotem, & dominum eſſe. Cic. Illo ipſo in furore ſuo non eſt auſus meam domum, cuius cupiditate inflāmatus erat, poßidere. Ad alia conuerſum. Idem. Sic ſe res habet iudices; magnā uim, magnam neceſſitatem, magnam poßidet religionē, paternus maternusq; ſanguis. Poßidere ex edicto eſt rem nobis, iudicis ſententia adiudicatā poßidere. Idem. Si ex edicto poſſediſti, quæro, cur bona non uenierint? Poßidere bona publicè. Idem. Eius bona, quemadmodum ad me delata res eſt, publicè poßidentur alieno nomine contra leges Calatinorū. Poſſeſſor. Idem. Mortuus rapitur, uide, inquit, ſi potes eſſe poſſeſſor. Poſſeßio aliquando proprietatem & uſum, ſiue actum poßidendi agri, aut ædificij, non ipſum fundum, aut agrum ſignificat. Aliquando uerò bona ipſa deſignat. Sic igitur erit pro iure poßidēdi, ſiue pro re poſſeſſa Cic. Amicitiarum ſua cuiq; permanet ſtabilis, & certa poſſeßio. Poſſeßio fiduciaria. Liuius de bello Maced. 11. In poſſeßionem mittere dicitur iudex ex edicto, qui rem alterutri litigantium adiudicat. Cic. Ipſe in poſſeßionem bonorum mulieris mittit, ipſam Veneri in ſerui-*

eſt in quacũq; perſona: licet in ſeruis iura uelint domi norũ accedere cõſenſum. Verg. *Nec ſpes libertas erat, nec cura peculi.* Peculiatus *a, um, dicitur peculio eximè inſtructus.* Aſin. *Et triduũ tẽpeſtate retentus ad* Calpen Calend. Iun. *traiecit ſeſe in regnũ* Bogudis, *planè bene peculiatus.* Peculiaris *pro re ad peculiũ pertinẽte po nitur, ſiue peculij propria.* Ponitur *etiã pro præcipuo* Cic. *Hæc uerò mihi peculiare fuerit, hic etiam iſto frui.* Peculiariter *eſt præcipuè, uel maximè propriè.* Plin. *Epiphoris peculiariter imponitur, id eſt, ſingulariter.*

Pecunia. Cic. *Propterea quòd & omnes uias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſa faciunt.* Pecuniam *conciliare, uel parere.* Idem. *Non mihi prætermittendum uidetur, ne illud quidem genus pecuniæ conciliatæ, quam tu à ciuitatibus ſtatuarũ nomine coëgiſti.* Pecuniam *facere eſt pecuniã conciliare, uel quærere, aut cogere.* Idem. *Iſta ratione pecuniã innumerabilem facere poſſet.* Pecuniã *conficere, interdum eſt pecuniã exhaurire, uel diſsipare.* Idẽ. *Nunc deniq; ma terculæ ſuæ feſtiuus filius aniculæ minimè ſuſpicioſæ purgat ſe per epiſtolã, ut eam pecuniã, quã cõfecerat, non cõſumpſiſſe, ſed* Flacco *dediſſe uideatur.* Interdũ *pro facere, uel quærere.* Idem *Negat illa poſſe hominẽ exorari: permagnã eam dicere ex illa re pecuniã cõfici poſſe.* Pecuniã *redigere* Idẽ *Iſte in poſſeſsionẽ bonorũ mulieris mittit, ipſam* Veneri *in ſeruitutem adiudicat:*

deinde

tates liberas, ſocios, amicos, reges deniq; exhauriunt, admouent manus uectigalibus populi Rom. Ad *nummos peruenire.* Idem. *Operam des, quoad tibi æquũ, & rectum uidebitur, ut quàm cõmodiſsima conditione libertus Strabonis negotium conficiat, ad nummosq; perueniat.* In *nummis habere.* Idem. *Dionyſius cùm ad me præter opinionem ueniſſet, loquutus ſum cum eo liberaliſsimè: tempora expoſui, rogaui, ut diceret, quid haberet in animo: me nihil ab ipſo inuito contendere. Reſpondit ſe, quod in nummis haberet, neſcire, quo loci eſſet.* Nummatus. Idem. *Volitat ante oculos iſtorum Iubæ regis filius, adoleſcens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.* Nummatio. Idem. *Recordare illum Marce Antoni diem, quo dictaturã ſuſtuliſti. Pone ante oculos lætitiam Senatus, populiq;* Rom. *confer cum nũmatione tua, tuorumq;: tum intelliges, quantũ inter laudem & lucrum interſit.* Nummarius. Idem. *Illa de ratione nummaria non ſunt eiuſmodi.*

Denarius. Cic. *Vide quid narrent, & quæ ſpes ſit denarij.*

Summa *genus, uel caput, uel numerũ, uel conſtitutionem ſignificat, uel collectionẽ: ut ſententiæ alicuius ſumma.* Cic. Rogaui, *ut, ſi quid poſſet, ex ea ſumma detraheret.* Idem. *Summa erit hæc: ſtatues ut ex fide, fama, req; mea uidebitur.*

Cenſus

Cenſus *eſt prouentus bonorum, uel fortunæ et copiæ. Vel æſtimatũ rerum, ac bonorum. Vnde cenſus tributum dicebatur.* Cic. *Is furatus eſt ciuitatem, genus ſuum ementitus, irrepſiſſe in cenſum dicitur.*

Queſtus *eſt lucrum, uel compendium, uel merces.* Cic. *Quos partim, mercibus ſuppeditandis cum quæſtu, cõpendioq́; dimittit, partim retinet. Quæſtũ, comparare.* Idem. *Quorum è templo quæſtum ſibi iſte & prædam maximã improbiſſimè comparauit Quæſtũ facere.* Idẽ. *Cũ ſenſerit iſtũ maximos quæſtus, prædasq́; feciſſe, intelliget ſecũ actum eſſe peſſimè Quæſtui habere* Idẽ. *Habere quæſtui* Remp. *nõ modo turpe eſt, ſed ſceleratũ etiã, et nefariũ. Quæſtuoſus.* Idẽ. *Venio iam ad ſumptuoſos: relinquo iſtũ quæſtuoſum.*

Lucrum. Cic. *Dat de lucro, nihil detrahit de uiuo. Lucrum ligurire.* Idem *Non reperietis hominẽ, timidè, nec leuiter hæc improbiſſima lucra ligurientẽ, deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. Lucrum facere.* Idem. *Hic Diognetus, qui ex publicis uectigalibus tanta lucra facit, uicarium nullum habet. In lucro ponere dicebant antiqui, quod uelut præter ſpem eueniebat.* Idẽ. *Quieſcant igitur, et me hoc in lucro ponere patiantur. Lucro eſſe, uel luctũ eſſe.* Idẽ. *Quibus, utri ceciderunt, lucro futurũ eſt Lucrari eſt lucrũ, uel quæſtũ facere.* Idẽ *Iſtæ, quod na.tæ nomine*

pro

pro ſtipendio, frumentoq́; acceperat, lucrabatur. Lucrifacere. Idem. Iam uerò ab iſto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam uidetis.

Compendium *lucrum eſt temporis, pecuniæ, operæ, uel uiæ. Cic. In uberrima re turpe compendium effugit. Compendiũ facere. Idem. Ego uerò cupidè, & libenter mentiar tua cauſa: & ſi quando me uis peierare, ut paulul um tu compendij facias, paratum fore ſcito. Compendiarius. Idem. Socrates hanc uiam ad gloriã proximã, & quaſi cõpendiariam eſſe dicebat, ſi quis id ageret, ut, qualis haberi uellet, talis eſſet. Compendioſus. Colum. Quod per partes nõnunq̃ damnoſum eſt, in ſumma tamen fit cõpendioſum.*

Cõmodum *eſt utilitas, uel bonum. Cic. Quid mihi tandem erat utilius? quid cõmodis meis aptius? Cõmodo meo, tuo, noſtro, ueſtro. Cic. Quod tuo commodo fieri poßit. Si tibi commodum eſt, uel cum tuum commodum erit. Idem. Si ita ueſtrum cõmodum fert. Quòd commodè facere poßis. Idem. Non dubitabo dare operam, ut te uideam, cùm id ſatis commodè facere potero. Si tibi non eſt moleſtum. Idem. His de rebus quid acturus ſis ſi tibi non eſt moleſtum, reſcribas mihi uelim. Sine tua moleſtia. Idem. Quod ſine tua moleſtia fiat. Quoad eius facere poteris. Idem.*

Tu

Tu uelim ne intermittas, quoad eius facere poteris, ſcribere. Quantum in te eſt. Idem. *Non te patiar, quantum in me erit, cum exceptione laudari.* Commodum comparare. Teren. *Hoccine credibile eſt, aut memorabile, tanta uecordia innata cuiquàm ut ſiet, ut malis gaudeant, atq; ex incommodis alterius ſua comparent, ut commoda?* Commodum adipiſci. Cic. *Ratiocinatio eſt, ſi omnia generatim amplectantur: ut ſi quid factum dicetur alicuius retinendi, augendi, adipiſcendiúe cõmodi: áut contra rapiendi, diminuendi, deuitandiúe incommodi cauſa.* Commodis ſeruire, uel conſulere. Idem. *Quorum non modò ſaluti, ſed etiam commodis conſulere debemus.* Commoda prætermittere, oppugnare, impedire, uel labefactare, uel commodis officere. Idem. *Vbi tuis cõmodis officio? quid tibi obſto?*

Cõmodare *eſt utendum dare, uel prodeſſe.* Cic. *Quicquid ei commodaueris, erit mihi maiorem in modum gratum.*

Emolumentum *eſt utilitas.* Cic. *Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſæpe paruo.* Emolumentũ facere *eſt utilitatẽ adferre.* Idem. *Pergite, ut facitis, adoleſcentes, atq; in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite, ut & uobis honori, et amicis utilitati, & Reipub. emolumento eſſe poßitis.*

Fructus

Emolumentum *eſt utilitas.* Cic. *Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſæpe paruo.* Emolumentum *facere eſt utilitatem adferre.* Idem. *Pergite, ut facitis, adoleſcētes, atq; in id ſtudiū in quo eſtis, incumbite, ut & uobis honori, & amicis utilitati, &* Reipub. *emolumento eſſe poßitis.*

Fructus *nunquàm ſine utilitatis, aut emolumenti ſpecie eſt, ſiue in fruge, fœtu, partu, ſiue in delectatione, uoluptateq́; poſitus ſit.* Cic. *In quos ſumptus abeunt fructus prædiorum?* Tranſlatè. Idem. *Statui in eo me non officij ſolùm fructum, ſed etiam pietatis laudem quærere* Fructui *eſſe.* Idem. *Nihil eſt, quod tibi maiori fructui, gloriæq́; eſſe poßit.* Fructum *ferre pro fructum adfert.* Planc. *Sedulitas mea (ut ſpero) & mihi, &* Reipub. *tulit fructum.* Pro *fructum capere.* Cic. *Vtriuſq; temporis fructum tuli maximum.* Fructū *capere.* Idē. *Huius mei cōſilij maiorem in dies ſingulos, fructū, uoluptatēq́; capio.* Fructū *percipere* Idē. *Fructus doctrinæ percipis eos, qui maximi ſunt.*

Fructuarius *uel cuius eſt fructus, uel in quod fructum fert.* Cic. *Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, et cellam uinariam.* Fructuoſus *propriè dicitur ager frugifer, uel prædiū fructuoſum, uel res ruſtica, aut aratio fructuoſa.* Idē. *Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica ſanè bene culta*

& fructuoſa. Tranſlatè pro utili ponitur. Idem. Rem non fecit deteriorem, haud ſcio an iam fructuoſiorem.

Vtilis eſt fructuoſus, uel frugifer. Sine caſu. Ci. In hac fortuna perutilis eſſet eius & opera & fidelitas. Cum datiuo. Idem. Sic facilimè, quod tibi utiliſſimum erit, conſilij capies. Cum præpoſitione ad. Idem. Multas ad res perutiles Xenophontis libri ſunt. Vtilitas eſt fructus uel emolumentum. Idem. Sic rationes noſtræ, utilitatesq́; poſtulabant. Vtilitati ſeruire. Idē. Eſt non modò eius, qui ſocijs et ciuibus, ſed etiam eius qui ſeruis, qui mutis pecudibus præſit, eorum, quibus præſit, commodis, utilitatiq́; ſeruire. Ad utilitatem referre. Idem. Significes nihil ad utilitatem ſuam retuliſſe, ac nihil omnino cauſa ſua ſuſcepiſſe. Vtilitatem habere, adferre, omittere. Idem. Nec tamen noſtræ nobis utilitates omittendæ ſunt, alijsq́; tradendæ, cū his ipſi egeamus: ſed ſua cuiq; utilitati, quod ſine alterius iniuria fiat ſeruiendum eſt. Vtiliter. Idē. Et rectè placet, modò ne laudarent iracundiam, & dicerent utiliter à natura datam.

Inutilis. Ci. Homo iners, & inutilis. Inutilitas. Idem. Ex ijs illud conficitur, ut appetendarum rerum ſit honeſtas, et utilitas: uitādarū turpitudo et inutilitas

Salutaris eſt utilis, uel commodus, & utilitatem, aut ſalutem adferens. Cic. Quo in capite ſunt, quædam

quædam noua ſalutaria ciuitatibus. Salutariter. Idem Tuin arma ea ſunt aſſumpta, quibus illi ipſi, qui didicerant eis uti glorioſè, quemadmodum ſalutariter uterentur, non reperiebant.

Salubris uel ſaluber, non ſolùm dicitur locus, aër, uel cibus, ſed etiam ſententia, quæ ſalutaris ſit, et non pernitioſa. Salubre item, aliquid dicitur, in oratione, quod nullo orationẽ uitio, labefactet, aut deturpet. Cic. Dixi ſententia Reipub ſaluberrimam & neceſſariam. Idem Quicquid eſt ſalſum, aut ſalubre in oratione, id proprium Atticorum eſt. Salubritas Idẽ. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis ſalubritate, deſcriptione, pulchritudine. Salubriter. Idem. Vbi poteſt illa ætas æque caleſcere, uel apricatione melius, uel igni, uel uiciſſim umbris, aquiſuè refrigerari ſalubrius?

Prodeſſe eſt utilitatem, uel fructum adferre, aut emolumentum facere. Cic. Iuuit me, tibi cum ſummam humanitatem, tum etiam tuas literas profuiſſe.

Conferre pro prodeſſe. Colum. Ad æſtiuos temperandos calores plurimum conferunt ſalientes riui.

Expedire pro utile eſſe, uel prodeſſe Cic. Nihil Cæſari minus expedit ad diuturnitatem, dominationis.

Conducere *pro utile eſſe. Cic. Fidei conducit in loco debitum retribuere, id eſt, conuenit. Idem. Rationibus noſtris conducere uidetur Thermum fieri cum Cæſare.*

QVAERERE *pro comparare Terent. Contriui in quærendo uitam, atq; ætatem meam. Quæſitum pro comparato. Cic. Cui quæſito opus ſit, quis unquàm hunc uerè dixerit diuitem?*

Acquirere *eſt quærere, comparare, concilia re, colligere, adipiſci, uel conſequi. Ci. Dubites aliquid de poſſeßione detrahere, ac fidem requirere?*

Parare *pro acquirere. Terent. Cupio aliquot parare amicos beneficio meo.*

Comparare *pro quærere. Ci. Quò minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui.*

Aſciſcere *ad perſonam relatum, eſt aſcribere uel approbare, præter uulgare ſignificatum, quod eſt expetere, uel adiungere. Ci. Is omnes perditòs ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuit. Ad res pertinens. Idem. Innumerabiles aliæ leges ſunt latæ: quas Latini, uoluerunt, aſciuerunt.*

Accerſire, *uel accerſere pro uocare, uel aſciſcere, uel aßumere. Ad perſonas relatum. Ci. Poſtridie mane à Panſa ſum accerſitus Bononiam. Ad res conuerſum. Idem. Quorum ludorum religio tanta eſt, ut*

ex ultimis terris accerſita in hac urbe conſederit.

Adhibere *eſt adiungere, ad perſonas relatū.* Cic. *Quos ego uniuerſos adhibere liberaliter, optimū quenq; hoſpitio, amicitiaq́; dico iungi oportere. Ad res relatum.* Idem. *Poſt adhiberi cœpta eſt adornatū etiam corporis, ad diſciplinas.*

Afferre. Cic. *Ad paternas neceſsitudines, magnam attulit acceſsionem uoluntas tua erga me.*

Gignere *eſt generare, uel procreare propriè* Cic. *Omnia quæ natura gignit, maturata pubeſcunt.* Tranſlatè. Idē. *Multa nobis blandimenta natura ipſa genuit.*

Parere *propriè.* Cic. *Muliere grauida expletis iam ferè ad pariendum menſibus.* Partus, us, ui, *ſignificat fœtum, uel pariendi tempus, uel actum.* Idem. *Me Romæ tenuit Tulliæ meæ partus.* Parturire. Horat. *Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.* Trās *latè parere pro acquirere.* Ci. *Malè parta, male dilabuntur.* Pariēdi *exemplū à propria ſignificatione paulum recedēs* Idē. *Ad hanc te dementiā natura peperit*

Addere *eſt acceſsionē adiūgere, uel adferre.* Ci. *Curaſti, ut plus additū ad memoriam nominis noſtri, quā ademptum de fortuna uideretur.* Additamentum Idem. *Interceſsit Ligus iſte neſcio quis, additamentū, inimicorum meorum.*

Adijcere *eſt adiũgere, uel addere.* Terẽt. *Ego quantũ ſuſpicor, ad uirginẽ animũ adiecit.* Vnde *dictæ ſunt adijciales cœnæ, in quibus multa extra ordinẽ, ũl traq; iuſta fercula adijciũtur.* Alio *nomine uocantur cœnæ dubiæ, id eſt, in quibus tu dubites, quid potiſſimũ ſumas* Eædẽ *cœnæ Saliares, uel Pontificiales ab antiquis appellatæ ſunt.* Oculũ *adijcere eſt cupiditate rei uiſæ teneri.* Ci. Qui *iſtũ noſſẽt, partim ſuſpicabantur, partim planè uidebãt adiectum eſſe oculũ hæreditati.*

Adiungere *pro adhibere.* Cic. *Ad eorũ cauſam me adiungerem.* Adiunctus *pro continente, uel inhærente.* Idem. Quæ *propria huic cauſæ, et adiunctio ra ſunt.* Adiunctor. Idẽ. *Omitto illa uetera, quòd iſtũ* Remp. *ille aluit, auxit, armauit: ille legibus* C. Metelli *contra auſpicia ferenda autor, ille Galliæ ulterioris adiunctor.* Adiunctio. Idem *Si hæc non eſt, nulla poteſt homini eſſe ad hominem adiunctio.*

Aggregare. Cic. *Ego te ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo.*

Congerere. Cic. *Vt te eripias ex ea, quam ego congeſſi in hunc ſermonem, turba patronorum.* Congeſtus, us, ui. Idem. *In* Lyſandri *ſtatuæ capite* Delphis *extitit corona ex aſperis herbis, & quidem ſubitas: ita ne cenſes, antè coronam extitiſſe, quàm herbarum conceptum eſſe ſemen? herbam autem aſperam credo*

credo auium congeſtu, non humano ſatu.

Infercire. Cic. *Quæ uitia qui fugerit, ut neq; uerbum ita traijciat, ut id de induſtria factum intelligatur: neq; infercie̅s uerba, quaſi rimas expleat: nec minutos numeros ſequens concîdat, delumbetq́; ſententias &c.*

Refercire *eſt replere, uel congerere.* Cic. *Cõplures aures referſit his ſermonibus.* Refertus. *Sine caſu, uel cum accuſatiuo.* Idem. *Tum inſula Delos referta diuitijs, parua, ſine muro nihil timebat. Cum genitiuo.* Idem. *Vrbem quidem iam refertam eſſe optimatium audio.*

Confertus *pro pleno & denſo.* Cic *Nihil eſſe præſtabilius dicebat otioſa uita, & conferta, & plena uoluptatibus.* Cæſ. *Se in confertiſſimã turbam recepit.* Confertim. Liuius. *Confertim pugnant, & cædunt.*

Affingere *addere, adiungere, uel attribuere.* Cic. *Nulla pars corpori ſine aliqua neceſſitate afficta eſt.*

Attexere *eſt addere, uel adiungere.* Cic. *Vos ad id, quod erit immortale partim attexitote mortalem.*

Appingere *eſt addere, uel aſcribere* Cic. *Epiſtolam ſuperiorem reſtituo uobis, & appinge aliquid noui.*

Coaceruare *eſt cumulare.* Cic. *Videtis conſti*

tutam, & coaceruatam pecuniam. Coaceruatio. Idem. Atq; hæc quidẽ utriq; in peroratione facienda: alteri frequentatione argumentorũ, & coaceruatione uniuerſa. Alteri, ſi planè cauſam redarguendo explicarit, enumeratione, ut quidq; diluerit, & miſeratione ad extremum.

Aceruus. Cic. Cerno animo miſeros, atq; inſepultos aceruos ciuium. Aceruatim. Idem. Non faciet Rempub. loquentem: nec ab inferis mortuos excitabit: nec aceruatim multa frequentia una complexione deuinciet.

Cumulare eſt augere, uel adaugere. Cic. Alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti.

Accumulare. Cic. Vix iam uidetur locus eſſe, qui tantos aceruos pecuniæ capiat, auget, addit, accumulat aurum, argentum ex præda.

Cumulatus expletum, perfectum, plenumúe ſignificat. Cic. Quid plenius, quàm omni rerum genere cumulata oratio. Cumulus pro acceſſione ponitur. Idem. Magnum cumulum beneficio tuo auxeris. Cumulum adferre, accedere. Idem. Ad ſummam lætitiam quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius aduentu cumulus accedit. In cumulũ accedere. Idem. Parta ſit pecunia Quirites Decemuiris tanta, quanta ſit in terris: nihil prætermiſſum, ſed omnes, urbes, agri, regna

deniq;

deniq; , poſtremò etiam uectigalia ueſtra uenierint: acceſſerint in cumulum manubiæ imperatorũ ueſtrorum. Cumulum diruere. Idem. *Libenter ea corrigam, quæ ad te animaduerſa ſunt, eodem iure, quo Rubriana potius quàm quo Scipionis: & de laudibus Dolabellæ diruam cumulum.* Cumulatè. Idem. *Cumulatè publicanis ſatisfactum eſt.*

Duplicare *eſt geminare, uel iterare.* Cic. *Nos Deiotari aduentu cum ſuis omnibus copijs duplicaturi exercitum eramus.*

Conduplicare. Cic. *Interea iam propè occidente ſole inhorreſcit mare, tenebræ conduplicantur.* Conduplicatio. Idem. *Conduplicatio eſt eiuſdem, unius, aut plurium uerborum iteratio.*

Duplus. Cic. *Prætor iudicauit, ut ſi iudicatum negaret, in duplum iret.* Pro Duplo, *duabus partibus amplius, uel altero tanto.* Idem. *Quid, ſi duabus partibus doceo, te amplius frumenti abſtuliſſe, quàm populo Rom. miſiſſe?* Idem. *Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria: ut neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti: aut altero tanto: aut ſeſqui eſſe maiorem.*

Duplex. Cic. *Duplices ſimilitudines eſſe debẽt.* Dupliciter *idem eſt, quod duobus modis.* Idẽ. *Is ſe maledictis non abſtinet, ijs quidẽ, quæ in ipſum dupliciter recidunt.*

Multiplicare. *Cic. Si die nobis Clodius dixerit tota Italia cócurret, ut multiplicata gloria diſcedamus.*

Geminare *eſt duplicare.* Cic. *Tertia cauſa eſt, quæ terret animos tum portentis, tum facibus uiſis cœleſtibus, tum ſole geminato.* Geminatio. Idem. *Nam & geminatio uerborũ habet interdum uim, lepôremq́; aliâs, &c. Geminus dicitur duplex, uel ſimilis.* Idem. *Sim lima, & maximè gemina ſocietas hæreditatis eſt. Gemini uerò dicuntur, qui uno partu, & uno die naſcũtur, etiã ſi tres, uel quatuor, uel plures naſcerẽtur.* Cic. *Caius & Lælius Fabritij fratres, gemini fuerunt, homines inter ſe cum forma, tum moribus ſimiles.*

Amplificare *eſt amplum facere, dilatare, uel multiplicare.* Cic. *A populo ſemper ſum defenſus, amplificatus, et ornatus.* Amplificator. Idem. *Me tuæ dignitatis non modò fautorem, ſed etiam amplificatorem cognoſces.* Amplificatio. Idem. *In omni genere amplificationis exarſimus.*

Augere *ad perſonas relatũ.* Cic. *Hi ne honore augeãtur, monemus. Ad res ſpectans.* Idem *Cæſaris in nos amorẽ, quibuſcunq; poterimus rebus augebimus.*

Adaugere. Cic. *Quid ab his tot maleficijs ſceleris abeſſe uidetur? tamen hæc alijs nefarijs cumulant, atq; adaugent.*

Augeſcere, *uel adaugeſcere, eſt augeri, uel creſcere,*

creſcere, atq; amplificari. Cic. Stridor ortus adaugeſcit ſcopulorũ ſæpe repulſu. Idem. Longa eſt oratio, multæq; rationes, quibus doceri poßit, omnia quæ terra concipiat ſemina, quæq; ipſa ex ſe generata ſtirpibus infixa contineat, ea temperatione caloris & oriri & augeſcere.

Creſcere & augeſcere, uel amplificari. Abſolutè, uel cum datiuo Cic. Metuiſti, ne æs alienum tibi creſceret. Idem. Cùm lacus Albanus præter modũ creuiſſet, &c. Cum ablatiuo. Idem. Neq; hæc altercatio noſtra uobis inutilis erit P. C. Plerunq; enim Reſpub. priuatis creſcit inimicitijs: ubi nemo ciuis qualis ſit uir, poteſt latere. Cum præpoſitione. Idem. Ex ijs ſtudijs hæc quoq; creſcit oratio.

Accreſcere. Cic. Flumen ſubitò accreuit, & ea re traduci non potuerũt. Accretio. Idem. Videmus ſpeciem primùm, candoremq; cœli: deinde conuerſionis celeritatẽ tantam, quantã cogitare non poſſumus: tum uicißitudines dierũ atq; noctium, cõmutationesq; temporũ quadripartitas, ad maturitatẽ frugum, & ad temperationẽ corporũ aptas: eorumq; omniũ moderatorẽ, et ducẽ ſolem, lunamq; accretione, et diminutione luminis quaſi faſtorũ notantem, & ſignificantẽ dies.

Concreſcere eſt coniungi, unde concretus pro conflato, cõpoſito, uel quaſi conglutinato. Cic. Species deorum

deorũ nihil habet concreti, nihil ſolidi, nihil expreßi. Concretio. Idem. Aeſtimant pleriq; non hæc adiuuantia cauſarũ, ſed has ipſas eſſe omnium cauſas, quæ uim habeant frigoris, caloris, concretionis, & liquoris.

Incrementum. Cic. Quid ego uitium ſatus, ortus, incrementum commemorem..

Suppetere ſignificat in promptu eſſe. Cic. Vt cætera mihi in dicendo digna re, digna dolore meo ſuppetant, magis elaborandum eſt.

Suppeditare actiuè. Cic. Creditores regis apertè pecunias ſuppeditant contra Lentulum Idem. Vix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus. Paßiuè. Idem An hoc ſignificas, nihil fieri, frigore te, ne chartam quidẽ tibi ſuppeditari? Idem. Quibus rebus ſuppeditamur, eget ille. Neutraliter. Idem. Hoc modo naturæ ſuppeditabit doctrina. Suppeditatio. Idem. Videamus nunc de beato, ſine uirtute certè nullo modo, uirtus autem actuoſa: & deus ueſter nihil agens, expers uirtutis igitur, ita ne beatus quidem Quæ ergo uita? ſuppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu &c.

Abundare eſt affluere, magnam & luculentam copiam habere. Abſolutè. Cic. Caietam, ſi quando abundare cœpero, ornabo. Cum ablatiuo. Idem. Cuius oratio omnibus ornamentis abundauit. Abundans eſt

affluens,

affluens, uel copioſus. Idem. *Non erat abundans, non inops tamen. Abundantia eſt ubertas, copia, uel affluentia.* Idem. *Qui locus propter ubertatem agrorum, abundantiamq; rerum omnium, ſuperbiam, & crudelitatem genuiſſe dicitur. Abundanter eſt copioſè, uel largè.* Idem. *Qui abundanter, qui illuminatè, & rebus, & uerbis dicunt. Abundè, eſt affatim, uel copioſè, largiter, uel plena manu.* Cic. *Quibus ſenectus, etiam ſi non abundè potitur, non omnino caret.*

Affatim *eſt copioſè, uel abundanter.* Cic. *Satis eſſe, & affatim prorſus.* Liuius. *Agri affatim materiæ præbebant ad noua opera molienda.*

Oppidò *pro ualde, uel multum.* Cic. *Si ad nos pertinerent, ſeruirent perquàm oppidò pauci.*

Redundare *eſt ſuperfluere, uel ſupereſſe.* Propriè. Cic. *Si lacus Albanus redundaret, isq; in mare fluxiſſet, Romam perituram dicebant.* Translatè, *uel abſolutè.* Idem. *Quorum hodie copiam redundans uolitat ædibus.* Vel cum ablatiuo. Idem. *Tuus deus nõ digito uno redundat, ſed capite, &c.* Vel cum datiuo. Idem. *Vereor, ne quid parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in poſteritatẽ redundet.* Vel cum accuſatiuo & præpoſitione ad. Idem. *Erumpunt ſæpe uitia amicorũ tum in ipſos amicos, tum in alienos, quorũ tamen ad amicos redundet infamia.* Vel cum in. Idem.

Quid

Quid fiet, ſi hæc elapſa de manibus noſtris in eũ an̄num, qui cõſequitur, redundarint? Vel cum de. Idem. Neceſſe eſt, quod redundaret de ueſtro frumentario quæſtu, ad illum potiſsimum per quem agebatis, defluxiſſe. Cum ex. Idem. Ex meo tenui uectigali aliquid etiam redundat. Cum in. Idem. Neq; in Antonio defuit hic ornatus orationis: neq; in Craſſo redundauit. Redundantia. Idem. Nec uerò hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus. Ipſa enim illa pro Roſcio iuuenilis redundãtia multa habet attenuata: quædam etiam paulo hilariora.

Affluere *eſt abundare. Cic. Largitus eſt ſcilicet homo liberalis, & diſſolutus, & bonitate affluens Faunius Roſcio? Affluentia. Idem. Ex hac copia, atq; omniũ rerum affluentia: primùm illa nata eſt arrogantia, quæ à maioribus noſtris alterum Capua conſulem poſtulauit: deinde ea luxuries, quæ ipſum Annibalem armis etiam tum inuictum uoluptate uicit. Affluenter. Idem. Quid uerò illud, quem libidinibus inflammatu, & furentem uidemus, omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate, quoq; affluentius uoluptates undique hauriat, eò grauius, ardentiusq; ſitientem: nónne rectè miſerrimum dixeris?*

Circũfluere *eſt abundare, uel affluere. Cic. Ille noſter amicus inſolens infamiæ, ſemper in laude*

uerſatus,

uerſatus,circũfluens gloria,deformatus corpore,fra-ctus animo,quò ſe conferat,neſcit.

Defluere *eſt redundare. Cic. Atq; etiam ſi conſiderare uolumus,quæ ſit in natura excellentia,& dignitas,intelligemus,quàm ſit turpè defluere luxuria,& delicatè,ac molliter uiuere.*

Superfluere *eſt redundare. Cic. Is dedit operam,ut minus redundantes nos,& ſuperfluentes iuuenili quadam impunitate,& licentia reprimeret,& quaſi extra ripas diffluentes coërceret.*

Vber *eſt copioſus, uel abundans, aut fertilis, uel ferax.* Propriè. Cic. *Multis locis aquam profluentem, & eam uelut uberem uidi.* Translatè. Idem. *Vbi illa uberrima ſupplicationibus,triumphisq́; prouincia? Vbertas eſt abundantia,copia, uel magnitudo.* Propriè Cic. *Si ubertas in percipiendis fructibus fuit, conſequitur uilitas in uendendis.* Translatè. Idem. *Satis à Socrate dictum eſt de ubertatibus uirtutis, & copijs. Vberius uel uberrimè.* Idem. *Hæc cùm uberius diſputantur,& fuſius,ut mihi eſt in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam. Vbera autem in neutro genere dicuntur aliquando mammæ mulierum:tametſi propriè ubera uidentur dici interiora mammarum. Verg. Binos alit ubere fœtus.*

Fœcun-

Fœcundus *ferax eſt, & uber.* Propriè. Cic. *Quid ego irrigationes, quid agri foſsiones, repaſtinationesq́; proferàm, quibus fit multò terra fœcundior?* Translatè. Horat. *Fœcundi calices quem non fecere diſertum?*

Fœcunditas. Propriè. Idem. *O miſeræ mulieris fœcunditatem calamitoſam.* Translatè. Idem. *Volo ſe efferat in adoleſcente fœcunditas. Nam facilius ſicut in uitibus, reuocatur ea, quæ ſeſe nimiũ profuderunt, quàm, ſi nihil ualet materia, noua ſarmenta cultura excitantur: ita uolo eſſe adoleſcentem, unde aliquid amputem.*

Ferax *pro ubere, fœcundo, fertili, uel frugifero eſt.* Propriè. Cic. *Agri ſunt feraces.* Translatè. Idem. *Nihil feracius ingenijs, his præſertim, quæ diſciplinis exculta ſunt.*

Fertilis *dicitur ager ferax, uel fructuoſus.* Cic. *Agri opimi, & fertiles.* Fertilitas *eſt ubertas, uel bonitas agrorũ.* Idem. *Illi uoluerunt nihil horum ſimile eſſe apud Lacenas uirgines: quibus magis palæſtra, ſol, puluis, labor, militia in ſtudio eſt, quàm fertilitas barbara.*

Opimus *ſignificat diuitem, & copioſum, fœcundum, abundantẽ, uel pinguem.* Cic. *Non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates conſectantur.*

Magnus

Magnus *Ad perſonam relatum ponitur pro præſtanti, uel excellenti, aut potenti, uel pro eo, qui præcipua quadam autoritate eſt, uel celebritate.* Idē. *In his magni eſt iudicis; ſtatuere, quid quenq; cuiq; præſtare oporteat. Ad res ſpectans pro amplo, non paruo, non mediocri.* Idem. *Mihi cum eo & uetus, & magna amicitia eſt. Magnum in neutro genere.* Idem. *Noſtros non norunt, quos enumerare magnum eſt, ita ſunt multi. Magnum facere eſt augere, uel efferre.* Cic. *Si te interioribus uicinis tuis Cilicenſi, & Ciriaco anteponis, ualde magnum facis. Magno abſolutè ponitur pro magno precio, idq; cum uerbis æſtimandi, uendendi, comparandi & emendi.* Cic. *Magnò tuam dimidiam partem decidiſti. Magni ornatè in genitiuo ponitur æſtimationem, uel prolationem habens, iungiq; ſolet, cum facere, uel eſſe.* Idem. *Magni erant, mihi tuæ literæ.* Id eſt, *tuas literis magni faciam. Maiores pro ſuperioribus uel patribus ponitur, qui longe interuallo anteceſſerunt, quorumq; poſteriores ſumus, ut aui, proaui, attaui, tritaui, & ante hos in infinitum.* Cic. *Fecit idem Lucius Philippus uir auo, patre, maioribusq; ſuis digniſſimus.* Maior *cùm ad ætatem refertur.* Idem. *Quem meus Cicero & amabat ut fratrem, & iam ut maiorem fratrem uerè uerebatur.* Idem. *Quod in re maiore ualet, ualeat idem in mi*

 nore;

nore. Maiuſculus. Terent. Thais, ego quàm ſum, maiuſcula eſt.

Maximus eſt ampliſsimus & ſummus. Cic. Reſpondi epiſtolæ maximæ, nunc audi de minuſcula.

Magis ſignificat plus, uel præter. Simplex ponitur, ut uel ſolum ſit, uel cum quàm, uel atq;. Cic. Ita contendit, ut nihil unquàm magis. Idem. Niſi forte magis erit parricida ſi quis Conſularem patrem, quã ſi quis humilem necauerit. Terent. Non Apollinis magis uerum, atq; hoc reſponſum eſt. Cum hòc, eò quò, uel multò. Cic. Expecto tuas literas, teipſum multó magis. Idem. Nihil huic addi poteſt, quò magis uirtus ſit. Cum eſſe. Idem. Cuius in magnis cateruis amicorum ſi fuit etiam Cælius, magis eſt, ut ipſe moleſte ferat erraſſe ſe, quàm ut iſtius amicitiæ crimen reformidet. Cum accuſatiuo. Idem. Patrem occidit. S. Roſcius. Qui homo? adoleſcentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus? annos natos magis quadraginta, uetus ſcilicet ſicarius. Magis id adeò, pro, quàm eò magis, uel multò magis. Terent. Si id uultis potius, quæ uos propter adoleſcentiam minus uidetis, magis impenſè cupitis, conſultis parum. Magis geminatum. Cic. De Græcia magis, ac magis cogito.

Maximè pro ſummè. Cic. Hoc maximè mihi admodum

admodum accommodatum eſt. Pro præſertim potiſſimum, uel præcipuè Idem. *Quod ego cùm audiſſem, ex alijs, maximè ex meo fratre cognoui, cum uel. Cum relatiuo.* Idem. *Quod ſcribis non oportuiſſe* Metellum *fratrem tuum ob dictum à me oppugnari: primùm hoc uelim exiſtimes, animum mihi iſtum tuum, uehementer probari, & fraternam plenam humanitatis, ac pietatis uoluntatem: deinde ſi qua ego in re fratri tuo* Reipublicæ *cauſa reſtiterim, mihi ignoſcas. Tam enim ſum amicus* Reipub. *quàm qui maximè. Cũ ut.* Idem. *In iudicijs ij ſumus, qui fuimus: domus celebratur ita, ut cùm maximè. Cum ſuperlatiuo.* Idem. *Siue hanc aberrationem à dolore delegerim, quæ maximè liberaliſsima, doctoq; homine digniſsima eſt, laudari me etiam oportere exiſtiment.*

Magnopere *eſt ſummè, uehemẽter, uel ſummo ſtudio.* Ci. *Magnitudo rei fecit, ut non uereremur ne nimis citò mitteremus, cùm has ad te literas quàm primum perferri magnopere uellemus.*

Maximopere. Cic. *A te maximopere pro noſtra ſumma coniunctione, tuaq; ſumma humanitate etiam, atq; etiam peto, & quæſo, ut, quibuſcunq; rebus poteris proſpicias, & conſulas rationibus meis.*

Quantopere. Cic. *Cum ijs communices, quã topere, & quare uelim hortes.*

Tantopere. *Cic. Senſit deleri non poſſe huic ciuitati tantam poteſtatem, quippe quam tantopere populus noſter ignotam expetiſſet, quî poſſet carere cognita?*

Magnitudo *eſt amplitudo, moles, uel ubertas. Cic. Eſto, concedatur hæc quoq; acerbitatis, & odij magnitudo. Magnificus dicitur lautus, uel summò ſplendore præditus, non tenuis, aut exilis. Cic. Rei, quæ ſunt uenationes binæ per dies quinq; magnificæ:*

Magnificentia *eſt ſplendor, uel eſt rerum magnarum, & excelſarum cum animi ampla quadã, & ſplendida propoſitione agitatio, uel adminiſtratio. Idem. Cùm commemoraret magnificentiam ædiũ regiarum. Magnificè, eſt ſplendidè, uel lautè. Idem. Exornat amplè, magnificeq; triclinium.*

Amplus *propriè. Cic. Theatrum celebritate refertiſsimum, magnitudine ampliſsimum. Tranſlatè, uel ad perſonam refertur. Idem Amplus, & grandis orator, uel ad res. Idem. Quis unquàm ex tam amplo ſtatu concidit?*

Amplitudo, *propriè. Cic. His pulchritudo periculo, amplitudo ſaluti fuit, quòd eorum demolitio, atq; aſportatio perdifficilis uidebatur. Tranſlatè eſt potentiæ, aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum abundantia. Idem. Illud ad tuã dignitatẽ et amplitudinẽ pertinet.*

pertinet. Amplè. Idem. Exornat amplè, magnificeq́; triclinium. Amplius eſt pluſquàm, uel iam. Abſolutè. Facite, quod libet: daturus non ſum amplius. Cùm, quàm. Idē. De ſepulchris nihil eſt apud Solonem amplius, quàm ne quis ea deleat. Cum nominatiuo. Idem. Amplius triēnium eſt. Cum accuſatiuo. Idem. Qui ſeptingentos annos iam amplius regnant. Cum ablatiuo. Idem. Hoc nomen triennio amplius in aduerſarijs relinquebas. Hoc amplius. Idem. Cui cùm eſſem aſſenſus decreui hoc amplius, ut tu, &c.

Plus, abſolutè. Cic. Alter ualet plus quotidie, alter uidet. Cùm quam. Idem. Sæpius uirtus plus proficit ad miſericordiam, quàm humilitas. Cùm genitiuo. Idem. Vultis pecuniæ plus habere. Cum accuſatiuo. Idem. Num eſt hoc plus annum obtinere prouinciam? Cum ablatiuo. Idem. Ego te nimio plus diligo. Geminatum Plaut. Dij faciant, ut ſiet: plus, plusq́; iſtud ſoſpitent, quod nunc habes. Plus ſatis. Terent. Accede ad ignem hunc, iam caleſces, plus ſatis. Plus in plurali numero Cic. Hoc pluribus uerbis dicere nō debeo. Pluſculus. Terent. Vxori emunda ancillula eſt tum autem pluſcula ſuppellectile opus eſt. Pluſculum. Id eſt, paulò plus. Idem. Vt aliquando ad cauſas deducamus illum, quem conſtituimus, & ad eas quidem, in quibus pluſculum negotij eſt.

Complures. *Cic. Ego cum Pompeio complu res dies nullis in alijs, niſi de Repub. ſermonibus uer ſatus ſum.*

Pleriq; *Ci. Eſt magni laboris, quem pleriq; fu gimus. Pleriq; omnes. Terent. Ita pleriq; ingenio ſu mus omnes, noſtri noſmet pœnitet. Plerunq; id eſt, ma gna, uel maiore ex parte, uel perſæpe, aut ferè. Cic. Fortuita ſunt, quæ plerunq;, non ſemper eueniunt.*

Plurimus. *Terent. Plurima ſalute ſuum Par menonem impertit Gnato. Plurimum. Cic. Mihi, ut te plurimum diligam, facere neceſſe eſt.*

Multus *eſt creber, nimius, uel multiplex, aut grandis. Cic. Non minus multas ſtatuas poſuit, quàm abſtulit. Aliquando ſtudij, aut affectationis uehemen tiam deſignat. Idem. Antipatrum, qui multus in eo fuiſſet, reprehendebant. Aliquando abiectionem, uel contemptionem habens, uel laudis, mediocritatem. Idem. Nihil dico amplius: tantùm dico, ſi mihi ac cidiſſet, ut numeraret in multis. Multũ eſt ualde, uel non parum. Idem. Libri diu, ac multùm in manu fue runt. Multò, uel multi, uerbis præcij, & æſtimatio nis interdum iunguntur. Cic. Statuite, quanti hoc pu tetis, & quàm multo redemiſſe. Hic eſt longe, uel multis partibus, uel longo interuallo. Cum compara tiuo. Idem. Multo minus mouebant minæ. Cum ſuper latiuo*

latiuo. Terent. Is quæſtus nunc multo eſt uberrimus. Cum ſuperlatiuo & parte. Cic. Qui agri multo maximam partem poßident. Cum poſt, ante, malle, præſtat, ſecus, aliter. Cicero. Meo iudicio, quàm aliorum multò ſtare malo. Idem. Multò ſecus euenit. Terent. Verùm aliter euenire multò intelligit.

Impendiò ſignificat multò. Cic. Ille impendió nunc magis odit Senatum.

Longus ſignificat longinquitate productum, diuturnum, uel procerum. Eſtq; temporis, uel loci. Cic. Cupiebam epiſtolam longißimam facere. Longũ eſt, uel longum eſſet. Id eſt, longa oratione opus eſt, uel eſſet. Idem. De omnibus longum eſt dicere. Nihil mihi longius pro nullius rei tanta cupiditate, aut expectatione teneor. Idem. Nihil ei longius uidebatur, quàm dum illud uideret argentum. Longulus, uel longiuſculus. Idem. Longulum ſanè iter, & uia inepta. Longitudo eſt diuturnitas, longinquitas, uel proceritas. Cic. Noctis longitudo ſtupris & flagitijs conterebatur. Longè. Pro procul. Idem Longè abſum, audio ſerò. Cum temporis eſt. Idem. Longè in poſterum proſpicere. Cũ eſſe. Idẽ. Bidis oppoſitũ eſt nõ longè à Syracuſis. Cum genitiuo Idẽ. Longè gentiũ abeſt Pro multùm, uel ualdè. Cũ ſuperlatiuo. Ci. Vir longè poſt

natos homines improbiſsimus. Princeps *aliquãdo pro ſuperlatiuo ponitur*. Idem. *Lucius* Caſtronius *Pætus longè princeps municipij Lucenſis, eſt honeſtus, grauis, plenus officij. Cum uerbis, uel particulis indeclinabilibus.* Idem. *Cuius ego iudiciũ, pace tua dixerim, longè antepono tuo.* Idem. *Longè, multumq́; præſtat meus. Cum nominibus, uel particulis.* Idem. *Cæſaris autẽ longiſsimè diuerſa ratio eſt.* Idem. *Eſt longè aliter in uerſibus. Longius aduerbiũ.* Idem. *Non progrediar longius, quàm mihi conceſſum eſt. Longiſsimè.* Idem. *Longiſsimè abeſſe ab aliquo. Longinquus eſt longus, uel diuturnus, uel remotus.* De perſonis. Idem. *Aequaliter in* Rempub. *in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in ſuos irruebat.* De loco. Idẽ. *Locus intra* Oceanum *iam nullus eſt, neq; tam longinquus, neq; tam reconditus, quò non per hæc tempora noſtrorũ hominum libido, iniquitasq́; peruaſerit.* De tempore. Idem. *Longinqui temporis ſpes. Longinquitas, uel eſt loci.* Cic. *In his ſum locis, quò & propter longinquitatẽ, & propter latrocinia tardiſsimè omnia perferuntur. Cum temporis eſt, pro diuturnitate ponitur.* Cic. *Nondum ex longinquitate grauiſsimi morbi recreatus eſt.*

Multitudo *eſt frequentia celebritas, uel conuentus. Aliquando eſt perſonæ.* Cic. *Cum maxima frequentia*

quentia à multitudine domum reducebatur. Aliquãdo eſt rerum. Idem. Excitabat eos magnitudo, & uarietas, multitudoq́; in omni genere cauſarum, ut ad eam doctrinam, quam quiſque ſtudio conſecutus eſſet, adiungeretur uſus frequens, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperaret.

Multiplex dicitur uarius, uel inuolutus, aut copioſus. Cic. Res uaria & multiplex ad ſuſpitiones, & ſimultates.

Multiformis. Cic. Principes qualitates ſunt uniuſmodi, & ſimplices. Ex ijs autem ortæ uariæ, & quaſi multiformes.

Multifariam pro multis modis, uel diuerſè. Cic. Itaq; pœnas luunt non tam iudicijs, quæ quondam nuſquàm erant, hodie multifariam nulla ſunt: ut ſunt tamen, perſæpe falſa ſunt, &c.

Bifariam eſt bipartitè, uel duobus modis. Cic. Bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ ſunt.

Immodicus dicitur maximus. Colum. Caius Licinius damnatus eſt, quoniam magiſtratu rogatione Tribunitia, quam promulgauerat, immodica libidine tranſcendiſſet. Immodicè eſt nimis, uel intemperatè. Idem. Magis conducit agricolæ frequenter id potius, quàm immodicè facere.

Ingens *eſt immenſus, maximus, aut ſummus.* Cic. *Ingentem pecuniam pendunt L. Piſoni quotannis.*

Summus *dicitur maximus, uel ampliſsimus.* Propriè. Cic. *Alexander eam Buculam in ſummo columnæ collocauit.* Translatè *ad perſonas relatum.* Idem. *Carbonem in ſummis oratoribus habitum eſſe ſcio.* Ad res ſpectans. Idem. *Herillus in cognitione, & ſcientia ſummum bonum ponit.* Summum, *uel ad ſummum utimur, in dinumeratione, uel in tempore, ſpatioúe præfiniendo.* Cic. *Contudi animum, & fortaſſe uici, ſi modò permanſero. Scies igitur fortaſſe cras, ſummum, perendie.* Idem. *Biduo, aut, ad ſummum, triduo.*

Plurimùm, *uel ut plurimùm, uel maximè.* Cic. *In bello & ſuſcipiendo, & gerendo, & deponendo ius, ut plurimum ualet, & fides* Plin. *Ergò, ut maximè, duo tantùm millia pondo, cùm capta eſt Roma, fuere.*

Minimum. Varro. *Ita fiunt omnium partes, minimùm octoginta.*

Grandis *dicitur magnus, celſus, elatus, profectus.* Ad *perſonam relatum intelligitur, uel de ætate prouectiore.* Cic. *Pater grandis natu iamdiu lecto tenebatur.* Vel *extra ætatem intelligitur, de elatione dicendi, ſcribendi, loquendiúe genere.* Ad res ſpectans.

Idem

Idem. *Grande cubiculum, & altum. Granditas eſt magnitudo.* Idem. *Lectitauiſſe Platonem ſtudioſè, audiuiſſe etiam Demoſthenes dicitur, idq; apparet ex genere, & granditate uerborum.*

Immanis *pro ingenti, uel magno,* Cic. *Illa fuit immanis, hæc paruula.*

Inſanus *pro ingenti, uel immenſo.* Cic. *Quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facilè hominum mille uerſabatur.* Inſania *pro magnitudine immodica.* Idem. *Mihi hercule ualde placet, te illa, ut conſtitueras, addere: quanquam, ea uilla, quæ nunc eſt, tanquàm philoſophia uidetur eſſe, quæ obiurget cæterarum uillarum inſaniam: ueruntamen illud additum delectabit.*

Nimius *eſt multus, uel nimis magnus, immoderatus, intemperatus, uel plus æquo.* Cic. *Succumbam tibi in eo ipſo, in quo nihil poteſt eſſe nimium.* Nimium *eſt extra modum, uel preter modum, uel ultra, quàm ſatis eſt.* Idem. *Ego te plus nimio diligo.* Idem *Nimium diu te illa caſtra deſiderant.* Nimis. Cic. *Teſtes uerbum honeſtiſſimum in iudicio, alio loco non nimis.*

Immenſus *eſt profundus, uel infinitus.* Cic. *Omnium malorum ſtultitia eſt mater, quæ parit immenſas cupiditates.* Immenſitas. Idem. *In hac igitur*

immenſi-

immenſitate latitudinũ,longitudinũ,altitudinũ,infinita uis innumerabiliũ uolitat atomorum.

Profundus. *Propriè. Cic. Mare profundum, & immenſum. Translatè pro immenſo. Idem. Ecce tibi alter effuſa iam maxima præda,quàm ex fortunis publicanorũ,ex agris,urbibuſq; ſociorũ exhauſerat: cùm partim eius prædæ profundæ libidines deuoraſſent,partim noua quædam & inaudita luxuries.*

Infinitus *dicitur, cuius nulla eſt extremitas, uel ora. Cic. Quod finitum eſt,habet extremũ,quod non habet extremũ,infinitum ſit neceſſe eſt. Infinitum pro non infinito. Idem. Proximus uerſus inquinatus, inſuauiſsima litera infinitus. Hic pro immenſo,uel exhauſto ponitur. Idem. Quos erat infinitum de me bene meritos nominare. Infinitas. Idẽ. Cùm alij ſæpe,quod eſſet ante pedes,non uiderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate conſiſteret. Infinitio. Idem. Infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν uocant,tota ab illo eſt. Infinitè. Idem. Ne infinitè feratur,ut flumen,oratio.*

Interminatus. *Cic. Cuius operam profectò non deſideraretis, ſi immenſam, & interminatus in omnes partes magnitudinem regionum uideretis.*

Inexhauſtus. *Ci Quò cum ueniſſem, M Catonem,quem ibi eſſe neſcieram,uidi in bibliotheca ſe-*

dentem

dentem multis circumfuſum Stoicorum libris: erat enim, ut ſcis, in eo inexhauſta auiditas legendi, nec ſatiari poterat.

Innumerabilis. Cic. Doce te petijſſe ab eo iſtam neſcio quam innumerabilem pecuniam. Innumerus. Idem. Ecce tibi exortus Iſocrates magiſter iſtorū omnium: cuius è ludo, tanquàm ex equo Troiano, innumeri principes exierunt. Innumerabilitas. Idem. Innumerabilitas, inquit, ſuppeditat atomorum.

Sexcenti, æ, a. Hoc numero utebantur linguæ Latinæ principes, cum infinitum, aut prægrandem numerum explicare uolebant. Cic. Belli periculum, militum improbitas, ſexcenta præterea alia. Idem. Sexcentos habes tabellarios.

Vti eſt uſum habere, uſurpare, adhibere. Cic. Præſertim cùm his temporibus audacia pro ſapientia liceat uti. Paßiuè. Idem Quæ bona is, qui teſtamentū fecit, huic Heraclio, antequàm eſt mortuus, omnia utenda ac poßidenda tradiderat.

Abuti. Cic. Omnino eſt hoc populi, maximeq; noſtri, in eo potißimū abuti libertate, per quem eam conſequutus ſit. Abuſus. Idem. Non debet mulier, cui uir bonorū ſuorū uſum fructum legant, cellis uinarijs, & olearijs plenis relictis putare id ad ſe pertinere, uſus enim, non abuſus legatus eſt.

Vſus

Vſus hic pro ea re accipitur, quæ uel cõmoda, uel utilis, uel neceſſaria eſt: uel pro utendi actu. Cic. Mirum quàm illius loci non modò uſus, ſed etiam cogitatio delectat. Vſum afferre. Idem. Arborũ autem confectione, omniq; materia & culta, & ſyluestri partim ad calefaciendũ corpus igni adhibita, & ad mitigandũ cibum utimur: partim ad ædificandũ, ut tectis ſepti frigora, caloresq; pellamus. magnos uerò uſus affert ad nauigia facienda: quorum curſibus ſuppeditantur omnes undiq; ad uitam copiæ. Vſui eſſe. Idem. Maxime te mihi uſui fore uideo. Ex uſu eſſe. Teren. Si ex uſu eſſet noſtro hoc matrimoniũ. Vſum habere, pro uſum recipere. Cic. Qui principes inueniendi fuerunt, quem ex quaq; bellua uſum habere poſſemus, homines certè fuerunt.

Vſus fructus eſt ius alienis rebus utendi, fruẽdiq;, ſalua rerum ſubſtantia. Cic. Si ædes exoſæ corruerũt, quarũ uſusfructus legatus eſt, hæres reſtituere non debet.

Vſucapere eſt uſu meum facere. Cic. Lex buſtum uſucapi uetat.

Vſuamittere. Cic. Tu T. Vecti ſi qua tibi in Africa uenerit hæreditas, uſuamittes.

Vſucapio, ius, ab uſu dicitur acquiſitio, ſiue adiectio domini per continuationem poſſeſsionis longi temporis definiti: utpura triginta, aut quadraginta

annorũ

annorum, ſi res immobilis ſit, quam poßidemus. Cic. Fundus à patre relinqui poteſt: at uſucapio fundi, hoc eſt finis ſolitudinis, ac periculum litium, non à patre relinquitur, ſed à legibus.

Vſurpare pro dicere, uel mentionē facere. Cic. Qui enim C. Lælius is, qui ſapiens uſurpatur, prætor fregit, & cōminuit. Pro occupare, uel uti. Idem. Hoc genus pœnæ in improbos ciues ſæpe uſurpatum eſt. Vſurpatio. Idem. Maximè eſt laudandus, qui hoc tempore ipſo, cùm liceat, in hoc cōmuni noſtro, et quaſi fatali malo conſoletur ſe cum conſciētia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione, & renouatione doctrinæ.

Frui eſt potiri, uel fructū, uoluptatēq; percipere. Deponentaliter Cic. Neq; nos te fruimur, & tu nobis cares. Paßiuè. Idem. Suauitatis equidē noſtræ fruendæ cauſa cuperē te ad id tempus uenire, quod dixeras.

Potiri eſt tenere, uel frui. Sine caſu. Cic. An cunctor, & tergiuerſor, & ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur? Cum genitiuo. Idem. Quòd ij, qui potiuntur rerū, præſtaturi uidentur. Cum accuſatiuo. Teren. Ille alter ſine labore patria potitur cōmoda. Cū ablatiuo. Idem. Omni Macedonū gaza potitus eſt Paulus.

Compos dicitur, qui habet, uel aſſequutus eſt aliquid: uel qui particeps eſt rei alicuius. Cum genitiuo. Cic. Quarū rerum qui eſſent animo, & ſcentia

compotes

compotes, eos eſſe imperatores dicerem. Cum ablatiuo. Sall. Non animo, aut lingua ſatis compos.

Plenus *eſt cumulatus, cõfertus, uel affluens. Sine caſu.* Cic. *Orator plenus, & perfectus is eſt, qui de omnibus rebus poßit uariè, & copioſè dicere. Cum genitiuo.* Idem. *Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? Cum ablatiuo.* Idem. *Habui noctem plenam timoribus ac miſerijs.* Plenitudo. Idem. *In hoc genere ſæpe fieri poteſt, ut non planè par ſit numerus ſyllabarum, & tamen eſſe uideatur, ſi una, aut etiam altera ſyllaba, eſt alterum breuius: aut ſi, cum in altero plures ſunt, in altero longior, aut longiores: plenior, aut pleniores ſyllabæ erunt: ut longitudo, aut plenitudo harum multitudinem alterius aſſequatur & exæquet.* Plenè *pro planè, perfectè, uel cumulatè ponitur.* Idem. *Perfectè, plenèq; eruditus.*

OPPLERE Cic. *Vetus hæc opinio Græciã oppleuit, exectum Cœlum à filio Saturno: uinctum autem Saturnum ipſum à filio Ioue.*

Complere *eſt implere.* Cic. *Vt hac ipſa ratione ſummam mei promißi compleam. Pro conficere, uel abſoluere* Idem. *Compleant ea quidem beatißimã uitam.* Complementum. Idem. *Apud alios autem, & Aſiaticos maximè numero ſeruientes inculcata reperias inania quædã uerba, quaſi cõplemẽta numerorũ.*

Implere

Implere eſt complere. Ci. De quibus rebus uolumina ſunt impleta à Chryſippo. Pro præſtare. Idē. Semper equidem magno cum metu incipio dicere: quotieſcunq; dico, toties mihi uideor in iudiciū uenire non ingenij ſolùm, ſed etiam uirtutis, atq; officij, ne aut id profiteri uidear, quod non poſſum implere, quod eſt impudentiæ: aut id non efficere, quod poßim quod eſt aut perfidiæ aut negligentiæ.

Replere eſt refercire, uel complere Ci. Vt uix exhauſtas domos replere poſſent.

Explere eſt implere, uel complere, ſaturare, uel ſatiare. Cic. Nō uereor, ne nō ſcribendo te expleā. Pro conficere, uel abſoluere. Idem. Hanc igitur partē relictam explebimus. Expletio. Idem Quòd ſi nō ſenſus modò ei ſit datus, uerum etiā animus hominis, non neceſſe eſt, illa priſtina manere ut tuenda? inter hæc multo eſſe chariora quæ acceſſerint? animiq; optimā quanq; partem, chariſsimam? in eaq; expletione naturæ ſummi boni finem conſiſtere?

Ingurgitare immēſam rei uoracitatē deſignat ac modò abſorbere ſignificat, modo complere, modò immergere uel immittere. Plaut. Plenā uim amphorā ingurgitat. Ci. Cū in eius copias ſe ingurgitaſſet, exultabat gaudio.

Saturare. Ci. Cū crudelitatē ueſtrā, odiumq; diu

dare, afferre. Cic. Quænam unquam ob mortem Myrtili pœnis luendis dabitur ſatietas ſupplicij? Satietate afficere. Idē. Poſteaquā portu piratæ nō metu aliquo affecti, ſed ſatietate exierant, tum cœperunt quærere homines cauſam illius tātæ calamitatis. Satietatē capere. Idē. An Achiuorū exercitus, & tot nauiū rectores nō ita profecti ſunt ab Ilio, ut profectione læti piſciū, laſciuiā intuerentur: nec tuendi ſatietas afficiūt auriū ſenſum faſtidioſiſsimū. Satietatē tenere. Idē. Me mirū deſideriū tenet urbis, atq; in primis ſacietas actæ prouinciæ. Satietate defatigari, uel defeſsū eſſe. Idē. Tractatio uaria eſſe debet, ne aut cognoſcat artē, qui audiat: aut defatigetur ſimilitudinis ſatietate. Satietati occurrere. Idē. Cū uideret oratores cū celeritate audiri poëtas aūt cū uoluptate: tū dicitur numeros ſequutus quibus etiā in oratione uteretur cū iucūditatis cauſa, tū ut uarietas occurreret ſatietati. Satietatē uitare, fugere, releuare, uincere, ſuperare. Ci. Ego mei ſatietatē magno meo labore ſuperaui. Satias dixere antiqui. Tērēt. Vbi ſatias cœpit fieri cōmuto locū. Satis eſt abūde uel quantū opus eſt, uel ſanè. Et ponitur ſine caſu cū genitiuo, uel cū datiuo, uel cū alio aduerbio Ci. Quare de hoc ſatis. Idē Peccāt, qui nō uidēt, quod eſt ſatis

Satishabere eſt contentum eſſe Cum ablatiuo, & præpoſitione. Cic. Res ipſa publica ſi loqui

Pertæſum. Ci. *Pertæſum eſt leuitatis, aſſentationis, animorũ non officijs, ſed tẽporibus ſeruientiũ.*

Pigere *perſonale apud antiquos fuit* Plaut. *Adoleſcens, quæſo, loquere tuum mihi nomen, niſi piges* Frequentius *tamen imperſonaliter legitur in tertia perſona, uel infinitiuo.* Idem. *In cupiditatem incubui, nec me piget.*

Pœnitere *pro moleſtè ferre feciſſe, quod feceris.* Cic. *Huius me conſtantiæ puto fore ut nunquàm pœniteat.* Pro *cædere, uel pigere* Idem. *Eo feciſſe ſe autore dicebat, cuius autoritatis neminem poſſet pœnitere.* Pro *paruum, uel parum uideri* Idẽ. *Quòd me ipſe per literas conſolatus ſum, nõ pœnitet me, quantũ profecerim.* Pœnitens, *uel pœnitendus.* Idẽ *Si erratũ eſt* P. C *ſpe falſa, atq; fallaci, redeamus in uiã* Optimus *eſt portus pœnitẽti, mutatio cõſilij.* Pœnitẽdũ *pro parui æſtimãdo.* Liuius *ſub haud pœnitẽdo magiſtro.*

Peripetaſmata *ſunt inſtrata quæ alio uerbo aulæa appellantur, ab aulis regum, in quibus expẽduntur.* Cic. *Conchiliatis* Cn. *Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres.* Idem. *Quid illa attalica tota* Sicilia *nominata ab eodem* Heio *peripetaſmata emere obligatus es?*

Aulæa. Cic *Deinde ſcabella concrepant, aulæũ tollitur* Aulæa, *œ æ.* Curt *Cùm poſt aulæã quæ lectos obduceret, ſtaret rex.*

Attalica. *Plin. Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus rex. Vnde nomen Attalicię.* Dicũtur & *Babylonica* Idem. *Colores diuerſos picturæ ueſtibus intexere Babylon maximè celebrauit, et nomen impoſuit.* Vocantur etiã tapetes uerbo græco, et tapetia, noſtri uno uerbo ſtragula, uel ſtragulã ueſtem, uel plagas appellãt. Neq; enim dubitẽ, quin ſtragula ueſtis ſit omne palliũ, quod Græci periſtroma uocant. Liuius. *Luxuriæ enim peregrinæ, origo ab exercitu Aſiatico inuecta in urbẽ eſt. Inde primũ lectos æratos, ueſtẽ ſtragulã, precioſam, plagulas, & alia textilia Romã adduxerũt.* Dicimus etiã ſtragulũ in neutro genere. Cic. *Collocari iuſsit hominẽ in aureo lecto, ſtrato pulcherrimè textili ſtragulo, magnificis operibus picto.* Hæc cum animalia habent intexta, ut hodie paſsim habẽtur ζωωτὰ, à Græcis, id eſt, beluata uocãtur. Plaut. *Neq; Alexãdrina beluata conſuta tapetia.* Pallia à quibuſdam uocantur, unde palliatæ fabulæ dictæ.

Etſi. Cic. *Etſi non dubitabam, quin hanc epiſtolam multi nuncij, fama deniq; eſſet ipſa celeritate ſuperatura, tamen exiſtimaui à me quoq; tibi huius moleſtiæ nuncium perferri oportere.*

Tametſi. Cic. *Tametſi uiciſſe debeo, tamen de meo iure decedã.* Teren. *Obtundis, tametſi intelligo.*

Quanquam. Cic. *Quare ſi iam biennium,*

aut

aut triennium eſt cum uirtuti nuntium remiſiſti dele/mus illecebris uoluptatis, in integro res nobis erit, quanquam quicum loquor?

Quamuis. Cic. Quamuis menti delubra, & uirtute, & fidei conſecremus, tamẽ hæc in nobis ipſis ſita uidemus. Idem In quo prima illa conſolatio eſt, ui diſſe me plus, quàm cæteros, cùm cupiebam, quamuis iniquam conditione pacem.

Secundus duplicem ſignificationem habet In terdum ad numerum pertinet, ut primus. ſecundus, tertius. Interdum etiam propriè flumini conuenit. Inde dicimus flumen ſecundum, quod in procliuius fluit. Vnde ſecundo flumine nauigare, id eſt, ſecundum fluminis fluxum, uel naturam, & aduerſo flumine: id eſt contra fluminis fluxũ, uel contra fluminis uim, & impetum. Cæſar Exercitum traducit, & ſecundo flumine Lutetiam iter facere cœpit. Res ſecundas dicimus per tranſlationem, ad quod alludit Cicero in Officijs, cùm res ſecundas, & ad uoluntatem noſtram fluentes dicit. Venti ſecundi, qui ex ſententia et uoce flant. Cic. Quid ſi etiã Cæſarẽ, cuius nũc uẽti ual de ſecũdi ſunt, reddo meliorẽ? Sic etiã ſecũda prælia dicũtur, in quibus uictores ſumus Cic. Noſter exercitus prælijs uſus erat ſecũdis. Sic ſecunda admurmuratio, uide ſupra Sic ſecũdo populo, uel ſecũda cõcione ali-

quid agere, id eſt, nõ aduerſante populo, uel concione. Idem *Quis enim unquàm tam ſecunda cõcione legem agrariam ſuaſit, quàm ego diſſuaſi?* Secundum *præpoſitio, quæ ponitur pro è, uel conuenienter: ut S. C. ſecundum aliquem factum, id eſt, è re alicuius, uel pro cõmodo.* Et *ſecundum naturam uiuere, uel teſtimoniũ ſecundum fidem, & religionẽ dicere.* Cic. *Prætor ſecundũ me decreuit.* Idem *Omnia uerò, quæ ſecundum naturam, ſunt habenda in bonis: quid eſt autem tam ſecundum naturam, quàm ſenibus emori?*

Proximus *de loco.* Cic. *Proximus Pompeio ſedebam.* Tranſlatè. Idem. *Amore tibi nos proximi ſumus.* De *affinitate.* Idem. *Qui benigniores uolunt eſſe, quàm res patiatur, primũ in eo peccãt, quod iniurioſi ſint in proximos.* De *tempore.* Idem. *Ego tuis proximis literis, quas tamen iampridem accepi, nihil habeo quod reſcribam.* Proximũ *etiam tam de futuris, quàm de præterito dicitur.* Cic. *Deniq; hũc proximo ſeculo Themiſtocles inſecutus eſt: ut apud nos, perantiquus: ut apud Athenienſes, non ita ſanè uetus.*

Argentariam *facere dicimus eo modo, quo nauicularíam facere, uel aruſpicinã, uel uellaturam, uel præconium.* Vt *ſit ſcilicet argentariã, nauiculariã, aruſpicinã, uellaturam facere idem, quod argentarij, nauicularij, aruſpicis, uectoris, uel rhedarij officium*

exercere:

exercere; aut argentaria, nauicularia, aruſpicina, uel latura uictum quærere. Argentarius igitur argentariam facit, nauiculariam nauicularius, aruſpicinam aruſpex, uellaturam uector, uel rhedarius. Ci. M. Fulſinius fuit Recuperatores è municipio Tarquimenſi, qui & domi ſuæ comprimis honeſtus exiſtimatus, & Romæ argentariam non ignobilem fecit: id eſt, qui Romæ Trapezita, uel nummularius fuit celebris. Inde argentariam diſſoluere. Diſſoluta enim argentaria dicitur, cuius diſsoluuntur rationes, uel quam exercere deſinimus. Vt, argentarius quidem locuples erat, & bene nummatus, ſed pecuniæ creditæ magnitudine exhauſtus argentariam diſſoluere coactus eſt. Cic. Aliquanto poſt iam argentaria diſſoluta Fulſinius huic fundo uxoris continentia quædam prædia, atq; adiuncta mercatur.

Præhenſare, & præhendere longè differũt inter ſe. Præhenſabant propriè honorum petitores, qui magiſtratus ambibant, & præhenſatio erat ambitus quidam, uel contentio gratioſa, & blanda, qua ſcilicet præhenſando, id eſt, amica, & familiari præhenſione exorando, ſuffragia eblandiebantur, qui magiſtratuum petitores ſe profitebantur in Comitijs. Cic. Petitionis noſtræ, quã tibi ſummæ curæ eſſe ſcio, huiuſmodi ratio eſt, quod adhuc cõiectura prouideri poſſit

Præhenſat unus P. Galba ſine fuco, ac fallacijs more maiorum. Præhendere, amicam & uiolentam ſignificationem habet. Amica. Cic. *Deinde ipſum Craſſum manu præhendit: & heus tu, inquit, quid tibi in mentẽ uenit ita reſpondere?* De *uiolenta ſignificatione, uide* Gelliũ *lib.* 13. *cap.* 12. *Iniectio manus idem quod præhenſio.* Val. *lib.* 5. *Lucius uerò Philippus* Conſul *aduerſus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit: nam ſegnitiem pro roſtris exprobrans, alio ſibi* Senatu *opus eſſe dixit: tantumq́; à pœnitẽtia dicti abfuit, ut etiam* L. *Craſſo ſummæ dignitatis, & eloquentiæ uiro id in curia grauiter ferenti manum inijci iuberet. Licet inijcere manum propriè ſit uerbo antiquo iuris, quoties nulla iudicis expectata autoritate rem nobis debitam, aut etiam noſtram uendicamus.* Quintil. *lib.* 7. *Inijcitur etiam manus in aliquẽ, uel in eius bona, uel merces aliquas, quando ille inde abire, uel res inde moueri autoritate aliqua uetantur, quod nos arreſtare dicimus.*

Corollarium *pro acceſſione, uel auctario.* Nam *eſt additamentum, quod iuſtæ mercedi, pactæq́; adijcitur.* Cic. De *uino igitur erat aliquid reſecandũ, ut eſſet, unde* Apronio *ad illos fructus orationum hoc corollarium nummorum adderetur.*

Acroama *eſt auditio. Ponitur autẽ plerunq; pro ſe-*

pro feſtiua et iucunda narratione, uel uoce: atq; etiam pro homine acroama pronunciante: ut ſeruitium pro ſeruo. Cic. Cùm ab eo quæreretur, quod acroama, aut cuius uocem libentiſsimè audiret: eius, inquit, à quo ſua uirtus optimè prædicaretur. Idem pro homine. Ille ipſe Ludius, non ſolùm ſpectator, ſed actor, & acroama.

Aerarium dicebant antiqui pecuniam publicam, & imperij. Fiſcum uerò pecuniam imperatoris, quod nomen à fiſcis, id eſt, ſportulis, dictum eſt. Alia autem fiſci ſignificatio Ciceronis tempore, quàm nunc eſt. Fiſcus enim apud antiquos pecunia publica dicebatur, ſed poſt tempora Ciceronis ad eam ſignificationem traductus eſt, qua nunc utimur. Vnde fiſci aduocatus dictus. Ac fiſcus, & priuata ratio idem ſunt. Eſt ergo certus magiſtratus, qui priuata ratio dicitur, earum rerum indagator, & explorator, quæ aſſertorem nullum habent, quaſi nullius dominio mancipatæ, & earũ omnino rerũ, quæ in Cæſarem recidũt. Erat ærarium in æde Saturni, Macrob. 1. Saturn. Vrbani quæſtores ærarium curabãt, eiuſq; pecunias expenſas, & acceptas referre in tabulas publicas conſueuerant. Pro ijs nunc Præfectos ratiocinorũ habemus, quos magiſtros computorũ dicimus. Quæſtores ærarios hodie uocare poſſumus eos, quos mulctarũ, id eſt emenda

emendarum receptores uocant. Et *præfectos ærarij, qui etiã quæſtores uocitari poſſunt, quod munus olim* Prætores, *prætorijq́; uiri obibãt.* Tribunos *uerò ærarios, quos receptores generales appellant.*

Coactores *olim dicebantur, qui nunc* Receptores *particulares nominantur.* Et *coactio argentaria, pro ipſo munere cogendi pecunias.* Eorum *autem obſeruatores dicuntur, eos etiam latinè* Antigraphaſrios *appellare poſſumus, uel Cuſtodes.*

Poma *fugatia, pro malis perſicis.* Plin. *Preciumq́; ſingulis triceni nummi fuere, nullius maiore, quod miremur, quia non aliud fugatius. Longißima nanq; decerptio bidui mora cogit ſe uenundari.*

Scriptura *eſt ſcriptũ, uel ſcriptio.* Cic. *Plura illi mandata uerbo, quàm ſcriptura dedi. Scriptura etiã apud* Romanos *ratio erat mancipũ, id eſt, eorũ, qui portoria, aut paſcua publica, aut decumas quæſtus ſui cauſa redimebãt, unde magiſtri ſcripturæ & portus dicebantur, qui portoria, & uectigalia deſcribebant, & colligebant, & dominis præſentabant, uel proſpicientes cõmodis ſuis: uel muneri, cui præerant, operam præſtantes, ſcilicet, agris, paſcuis, aut pecoribus, aut portorijs, alijsúe uectigalibus deſcribendis, & colligendis.* Cic. *Tu ſæp. dare tabellarijs publicanorũ p. teris per magiſtros ſcripturæ, & portus, & noſtrarũ*

noſtrarũ diocœſim. Magiſtrorũ ſcripturæ tabelliones ſcripturarij dicebantur, quos clericos & cõmiſſarios barbarè appellamus. Hij enim Ephimeridas faciunt, id eſt, diurna, papyrosq́; diarios, & præterea breuiaria, id eſt, epitomas, ſummas acceptas continẽtes, quæ ſummaria uocant. Scriptura tamen proprium nomen erat uectigalis, & portorũ, & decima. Cic. Pro Leg. Manil. Scripturarius ager dicitur, in quo, ut pecora paſcantur, certum eſt, quòd publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore. Scriptura huiuſmodi hodie eſt eorum mancipum, qui glandiarios, & paſcuos ſaltus redimunt.

Manceps *eſt quiſquis à populo aliquid emit, conducít ue: quia manu ſublata ſignificat autorem ſe emptionis eſſe. Mancipũ fideiuſſores prædes propriè appellentur. Cic Laodiceæ me prædes accepturũ arbitror omnis pecuniæ publicæ, ut & mihi, & populo cautũ ſit, ſiue uecturæ periculo. Manceps ab eodem in Prætura Vrbana pro redẽptore ſartorũ tectorũ accipitur. Tranquillus in Veſpaſ. pro priuato redẽptore poſuit. Plin lib. 10. mancipem pro magiſtro officinæ dixit quaſi operis opificũ redẽptis uteretur ad quæſtũ.*

Publicani *apud Romanos dicebantur magiſtri tributorũ. qui operã in portu dabant, inferendarũ rerum, & efferendarũ uectigal exigentes: uel, publicani à*

cani à maioribus uocabantur, qui uectigalia, & alios populi Romani *redditus exigendos certo conſtituto prælio redimebant.* Horum *ordinem & numero amplißimā, et perſonarū dignitate nobilem fuiſſe conſtat.* Siquidem *principes* Equeſtris *ordinis olim publicani fuerunt, flosq; equitum* Romanorū, *Publicanorū ordine continebatur.* Vide *Ciceronē pro Plancio.*

Scriba *dicitur, qui literas, uel tabellas, aut alia quæcunq; ſcribit nomine cuiuſuis: ut eſt ſcriba regis: ut dicuntur etiam librarij, qui ab alijs edita ſcribunt: ut dicūtur quoq; ſcribæ tabellarij, qui rationes publicas ſcribūt in tabulis.* Cic. *Scriba, qui rationes ad ærarium retulit.* Vide *Ciceronem* Act. 5 *in Verr.*

Portorium *dicitur uectigal portus, uel fluminum, uel lacuum uel ſtagnorū.* Nam *& portitor dicitur ille, qui traducit homines, ac uehit nauigio, uel de naui ad littus, uel ad ulteriorem fluminis.* Accipitur *etiam pro eo, qui portorium conduxit, id eſt, qui fructus pecuniarios ex portu conduxit, & à uenientibus illos exigit.* Cic. *Qui non tam de portorio, quàm de nonnullis iniurijs portitorum querebantur.* Idem. *Illud, quod ſcribit, animaduertas uelim, de portorio circumuectionis.*

Centuriare *eſt in centurias deſcribere, uel conſcribere.* Cic. *Cum homines in tribunali* Aurelio

palàm

palàm conſcribi, centuriariq́; uidiſſent. Centuriata comitia dicuntur, cùm ex ſexu, & ætate fertur ſuffragium in magiſtratibus deſignandis, quia per centenos ordines diuiſus erat populus Rom. *Qui ordo uocabatur* Centurio. Cic. *Prætor primus Centurijs cunctis renunciatus ſum. Centuriæ princeps Centurio dicebatur.* Idem. *Nihil tibi ex iſta laude Centurio, nihil præfectus decerpit. Centurionis officium Centuriatus appellabatur.* Idem. *Cuius in exercitu ueneant Centuriatus, atq; uenierint. Centuriatim.* Idem. *Tributim & Centuriatim deſcriptis ordinibus.*

Decuriare *pro diſtinguere, & conſcribere in decurias ponitur. Nam nobilitas* Romana *in Decurias: cæteri in Centurias erãt diuiſi. Sic* Decuriæ *erãt nobiliorum, Centuriæ uerò inferiorũ.* Decuriæ *etiam erant* Iudicũ, *ſcilicet Senatores in Decurias diſtinctas diſtributi, ut uiri* Equites, *qui iudicãdi munere neceſſariò fungebantur, ad idq́; Prætoris imperio cogebantur.* Cic. *Lex promulgata eſt de tertia Decuria iudicum.* Idem. *Senatuſconſultũ factum eſt, ut ſodalitates,* Decuriatiq́; *diſcederent.* Vide Vall. lib 6. cap 32.

Inglorius *dicitur inhonoratus, ignobilis, aut qui nulla laude, uel gloria dignus eſt.* Cic. *Beati qui honorati ſunt, uidentur: miſeri autem, qui inglorij.*

Inſtigare *eſt ſolicitare, uel incitare.* Terent.

Age,

Age, ſi hic non inſanit ſua ſponte, inſtiga.

Inſtinctus, *a, um,* Cic. *Quid eſt mirum, ſi iſte metus furore inſtinctus, ſcelere præceps, neq; inſtitutas cærimonias perſequi: neq; uerbum ullum potuit effari?* Inſtinctus, *us, ui, eſt inſtigatio, uel afflatus.* Idem. *Eſt uis, & natura quædam, quæ tum obſeruatis longo tempore ſignificationibus, tum aliquo inſtinctu, inflatuq; diuino futura prænunciat.*

Perdocere. Cic. *Rem quæritis præclaram iuuentuti ad diſcendũ: nec mihi difficilẽ ad perdocendũ.*

Cõmentarius, *uel commentarium liber eſt, quem ſibi quiſq; noſtrum priuatim facere conſueuit, quaſi quoddam memoriæ promptuarium eorum, quæ agimus, id eſt, diarium, & ephemeris actionum noſtrarũ.* Cic. *Marcus Antonius ciuitates donabat ex cõmentario. In cõmentarios referre.* Idem. *Ipſa illa, quæ in cõmentarium meum retuli, ſunt eiuſmodi.* In *plurali numero cõmentarij ponuntur pro libellis, & commentariolum pro libello.* Cic. *Si ſuſcipis cauſam conficiam cõmentarios rerum omnium.* Idem. *Volo hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.*

FINIS.

W

INDEX OMNIVM EORUM, quæ in hiſce Cõmentarijs continentur copioſiſsimus.

ABalienare	18	abundans	716
Abdere	429	abundanter	717
Abdicare ſe magiſtratu pag.	111	abundè	ibidem
abducere	354	abundare	716
aberrare	193	abuſus	733
abeſſe 238. 358. & 420.		abuti	733
abhorrere	237	accedere	149
abhorrens ſum	237	accelerare	404
abiectus	675	accenſi	117
abire	423	accenſum genus militiæ pag.	117
abitio	424	accerſere	708
abitus	ibidem	acceſsio	408
abripere	645	accipere	220
abſcindere	578	accipere pro audire	60
abſens	421	acceptum referre	33
abſentia	ibidem	acclamari	232
abſoluere	568	acclamare	ibidem
abſolutio	ibidem	accola	491
abſcindere	661	accolere	490
abundantia	717	accreſcere	715

accretio	715	adeſſe	37. & 416
accumulare	712	adeſſe animo	416
accurrere	406	adeſſe coram	417
acerbitas	89	adhibere	709
acerbitas	635	adhinnire	99
aceruatim	712	adhortari	326
aceruus	712	adijcere	710
acquieſcere	508	adijciales	710
acquirere	708	adire	392
acroama	746	aditus	392
actio	263	adimere	646
acuere	335	aditum aperire, dare, &c.	392
aculeus	336	adiudicare	347
aculei	163	adiumentum	40
acumen	336	adiutor	39
adamare	2	adiunctor	710
adaugere	714	adiunctio	710
addere	709	adiunctus	710
addicere	230	adiungere	17
addictus	230	adiungere	710
addiſcere	538	aduigilare	84
additamentum	709	adiuuare	36
adducere	339	admonere	324
adduci	339	admonitio	325
adæquare	143		

admonitor 326
admonitum 325
admurmurare 231
admurmuratio 231
adoleſcere 591
adrepere 411
adſcriptitius 347
adſpirare 410
aduena 498
aduenarum duo genera pag. 498
aduenire 412
aduentare 406
aduentitius 412
aduentus 406
aduerſaria 31
aduerſari 241
aduerſarius 241
In aduerſarijs iacere 32
aduerſum 241
aduerſus 241
adueſperaſcere 381
adulari 225
adulatio 225
aduocare 269
aduocatio 269
aduocatus 268
aduolare 406
ægritudo 95
ærarium 747
æs alienum 31
In ære eſſe 31
ex ære alieno laborare 31
æmulari 159
æquabilitas 144
æquabilis 144
æquabiliter 144
æqualis 144
æquales 144
æqualitas 143
æqualiter 144
æquare 143
æquatio 143
æquè 144
æqui boni facio 258
æquum bonum impetrare 258
æternitas 582
æternus 582
affabilis 552

affabilitas 552
affatim 717
affectus 337
afferre 54
afferre 709
afficere 337
affingere 711
afflictare 639
afflictor 638
afflictus ibidem
affligere 638
affluentia 718
affluenter ibidem
affluere ibidem
aggregare 17
aggregare 710
agitare 636
agitatio 637
agitator ibidem
alacris 100
alacritas ibidem
alienare 18
alienatio ibidem
alienum eſſe 237
alienus 28
aliquandiu 374
aliquantum 667
aliquantulum 667
allectare 331
alleuamentum 677
alleuare ibidem
alleuatio 677
allicere 330
alter unus 17
altercari 278
altercatio ibidem
amabo 2
amabo te ibidem
amabile 102
amabilis 3
amare 1
amare pro delectari ibid.
amare ſe 3
amare ex animo 1
amare amore ibidem
amans 3
ſi me amas 2
amator 3
amabile ibidem
ambigere 64
ambiguum

ambiguum 65
ambitio 112
ambitus 112
ambulare 395
ambulatio 396
amicitia 6
amicitiā conciliare, parere &c. 6. & 7. & 8
amicus 15
amicos creſcere 15
amiſsio 662
amittere 662
amor 8
amorem excitare, conciliare &c. 8. & 9.
amotio 658
amoúere 658
amplè 725
amplecti 5
amplexari 5
amplificare 35. & 714.
amplificatio 714
amplificator 714
amplitudo 125. & 724
amplus 724
amplius 725
Hoc amplius 725
angere, uel angi 88
angor 89
anguſtia 671
anguſtiæ 671
anguſtus 971
animaduertere 200. 290
animaduerſio 201
animus 11. & 313
animi inductio 15
animum habere, debere, conciliare &c. 11
animum aduertere 290
animū inducas uelim 338
animo agitare 319
Ex animo 350
annalis 385. & 587
annales 587
anniuerſarius 386
annúere 343
annus 385
annus uertens 385
annum agere, intercedere &c. 385

annuus 385
antecedere 146
antecellere 147
anteeſſe 146
anteferre 147
anteire 146
antemeridianus 380
anteponere 147
anteſtari 146
antiquarius 591
antiquior 590
antiquitas 590
antiquus 590
antiquum eſſe 80
anxietas 89
apperere 576. & 587
apparitores 390
appellare de nomine 29
appellere 408
aperire 567
appingere 711
applauſus 230
applicare 409
applicatio 409
approbare 219
approbatio 220
approperare 404
appropinquare 406
appropinquatio 406
appulſus 409
appulſus ſolis 409
arbiter 351
arbitrorũ duo genera 351
arbitrari 217
arbitraria 352
arbitrium 351
ad arbitrium 353
argentaria diſſoluta 745
argentariã facere 744
argentarius 745
argumentari 278
argumenta 311
ariolari 289
ariolatio 289
ariolus 289
arreſtare 746
arridere 231
arripere 644
ars 527
artifex 528

artificio

artificioſus	528
artificioſè	528
artificium	528
aſciſcere	708
aſcribere	346
aſpirare	409
aſſenſor	222
aſſentari	225
aſſentatio	225
aſſentator	225
aſſentire	221
aſſentiri	221. & 222
aſſenſio	222
aſſenſus	222
aſſerere	683
aſſertio	684
aſſertor	683
aßignare	346
aßignatio	346
attalica	742
attendere	291
attentio	291
attentus	291
attentè	291
attenuare	654
attenuatio	654
attenuatè	654
atteſtari	478
attexere	711
attingere	414
attribuere	346
attributio	346
attributum	346
audire	58. & 341
audire bene uel malè	59
audiens dicto	341
audientia	60
audiri	58
auditio	60
auditum	59
aduerſa auis	286
aduerſus	242
auferre	649
aufugere	441
augere	35. & 714
augeſcere.	714
augurare uel augurari	
augur	284 (285
augurium	284
auguratus	284

auguſtare 671
aulæa 741
auocare 355
aures patefacere 341
auſcultare 341
auſpicari 285
auſpicatè 286
auſpicium 285
auſpicio bono 286
autor 328
autoritas 125. & 266
auxiliari 36
auxilium 40
auxiliū ferre, petere &c. 40

B

Beatitudo 691
beatus 691
beatè 692
bene mane 383
beneficentia 34
beneficiarius 26
beneficium 25
beneficium conferre, tribuere &c. 26
Pro beneficio habere 26
beneficus 33
beneuolentia 10
beneuolentiā captare, colligere &c. 10
benignitas 34
benignitatē conferre, claudere &c. 34
benignus 33
benignè facere alicui 34
biduum 375
biennium 386
bifariam 729
bilis 164
blandimentum 226
blandiri 226
blanditia 226
blandus 226. blandè ibi.
bonitas 692
bonum 692
bono eſſe 692

C

Cadere 601
calamitas 625
calamitate afficere, affligere &c. 626

calamitoſus	627	cautè	295
calefacere	336	cedere	426
calendæ	384	celare	65. & 404
caligo	383	celari	65
caliginoſus	385	celebrare	583
callere	546	celebratio	584
calliditas	546	celebris	584
callidus	546	celebritas	584
callidè	546	celer	405
cantilena	618	celeritas	405
capitale	631	celeriter	405
capitalis	630	cenſus	702
caput	631	centuriare	750
carcer	206	centuriata comitia	751
carere	662	centuriatus	751
caſtigare	198	centuriæ	751
caue putes	338	centuriatim	751
caue exiſtimes	338	centurio	751
cauere	294	cernere	291
caupona	442	cerneres	292
cauſa forenſis	248	certare	276
cauſam obtinere, informare &c.	250	certatio	276
		certiorem facere	53
cautio	294	certum	62
cautus	295	certamen	276

certatim	277	cogitare	315
certum eſſe	310	cogitatio	317
certè ſcire	61	cogitatum	316
ceſſare	512	cognoſcere	60. & 540
ceſſatio	512	cognitio	60. & 541
charitas	9	cognitor	269. & 541
charus	16	cognitum	62
charum habere	4. & 16	cognitus	541
circumfluere	718	cohærere	225
circũſpicere	292	cohortari	325
citare	265	cohoneſtare	135
coaceruare	711	cohortatio	327
coaceruatio	712	coitio	227
coactores	748	coire	227
codex	32	colere	4
coërcere	168	collibitum eſt	221
de cœlo detrahere	143	colligere	689
in cœlo eſſe	142	colligare	17
cœnæ ſaliares	710	colloqui	455
clàm	66	colloquutio	456
clam me eſt	66	colloquium	456
clanculum	66	comitari	473
claritas	136	comitatus	474
clarus	137	comitialis morbus	114
claudicare	197	comitiales dies	114

comitium

comitium	113	communitas	465
comitia	113	communis	465
comites	472	commune	465
commeare	393	communiter	466
commeminiſſe	611	comparare 347.& 587.	
commemorare	610	cōpendiarius 703. (587	
commemorabilis	610	compendioſus	703
commemoratio	611	compendium	703
commentari	323	compenſare	46
commentarius	752	comperendinare	267
commentatio	323	comperendinati rei	267
comes	473	competitor	112
commigrare	433	compilare	647
committere	196	compilatio	647
comminuere	647	complecti	5
commodare	704	complere	736
commodum	703	complementum	736
commonefacere	325	complices	497
commonefieri	325	complures	726
commorari	485	componere	561
commoratio	495	compoſitio	562
commouere 324.& 338.		compoſitor	562
commoueri 87. (503		compoſitè	563
communicare	464	compos	735
communicatio	464.	comprehendere	540

compri-

comprimere	546	concretio	716
comprobare	220	conculcare	640
copiæ	693	condere	563
copioſus	693	condiſcipulus	539
copioſè	693	condocefacere	532
copulare	17	conducere	708
comedere	344	conduplicare	713
concedere aliquò	394	conduplicatio	713
concertare	276	conferre	147.&.393
concertatio	276	463.&. 707	
conceſſus	345	conferre pedem	452
conceſſum	345	conferre capita	307
concidere	601	conferre ſe	42
conciliare	17	confertus	711
concilium dimittere	110	confertim	711
concionari	556	conficere	88.&.597
concio	556	confectio	567
concionalis	556	confidere	72
concionator	556	confidens	73
concionatorius	557	confidentia	73
concitare	332	confiſus	73
concitator	333	confirmare	676
concordare	225	confirmatio	676
concordia	22	confugere	42
concreſcere	715	congerere	701

congeſtus 710
congregare 17
congredi 454
congreſſio 454
congreſſus 454
congruere 224
conijcere 283
coniector 284
coniectura 283
coniungere 17
coniunctio 12
coniunctionem dirimere, perfringere &c. 13.
coniunctus 16
coniurare 226
coniuratio 227
coniuratus 227
conquieſcere 507
conſcerpere 577
conſcientia 475
conſcindere 577
conſcius 474
conſcribere 558. & 559
cõſecrare 449. & 586
conſeneſcere 593
conſentire 222
conſentaneus 223
conſenſio 223
conſenſus 223
conſeruare 568
conſeruator 39
conſiderare 319
conſideratus 320
conſideratio 320
conſideratè 320
conſidere 486
conſiliari 305
conſiliarius 305
conſilium 298
conſilium dare, capere &c. 300. & 301
conſiſtere 487
conſociare 473
conſociatio 473
conſolari 675
conſolabilis 676
conſolatio 676
conſolator 676
conſors 474
conſpirare 226

conſpiratio 226
conſtare 224
conſtituere 309
conſtitutũ eſſe alicui 310
conſuetudo 13
conſuetudine implicare, deuincire 13
conſuetudinem facere 13
conſulere 294. & 304
conſultare 306
conſultatio 306
conſultor 305
conſultus 305
conſultum 306
conſultè 543
conſulto 306
contari 68
contemplari 320
contemplatio 321
contendere 272. & 393
contentio 272
continere 577
contentus 46
conteſtari 478
contradicere 245
contraria pars 243
contrarium 242
contrariè 243
ècontrario 243
ex contrario 243
contrauenire 245
contriſtari 99
controuerſari 237
controuerſia 235
controuerſus 236
contrudere 660
contubernalis 497
contubernium 498
contumelia 169
conturbare 87
conuenire 223. & 455
conuenæ 498
conuertere 421
conuitium 171
coràm 419
corollarium 746
corrigere 198
corripere 645
corruere 604
cras 372

credere 340
credas hoc mihi uelim 338
crede mihi 338
credulitas 340
credulus 340
creſcere 715
criminari 186
crimen 184
crimen diſſoluere, ponderare &c. 185
criminoſum 186
criminatio 186
cruciare 88
cruciatus 204
incruciatum agere 205
culpa 189
culpa uacare, carere &c. pag. 712
cumulare 712
cumulatus 712
cumulatè 713
cumulus 712
cunctari 503
cunctanter 501
cunctator 503
cunctatio 503
cupidus 15
curare 79
cura 77
eſſe curæ 77
curam adhibere, ponere, &c. 78
curatio 80
curator 80
curia 262
curioſus 80
currere 433
currentem incitare 434
curriculum 435
curſitare 434
curſor 434
curſus terreſtris & marinus. 434
curſum 435
cuſtodire 587
cuſtodia 207

D

DAmnum 619
damnum contrahere, facere &c. 620

dare

dare 34.& 49.& 345
dare ſe alicui 228
dare donum 35
dare aures 59
dare auribus 225
dare ſe in ſamiliaritatē 15
data opera 543
deamare 2
deambulare 395
debere 42
debitio 43
decedere 358.& 426.&
decedere uia, de di= (428
gnitate 427
decernere 276. & 310
decertare 276
decertatio 276
deceßio 428
decidere ex caſtris 143
declamare 555
declamatio 358. & 555
declamator 555
declamitare 555
declamatorius 556
declinare 357. & 422
declarare 54
declaratio 54
decreſcere 595
decuriare 751
decuria iudicum 751
decuriæ 751
decurrere 436
decurſio 436
decurſus 436
decurſum animo 63
decus 138
dedecus 179
dediſcere 539
deditus 230
dedocere 534
deducere 354
deeſſe 674
Aliquid alicui deeſſe 238
deficere 673
A ſe deficere 18
defectio 673
defectus 673
defeſſus 522
defendere lapides, uel
ignem &c. 38

defenſio

defenſio	40	*demonſtrare*	54
defenſor	39	*denarius*	701
defenſitare	38	*denudare*	653
deferre	54. & 346	*denunciare*	55
deflectere	354. & 422	*depeculator*	641
deflere	97	*depellere*	658
defloreſcere	593	*deperdere*	662
defluere	594 & 719	*deperire*	605
defore	674	*deprimere*	639
deformare	177	*depopulatio*	648
deformis	178	*depopulator*	648
deformoſitas	178	*depulſio*	678
dehortari	327	*depulſor*	658
deijcere	659	*derelinquere*	672
deiectio	659	*derelictio*	672
delabi	606	*deſcribere*	558
delere	21	*deſcribere ius*	559
deliberare	307	*deſcriptio*	559
deliberatæ	307	*deſerere*	672
deliberatum eſſe	307	*deſertor*	443. & 672
delinquere	195	*deſidere*	177
delictum	195	*deſides*	520
demere	646	*deſidia*	520
demorari	484	*deſidioſus*	520
demigrare	432	*deſinere*	514

deſitum eſt	514	*dicere*	264.&.554
deſitus	514	*dicere doti*	264
deſiſtere	514	*dictare*	555
deſperare	73	*dictitare*	555
deſperari	74	*dictata*	555
deſperatio	74	*dictio*	555
deſtituere	673	*dictum*	554
deſtitutio	673	*dies*	366
deterrere de ſtatu	599	*diem dare, degere &c.*	
demere	482	*ad diem* 367	(369
detrahere 157 &.645		*ad eam diem*	367
detractio	645	*diem dicere*	264.265
detrimentum	620	*diem uenire*	29
detrimentoſus	621	*dies noctesq;*	367
detrudere	660	*dies legitimi, ſtati, iuſti*	
deturbare	659	*diffidere* 74	(368
deuenire	412	*differre*	239
deuincire	28	*differentia*	239
deuitare	356	*difficultas*	623
deuitatio	356	*digito cœlum attingere*	
deuius	423	*digladiari* 277	(124
deus	150	*dignitas*	122
Deus ac parens fortunæ		*dignitate eſſe*	123
ditare 696	(150	*dignitatis amplificator*	
dica	263	*dignatio* 125	(142

digredi

digredi	430	diſciplina	529
digreſſus	431	diſcipulus	529
digreßio	431	diſcordare	234
dij prohibeant	287	diſcordia	234
dijudicare	215	diſcors	234
diligentia	83	diſcrepare	233
diligere	3	diſcrepantia	234
dilucere	377	diſcruciare	88
diluculum	377	diſertus	550
diminuere	647	diſertè	550
diminutio	647	diſiungere	18.&.355
dimittere	68	diſpar	240
dimouere	658	diſparilis	241
diripere	645	diſpendium	621
direptio	645	diſperdere	641
direptor	645	diſpicere	293
diſcedere	222.&.424	diſpoliare	651
diſcedere à	425	diſputare	275
diſceßio	426	diſputatio	275
diſceßionem facere	222.	diſputator	275
diſceſſus	426	diſquiſitio	266
diſceptare	274	diſrumpi	160
diſceptatio	275	diſſentire	233
diſceptator	274	diſſenſio	233
diſcere	538	diſſerere	272

dißidere 235
dißidium 235
dißimilis 240
dißimilitudo 240
dißipare 618
diſſociare 356
diſſuadere 328
diſſuaſio 328
diſſuaſor 328
diſſuauiari 5
diſtare 239
diſtantia 240
diſtentus 76
diſtineri 76
diſtringi 76. & 88
diſtrictus 76
diſturbare 659
ditior 695
diuerſari 491
diuerſorium 491
diuertere 422
diuerticulum 422
diues 695
diuinare 289
diuinatio 289
diuinus 150
diuitiæ 695
diuitior 695
diuturnitas 370
diuturnus 370
diu 373
diutius 373
diutinus 370
diutißimè 373
diuulgare 574
docere 531
docilis 532
docilitas 533
documentum 533
doctrina 533
doctor 532
doctus 533
doc[illegible] 534
dolare 564
dolere 92
dolentia 91
dolor 89
doloris obliuio 91
dolorem cupere, percipere &c. 90. & 91

domi

domi ſe continere	446	edormio	515
domicilium	493	efferre	679
donatiuum munus	34	efferre pedem	451
donum	35	efflorеſcere	594
dono dare	35	effluere animo	615
dormire	515. & 517	effugere	65. & 357
dormire in utramuis au= rem	515	effugium	357
dormitio	515	egere	662
dubitare	63	egeſtas	662
dubitatio	64	egredi	431
dubium	64	egreſſus	451
ducere	217	eijcere	660
duci	339	eximere	646
duplicare	713	elabi	358
duplex	713	elaboratus	566
duplus	713	elegantia	551
pro duplo	713	elegans	551
durare	588	eleganter	551
E		eleuare	678
EBlandiri	226	elicere	69
edere	570	elimare	565
ediſcere	539	eloqui	550
edocere	532	eloquentia	550
edolare	565	eloquens	550
		eloquutio	550

elucere 378
elugere 95
emanare 575
emanſor 443
emblema 311
emergere 688
emeriti ſenes boues &c. 27
emigrare 432
emiſſarius 171. & 571
emiſsitius 571
emiſsio 571
emittere de carcere 570
emolumentum 704
enudare 653
epinicia 352
epiſtola 50
epiſtolam ſcribere, exarare &c. 51
erectus 678
ergaſculum 206
erigere 678
eripere 644
errare 193
erratum 193
error 193
errorem gignere, obijcere &c. 194
erro 443
erudire 534
eruditio 536
eruditus 535
erumna 634
erumnoſus 634
eſſe 482
aliquem eſſe 600
aliquē alicui eſſe in maioribus 5
eſſe ſine 421
eſſe aliquid 600
eſſe alicui cum aliquo 5
eſſe ornamento 35
eſſe erga aliquem 5
eſſe eundem 600
eſſe in principibus 150
eſſe ſoluendo 45
eſſe in amicis 15
eſſe ponderis 131
etſi 742
euadere 439
euagari 438
euaneſcere 593

euangeliū

euangelium	352	excogitatio	319
euerſio	640	excolere	4. & 567
euerſor	640	excruciare	88
euertere	640	excudere	564
eueſtigio	365	excurrere	437
euigilare	84	excurſor	437
euitare	356	excurſio	437
euolare	433	exæquare	143
exacuere	335	exemplum	202
exagitare	637	exemplo	365
exagitator	638	exemptiles dies	370
examinari	89	exequi uerbis	56
exardere	166	exercere	88. & 547
exareſcere	593	exercitatio	548
exaudiri	59	exercitus	548
excandeſcere	167	exercitatus	548
excandeſcentia	167	exhaurire	655
excedere	428	exigere	662
excellentia	145	exiguitas	668
excellere	145	exiguus	668
exceſſus	428	exiguè	668
excidere	575. & 616.	exilitas	668
excitare	331. & 677	exilis	668
excludere	661	exiliter	668
excogitare	319	exilium	447

exinanire 655
exire 432. & 575
exiſtere 588
exiſtimare 216
exiſtimatio 121. & 210
exiſtimationē oppugnare, uiolare &c. 122
ita te exiſtimare uelim 338
exitialis 633
exitium 632
exitioſus 633
exoleſcere 592
exoletus 592
exonerare æs alienū 31
exorabilis 22
exoriri 687
expectare 498
expectatio 500
expectatus 500
expedire 77. 679. & 707
expeditio 680
expeditus 680
expedire 680
expellere 657
expers 469
expilare 647
expilatio 648
expilator 647
expiſcari 68
explanare 56
explere 737
expletio 737
explicare 55. & 77. & 680
explodere 245
explorare 68
exploratum eſt 62
expoliare 651
expolire 566
expolitio 566
exponere 55
exprimere 56
expulſio 657
expulſor 657
exputare 216
exquirere 68
exſibilare 245
exſcribere 558
extare 587
extenuare 654
extenuatio 654

extermi=

exterminare 661
exterminator 661
extollere 687. & 678
extorquere 651
extorris 447
extricare 680
extrudere 661
exturbare 659
exulare 446
exul 447
exulceratus animus 19
exultare 99
exultantius 99
exurgere 688
exuuiæ 643

F

FAcere 224. & 563
fac exiſtimes 338
facultates 693
facinus 183
facinoroſus 183
facundus 551
fallere 65
fama 120. & 616
fama celebrare, accipe-re &c. 617
fames ſacra 448
familiaris 16
familiaritas 14
familiaritatem inducere, offerre &c. 14
eſſe ex familiaribus 16
faſtidire 740
faſtidium 740
faſtidioſus 740
faſtidioſè 740
fauere 229
fauor 226
fautor 229
felix 691
felicitas 691
feliciter 691
ferax 720
feriari 510
feriæ 511
feriarum publicarũ quatuor genera 511
fertilitas 720
fertilis 720
ferre in oculis 6

feſtinare 405
feſtinanter 406
feſtinatio 406
feſtus 511
fides 12
fidem facere 219
fidem geſtare 12
fidem habere 340
fiducia 73
fiſcus 747
flagitium 180
flagitioſus 181
flagitioſe 181
flagrare inſania 160
flectere 422. & 353
flere 97
in fletum adducere 96
florere 141
flos 141
fluctus 629
fœcunditas 720
fœcundus 720
foras dari 575
fortunæ 693
per fortunas 633

forum 261
fraudi eſſe 186
fremere 167
frequentare 454
fretus 73
fructuarius 705
fructuoſus 705
fructus 705
fructui eſſe 705
frui 735
fugare 445
fugere 65. & 356. & (440
fuga 443
fugam facere, intercludere &c. 444
fugax 442
fugitinarius 442
fugitiuus 441
fundere uerſus 563
furari 641
fur 641
furax 641
furaciter 641
furtum 641
furtiuus 641

furtim

furtim	642
G	
GAnnire	58
gaudere	98
gaudere gaudium	98
gaudere in ſinu	98
gaudium	97
gemere	96
in gemitu uerſari	96
geminare	714
geminatio	714
geminus	714
geſtire	99
gloria	138
gloriæ æſtus	139
glorioſus	141
gignere	709
gnarus	547
gradari	397
gradus	397
gradum aſcendere, aſſequi &c.	398
gradum referre	451
gradatio	399
gradatim	399
granditas	731
grandis	730
gratificari	101
gratia	21 & 127
gratiam habere	44
gratiam aucupari, quærere &c.	128
gratiam exulcerare, reconciliare &c.	22
eſſe in gratia	21
gratiarum actio	44
gratuitum	43
gratulari	100
gratulatio	100
gratulatio	100
gratum	101
gratus	43
grauario	97
grauatè	97
grauis	97
grauè	97
greſſus	399
gaza	695
H	
HAbere	60. 454. & 699

loco filij habere 4
habere in manibus 564
habere clam 66
habere rationem 115
habitare 439
habitabilis 490
habitatio 490
hallucinari 196
hærere in medullis 614
hæreſis 228
hebeſcere 522
hebetare 523
hebes 523
heri 371
heſternus 371
hilare 102
hilaris 100
hilaritas 100
hiſtoria 586
hiſtoricus 586
homo à ſe ortus 138
hodie 371
hodiernus 371
honeſtare 135
honeſtas 135
honeſtus 134
honeſtè 135
honor 111. & 131
honores petere, aſſequi, &c. 111
eſſe honori 132
honorare 134
honorarium 134
honorificus 135
honorificè 135
honorificentiſſimè 135
hora 384
horæ pro diebus 384
horologium 384
hortari 326
hortatio 327
hortator 326
hoſpes 495
hoſpita æquora 495
hoſpitalia 496
hoſpitalitas 496
hoſpitalis 495
hoſpitium 493
hoſpitij religio 494
hoſtis 161

humilis 663
humilitas 664

I

IActare 619. & 638
iactura 620
iacêre 674
iandiu 374
inambulare 396
inaudire 59
inaugere 285
ignarus 63. & 547
ignominia 170
ignobilis 138
ignobilitas 138
ignorare 545
ignorantia 546
ignorans 545
ignoratio 63. & 545
illaboratus 566
illecebra 331
illecebræ 331
illiberalis 43
illiberaliter 43. & 44
illicere 330
illicium 330
illiteratus 524
illuceſcere 377
illuminare 137
illuſtrare 57. 137. & (583
illuſtris 137
imbuere 528
immanis 731
immenſitas 731
immenſus 731
immeritum 27
imminutio 647
immigrare 433
imminere 647
immodicus 729
immortalis & *immortale*
immortalitas 582 (581
immortaliter 582
immodicè 729
impedire 77. & 248
impedimentum 248
impellere 351
impendiò 727
imperitus 547
imperitè 547
impertire 469

implaca-

implacabilis	22	*inceſſus*	397
implere	736	*incendere*	163 & 337
impolitus	566	*incendium*	619
impolitè	566	*includi medullis*	614
importunitas	180	*incola*	490
importunus	180	*incolere*	490
imprimere	550	*incommodare*	623
improbare	220	*incommodatio*	623
improuiſo	543	*incommodum*	622
de improuiſo	543	*inconſultò*	543
ex improuiſo	543	*inconſultè*	543
improuiſus	544	*increbreſcere*	619
imprudentia	543	*incrementum*	716
imprudens	543	*inculcare*	328
imprudenter	543	*incurrere*	162 & 612
impugnare	161	*indagare*	69
impulſio	334	*indigere*	663
impulſor	334	*indigentia*	663
impulſus	334	*indigens*	663
inaugurari	285	*indignari*	166
incidere	560 & 577	*indignitas*	180
incidere	612	*indignatio*	166
incitare	332	*indignum*	180
incitatio	332	*indiligentia*	519
incedere	397	*indiligenter*	519

indiſertus	551	*infamia*	178
indiſertè	551	*infamis*	179
indocilis	534	*infans*	557
indoctus	534	*infenſus*	20
indoctè	534	*infercire*	711
indolentia	91	*inferior*	149
indormire	517	*inferre pedem*	452
inducere	339	*infeſtus*	20
indulgere	343	*infeſtum habere*	20
indulgentia	343	*infeſta ſigna*	20
indulgenter	343	*infinitas*	732
idus	384	*infinitum*	732
induſtrius	549	*infinitio*	732
induſtria	840 & 549	*infinitus*	732
induſtriæ	549	*infinitè*	732
de induſtria	543	*inflammare*	733
inelegans	552	*inflectere*	354
ineleganter	552	*ingens*	730
ineruditus	536	*inglorius*	751
inertia	529	*ingratus*	43
iners	529	*ingratus*	43
inexeratus	548	*ingratum*	101
inexhauſtus	732	*ingredi*	399
inexorabilis	22	*ingreſſus*	400
infamare	171	*ingreſſio*	400

ingruere 224
ingurgitare 737
inhoſpitalitas 496
injectio manus 746
inimicitiæ 157
inimicus 160
iniuria 167
iniuriam imponere, offerre &c. 167
iniurius 169
iniurium 169
iniurioſum 168
iniurioſè 169
innouare 686
innumerus 733
innumerabilitas 733
innumerabilis 733
inopia 665
inops 664
inpinatum 218
ex inopinato 218
inpreſentiarum 419
inquilinus 491
inquiſitor 266
inſania 731
inſanus 731
inſatiabilis 738
inſaturabilis 738
inſaturabiliter 738
inſcientia 544
inſciens 542
inſcitia 544
inſcius 544
inſcitè 544
inſcribere 560. & 561
inſcriptio 561
inſculpere 560
inſectari 162
inſectatio 162
inſequi 162
inſerere 560
inſeruire 294
inſidere 561
inſidere in animis 614
inſignis 136. & 137
inſignitus 137
inſignitè 137
inſignitor 137
inſiſtere 487
inſitus 571

inſomnium	517	*interminatus*	732
inſomnis	515	*intermittere*	512
inſtare	335	*intermiſsio*	512
inſtaurare	686	*intermori*	605
inſtauratio	686	*intermortuus*	605
inſtauratiuus	686	*interpellare*	77
inſtigare	751	*interpolare*	687
inſtillare	328	*interponere*	247
inſtinctus	752	*intercedere*	246
inſtituere	310. & 531	*intertrigo*	621
inſtitutio	531	*intertrimentum*	621
inſtitutum publicum	311	*intertritura*	621
integrum eſſe	349	*interuentus*	454
integrũ ſibi reſeruare	349	*interuentor*	453
de integro	549	*interuiſere*	435
intelligere	61. & 541	*interuenire*	453
intelligentia	61. & 542	*intimus*	16
intelligens	542	*intrare*	414
intempeſtiuus	566	*intoire*	414
intempeſtiuè	366	*introitus*	414
intendere	247. & 393	*intrudere*	661
interdiu	373	*inuadere*	161
intereſſe	238. & 419	*inuehens*	161
interire	605	*inuehi*	161
interitus	605	*inueſtigare*	69

inueſtigator 69
inueſtigatio 69
inueterare 590
inueteraſcere 590
inueteratus 590
inueteratio 590
inuidere 159
inuidentia 152
inuidia 151
inuidiam transferre, aſſumere &c. 152. & 153
inuidus 160
inuidioſum 153
inuiſere 452
inuitare 329
inuitatus 330
inuitatio 330
inuitamentum 330
inuitus 353
inultum auferre 649
inuſitatum 549
inutilis 706
ira 165
iram deferueſcere, expedire &c. 165
iráſci 168
iracundia 165
iracundiæ reſiſteri, ſeruire &c. 166
iracundè 166
iratus 20
ire 391
ire pro creſcere 391
ire pro aſſentiri 222
irrepere 411
irritare 163
irritum 221
irruere 162
iter 387
iter componere, inſtare &c. 387
itinerare 388
iucundum 101
iudicare 215
iudicatio 256
iudicatum 256
iudiciarius 256
iudicialis 256
iudiciū 212. 253. & 254
iudicium ſubire, facere &c.

&c. 213
iudicium facere, committere &c. 255
iudex 270
iudex queſtionis 267
iurgare 274
iurgium 274
iudicare 56
ius 257
ius conſtituere 259
iure optimo 258 258)
iure meo aliquid facere
equo iure agere 257
iurisdictio 261
iuſti dies 368
iuſticium 260
iuuare 35

L

Labefactare 177.636
Labes 177
labi 197
labor 84
laborem frangi, conſumere &c. 85
laborare 85
laborioſus 85
laceſſere 163
lachrymare 96
lachrymula 96
lachrymas excutere, cadere &c. 96
lædere 162
lætari 98
lætitia 97
lætificare 99
letum 102
languere 522
languor 521
languidus 522
largiri 34. & 345
largitas 34
largitio 33
largus 33
latere 65
latrocinari 642
latro 642
latrocinium 642
laudare pro citare 265
laxare 679
laxamentum 679
laxitas 679

laxus 679
laxè 679
leuare 677
leuamen 677
leuamentum 677
leuatio 677.
lenire 20
lentus 520
lentè 520
lentitudo 520
lex Licinia 497
leges ſacratæ 448
libente aliquo 350
liberare 680
liberator 681
liberatio 681
libertas 682
libertus 681
libertinus 681
liberalitas 33
liberalis 33
liber 568
pag. 681
libellus 568
libere 221
liberè 682
liberum 349
libitum eſt 221
librarius 569
licentia 348
licenter 348
licentior 348
licere 347
licet 347
limatus 565
literæ 523
literæ 46
literæ ante meridianæ
literarũ ſermo 47 (46
literas ſcribere, conficere &c. 48
literatura 524
literatus 524
literatè 524
litigare 253
lis 251
litem capitis æſtimare
locupletare 696 (252
locuples 696
locuples teſtis 476

longum

longum eſt 727
longus 727
longe 727
longitudo 727
longiſſimè 728
longulus 727
longiuſculus 727
loqui 58.455
loquacitas 456
loquax 456
loquaciter 457
loquela 456
loquutio 456
lucere 377.& 378
luceſcere 377
lugere 95
luctus 94
lucrari 702
lucrifacere 703
lucrum 702
lucubrare 563
ucubratio 563
luminare 379
umen 378
umen ciuitatis 379
lumen proferre 380
lunare 565
luſtrare 822
luſtratores 322
luſtrici dies 322
luſtrum 321
lux 375

M

Mactare 200
mactare deos 200
macte 200
maculare 175
macula 174
maculam inurere, ſuſcipere &c 175
magiſter 537
magiſterium 538
magis 722
magiſtratus 110
magnificentia 724
magnificus 724
magnificè 724
magnitudo 724
magnopere 723
magnus 722

magnum facere 721
maieſtas 127
maior 721
maledicere 174
maledictio 172
maledictum 171
maledicti loco ponere 171
maledicus 174
maleficioſus 187
maleficium 186
maleuolentia 156
maleuolus 160
malúm 623
malum naſci, ſuſtinere &c. 624
manceps 749
mandare 55. & 584
mandata 55
mane 383
manere 488
manſio 489
manubiæ 643
maturare 402
maturitas 403
maturum 402
maximopere 718
maximus 722
maximè 422
maximè omnium 670
mederi 42
medicina 42
mediocritas 671
mediocris 671
mediocriter 671
meditari 322
meditatio 323
meditatus 323
melior 692
melius 692
meliuſculè 692
meminiſſe 611
memorare 610
memor 43. & 610
memorabilis 610
memoria 606
memoria amplecti, cõprehendere &c. 607
ex memoria 610
mendicus 665
mendicitas 665

mens	314	minor	669
menſis	384	minuere	646
menſem inire	384	minus	669
menſtruus	384	minimum	670
menſtruum	384	minimus	669
mentio	611	minimè gentium	670
merere	27. & 196	minutum	646
mereri	27	minutè	646
meritum	26	minutatim	646
merita dare, extare &c. pag.	27	miſer	635
		miſeria	634
merito aduerbium	27	mitigare	20
merito cum adiectiuo pag.	27	mittere	48
		pag.	513
meridiare uel meridiari pag.	380	mittere in concilium uel di	
		mittere	109
meridiatio	381	miſſio	68
meridianus	380	miſſio literarum	49
merenda	381	miſſum facere	68
meridies	380	mœrere	94
meum eſt	118	mœror	94
migrare	432	mœſtitia	94
migratio	433	modicus	670
minimum	730	modicè	670
minimè	670	moleſtia	92

moleſtia fingi, uel leuare &c. 93
ſine tua moleſtia 703
moleſtus 97
momentum 131. & 364
monere 337
monitio 325
monitor 326
monitum 325
monſtrum 289
monumēta uel monumentū (578
morari 483
mora 485
moram afferre, inferre, &c. 485
mordere 88. & 163
morem gerere 342
morigerare 342
mortalitas 581
motus 87. & 628
mouere 87. 324. & 503.
mulcta 198 (658
mulctatio. 200
multifariam 729
multiformis 729
multiplex 729
multiplicare 714
multitudo 728
multo mane 383
multò 726
multò ſecus euenit 727
multus 726
munerari 35
munificus 33
munia 118
munus 35. & 116
munus ſuſcipere 118
munus uerbis ornare 35
munus dare, afferre 35
munera obnoxia 192
mutare 18
mutare ſolum 446

N

NAufragus 628
pro re nata 106
neceſſarius 16
neceſſitudo 14
necopinans 218
negligentia 519
negligenter 519

negociari

negociari 76
negocium 74. & 75
negocium dare, ſuſcipere &c. 74
nequam 184
neſcire 63. & 545
neſcius 63. & 544
nexus uel nexum 28
niceteria 352
nihil eſſe 600
nihil propius eſt, 420
nimius 731
nobilitare 137
nobilitas 136
nocere 635
nocere noxam 191
nomen 119
nomẽ tollere de tabula 29
nomina 28 (& 30
nomina conficere, exigere &c. 29
nominũ diem cedere 29
nonæ 384
nonnihil 667
noſcere 540
notare 176
nota 175
noticia 60. & 540
notio 61
nouitas 138
nouus 137
nox 382
nox tempeſta, concubia, &c. 382
nocturnus 383
noxa 191
noxæ dediti 192
noxius 635
nudare 653
nudus 654
nudiuſtertius 372
nullum 221
nummus 700
nummatus 701
nummarius 701
nunquid 55
nunciare 54
nunciatio 55
nuncius 51
nutricia 352

O

OBdormio 515
obdormiſco 515
obeſſe 636
obligare 27
obligare nexu, ſcelere etc.
obligatio 28 (27
obliuiſci 614
obliuio 614
obliuioſus 615
obloqui 244
obnoxius 192
obnunciare 287
obnunciatio 287
obrepere 410
obſcurus 138
obſecundare 343
obſeruare 4
obſeruantia 22
obſeruans 4
obſiſtere 246
obſolere 590
obſoleſcere 592
obſoletus 592
obſoletè 592
obſequi 342
obſequium 342
obſtare 246
obſtrepere 244
obſtringere 28
obtemperare 343
obtrectare 159
obtrectator 159
obtrectatio 158
obtrudere 660
obuerſari 614
obuius 415
obuiam itio 415
occaſus 602
occidere 602
occupatio 76
occupatus 76
occurrere 246. 416. &
occurſatio 416 (612
oculum adijcere 710
ante oculos 419
in oculis 419
eſſe in oculis 6
odiſſe 160
odioſus 156

odium 153
odium creare, inurere, &c. 154. & 155
odorari 69
odor 69
offendere 18. & 199
offenſio 19. & 198
offenſionem ferre, accipere &c. 19
offenſa 19
in offenſa eſſe 19
offenſus 9
officere 636
officina 492
officium 24. & 115
officium adhibere, uſurpare &c. 24
officioſus 25
olfacere 69
omen 287
omen bonū & malū 287
ominari 287
omittere 66. & 513
operari 83
opera 81
operam exigere, præbere &c. 81
operæ 83
operoſus 83
opem ferre 36
opes 694
opimus 720
opinari 217
opinio 208
opinionem facere adferre &c. 208
opinabilis 218
opinatio 218
opinator 217
opinioſus 217
opitulari 36
operiri 502
oppidò 717
opperire 736
opprimere 639
oppreſſor 639
oppreſſio 639
oppreſſus 639
oppugnare 161
optio 127

optimus

optimus 693
optimè 693
opulentia 694
opulentus 674
opus 568
orare 552
oratio 462.& 553
orationem habere, dicere &c. 553
orator 552
oratorius 552
oratorie 553
orbare 652
orbitas 653
orbus 653
ornare 3
ornamenta 5
in ore uerſari 619
in ore habere 619
in ore eſſe 719
oſcitare uel oſcitari 517
oſcitatio 517
oſcitanter 518
oſtendere 54
oſtentum 249
otiari 506
otium 503
otium dare, præſtare &c.
pag 504 & 505
otioſus 506
otioſe 506

P

Pallia 742
par 149
parare 708.& 342 709
parus 709
parturire 707
parens 39
pars 228.& 469
bona pars 467
partes 116
partim 469
partire 467
partiri 467
partitio 467
partitè 468
partitor 467
participare 467
particeps 467
paruipendere 669.&

paruiſacere 669 (668
parum 669
parum abeſt 420
parumper 669
paruus 668
pateſacere 567
in locum patris alicui ſuc/ cedere 5
loco patris habere 5
patrocinium 39.& 270
patronus 39.& 270
paucitas 666
paucus 663
paulíſper 667
paulò 666
pauper 664
peccare 193
peccatum 192
peculator 649
peculiaris 699
peculiatus 699
peculium 698
pecunia 699
pecunioſus 700
pedata uinea 451
pellere 656
pellicere 331
penuria 671
peragrare 439
percelli 88
perceptio 539
percrebrèſcere 619
percurrere 58.& 435
percurſio. 436
percuti 88
perdere 641.& 662
perdiſcere 539
perditor 641
perditus 184
perdiu 373
perdocere 752
perendie 373
perennis 386
peregrè 395
peregrinari 394
peregrinitas 395
peregrinator 394
perferre 54
perfectio 567
perfectus 567

perfuga

perfuga 442
peregre 402
perhoſpitalis 496
peripetaſmata 741
perire 605
peritus 546
permittere 345
permiſſio 344
pernicies 629
pernicioſus 630
pernicioſè 630
pernoctare 383
perorare 552
peroratio 553
in perpetuum 583
perpetuus 582
perpetuò 583
perpolire 566
perpolitio 566
perſcribere 559
perſcriptio 560
perſcriptor 559
perſequi 162
perſpicere 62
perſpectum 63
perſuadere 327
perſuadeas tibi uelim 338
pertæſum 741
perturbare 87
perturbatio 97
peruagatus 438
peruenire 412
ad ſuum peruenire 118
peruadere 439
peruulgare 574
peruulgatus 574
peſtifer 634
peſtilentia 634
peſtis 633
peſtem depellere, reprimere &c. 633
peſtilens 634
petere 112. & 393
pietas 10
pigere 741
piger 520
pigritia 520
placabilis 22
placare 20
placere 221

placitum

placitum eſt 221
plagæ 627
plaudere 230
plauſibilis 231
plauſus 230
plenitudo 736
plenus 736
plerunq; 726
plurimum 730
plurimus 726
pluris eſſe 146
plus 725
plus ſatis 740
pluſculus 725
pœna 202
pœnam ſubire, ſuſcipere, &c. 204
pœnitere 741
pœnitens 741
polite 565
politus 565
pomeridianus 280
poma fugatia 748
pondus 131
ponere 613
ponere in gratiam 18
ponere in promptu 572
ponere pedem 452
pontificales cœnæ 710
populari 648
popularis 129
populariter 129
portendere 288
portentum 289
portorium 750
portus 42
poſſe 130
poſsidere 697
poſſeßio 687
poſſeßio fiduciaria 687
poſſeſſor 697
poſterior 580
poſterius 580
poſterus dies 372
poſteri 381
poſteritas 580
poſtridie 372
poſtulare ius 359
potentia 694
potiri 735

præcedere

præcedere 146
præcellere 147
præceptio 537
præceptor 536
preceptum 537
præceps 603
præcipitare 602
præcurrere 436
præcurſio 437
prædari 642
prædator 642
præda 642
prædo 642
prædicere 288
prædictio 288
prædictum 288
præfectitia dos 412
præferre 148
prehendere 746
prehenſare 745
præiudicare 253
præiudicium 253
præliari 277
præliares dies 368
prælucere 378
præmaturus 403
præmaturè 403
præmeditari 323
præmeditatio 323
præpoſterus 404
præripere 644
præſagire 288
præſenſio 288
præſens 417
in præſens 419
præſens animus 417
præſentia animi 417
in præſentia 419
præſentire 288
præſidium 40
præſidio eſſe, uel nudare, 40
præſtantia 146
præſtare 145
præſtolari 502
præſto 415
præſto eſſe 37. & 415
prætergredi 401
præterire 66. 358. 424
prætermittere 66. 513
hoc me præterit 66

peteriri

præteriri in petitionibus (115
præteruehi 401
præteruolare 433
præcipere 536
præmere 639
pridie 732
ad pridie 372
princeps 149
principatus 150
primarius 148
primas dare, ferre, tenere &c. 148
pruinæ 148
primores 148
priſcus 591
priſcè 591
priuare 652
priuatio 652
priuatim 652
priuatus 652
probare 218
probari 219
probabilis 220
probabilitas 220
probabile 220
probatio 220
probator 220
probrum 172
probro eſſe 173
procedere 401
procella 629
proceſſus 401
prodire 584
proditio 584
proditor 584
prodeſſe 707
prodigium 289
profiteri 530
profeßio 531
proferre 572
proficiſci 390
profectio 391
profligatus 183
profugere 441
profugium 441
profundus 732
progredi 400
progreßio 401
progreſſus 400
progreſſum facere 400

prohibere 247
proiectus 184
proiectare 331
prolixus 34
promere 571
promereri 27
promeritum 26
promptus 571
propagare 586
propenſus 230
properare 404
properatio 404
properatum 404
properus 404
properè 404
propitius 229
propoſitum 312
propugnare 38
propugnator 39
propulſare 657
proprius 119
proſequi 56
proſperitas 690
proſper 690
proſpere 690
proſpicere 292
protegere 37
protrudere 660
prouidere 289
prouidentia 290
prouidens 290
prouidenter 290
proximus 744
proximum 744
prudentia 290
prudens 290
publicani 749
puella unde dicta 269
pueri 52
pugnare 243. & 277
pugna 277
pugnaciter 277
pugnax 272
pulſus 657
punctum 364
pungere 99. & 162
punire 198
puniri 198
puſillus 670
putare 216

Quarere

Q

Quærere 682. 66. & 71. & 708
quæſita res 266
quæſitum 708
quæſitor 267
quæſtio 267. & 271
quæſtor 267
quæſtores ærarij 747
quæſtus 702
quæſtuoſus 602
qui? 601
quicunq; ſum 600
quis ſum? 601
quid eſſem? 601
quieſcere 507
quies 507
quietus 508
quiete 508
quotannis 386
quotidianus 371
quotidianum eſt 371
quotidie 371
quadriduum 375
quadriennium 386
quamdiu 374
quanquam 742
quantopere 723
quamuis 743

R

Rapere 643
rapacitas 643
rapax 643
raptare 644
raptus 643
raptim 644
rarus 667
rarò 667
ratiocinator 278
ratiocinari 297
ratio 30. 295. & 398
rationes putare, conferre &c. 30
ratum 22
receptus 42. & 423
receptui canere 423
receſſus 429
recipere 423
recitare 56
reclamare 244

reclamatio 244
reconciliare 21
recordari 612
recordatio 613
recreare 684
recuperare 690
recuperator 690
recuperatores 745
recurrere 450
redamare 2
reddere 45.& 686
redimere 690
redemptio 690
redemptor 690
redintegrare 687
redintegratio 687
redire 449
redire ad ſe 689
reditum conficere, pater re &c. 450
redundare 717
redundantia 718
rediuire 297
rediuiuum 689
reduuia 297
refercire 712
referre 450.& 687
referre pedem 451
referre in aduerſaria 32
refertus 712
reficere 685
refragari 244
refutare 481
regnare 142
regnum 142
relaxare 679
releuare 678
reliquiæ 579
reliquum 580
de reliquo 580
reliqua 32
reliquus 579
remanere 489
remanſio 489
remedium 42
remigrare 450
reminiſci 613
remittere 512
remiſſio 512
remiſſus 512

remiſſè

remiſſe 512
remorari 484
remouere 659
remotus 238
remunerare 46
remuneratio 46
renouare 686
renouatio 686
renunciare 55
repedare 450
repellere 658
replere 737
repugnare 243
repugnantia 244
repugnanter 244
repulſa 115
repungere 163
reputare 4.216
requieſcere 507
requies 507
requirere 68
reri 318
res 102
res militaris, pecuaria &c. 104. & 105
rerum interitus 109
reſcire 61
reſidere 487
reſiduus 580
reſiſtere 245. & 487
reſpicere 37. & 675
reſpectus 37
reſpirare 688
reſpondere 45.51224
reſpublica 106
rempublicam defendere, capeſſere &c. 107
reſtare 588
reſtituere 685
reſtitutio 685
reſtitutor 685
retardare 483
retardatio 483
reticere 67
reticentia 67
retinere 482
retrudere 661
reuenire 450
reuertere 450
reuerti 459

reuerſio 450
reuireſcere 689
reuiſcre 453
reuiuiſcere 689
reuocare 355
rixa 274
roſtra 261
rudimentum 545
rudis 545
ruere 603
ruina 604
ruinoſus 604
rumare uel ruminari 324
ruminatio 323
rumor 617
rumorem eſſe, calere, &c. 618

S

SAcer morbus 449
ſacer homo 448
ſacrare 448
ſacroſanctum 448
ſagire 288
ſalubris 707
ſalubritas 707
ſalutaris 706
ſalutariter 707
ſanare pro mederi 42
ſatiare 738
ſatias 739
ſatietas 738
ſatisfacere 45
ſatisfactio 45
ſatishabere 46. & 739
ſatis ſuperq; 740
ſaturare 737
ſaturitas 738
ſaucius animus 19
ſceleratus 183
ſcelus 181
ſcelere cooperiri, ſolus, &c. 182
ſceleroſus 183
ſceleſtus 183
ſcientia 544
ſcienter 542
ſcindere 577
ſcire 61. & 542
ſciſcitari 69
ſcitari 69

ſcitus 544
ſcitè 544
ſcriba 750
ſcribere 52. & 557
ſcriptitare 558
ſcriptio 558
ſcriptor 558
ſcriptum 558
de ſcripto dicere 554
ſcriptura 748
ſcripturarij tabelliones ſcrupulus 64 (749
ſcrutari 69
ſecedere 429
ſeceßio 429
ſeceſſus 429
ſecta 228
ſecundarius 149
ſecundus 743. & 691
ſecundè 691
ſecundum 744
ſecundum te 425
ſecundum pro poſt, uel iuxta 425
ſecundo flumine nauigare 743
res ſecundæ, uenti &c.
ſedere 486 (743
ſedulitas 84
ſegnitia 520
ſegnities 520
ſegnis 520
ſeiungere 18
ſemigrare 432
ſemouere 659
ſemper 583
ſempiternus 582
ſenatus 108
ſenatum uocare, conuocare &c. 108
ſenatuſconſultum 306
ſeneſcere 592
ſenſus 214
ſententia 210
ſententia iudiciaria 256
de ſententia decedere 211
ſentire 214
ſequeſtres 113
ſequi 227
ſequutus 227

ſermocinari 457
ſermo 457
ſermonē inſtituere, ducere &c. 459. & 462
ſeruare 38
ſeruare de cœlo 287
ſeruire 225. & 294
ſerus 518
ſero 382
ſerò 518
ſeuocare 355
ſexcenti 733
ſexennium 387
ſignificare 53
ſignificatio 53
ſilere 67
ſilentium 67
ſimultas 158
ſiſtere ſi 487
ſociare 473
ſocietas 470
ſocialis lex 473
ſocius 470
ſocordia 521
ſocors 521
ſodalis 497
ſodalitas 497
ſodalitium 497
ſolari 675
ſolamen 675
ſolatium 675
ſolennis 386
ſolenne ſuum ſeruare 312
ſolennia ſacra 386
ſolertia 529
ſolers 529
ſolerter 529
ſolicitare 87
ſolicitatio 87
ſolicitus 97
ſolitarius 430
ſolitudo 430
ſollicitudo 86
ſollicitudinem conficere, ſuſtinere &c. 86
ſoluere 45
ſolum uertere 446
ſolutum 349
ſomnium 516
ſomnus 515

ſomno ſe dare 516
ſortionem facere 270
ſoteria 352
ſpaciari 396
ſpacium 364. & 396
ſpectare 228
ſperare 72
ſpes 70
ſpem dare, habere etc. 70
in ſpe eſſe 70
ſplendor 135
ſpoliare 651. & 652
ſpoliatio 652
ſpolia 652
ſponte 149
ſtare 224. & 595
ſtare animis 596
ſtatores 390
ſtatuere 308
ſtatus 386. & 597.
ſtatutum 309
ſtomachari 164
ſtomachus 164
ſtimulare 334
ſtimulator 334
ſtimulus 334
ſtragula 742
ſtudere 81
ſtudium 22. 80. & 524
ſtudium dare, collocare, &c. 81
ſtudium reconciliare, reſtinguere &c. 23
ſtudio deditus 525
ſtudioſus 15. & 526
ſtudioſè 527
ſuapte 349
ſuadere 327
ſuaſio 327
ſuaſor 327
ſuaſu 318
ſuaue 102
ſubducere ſummam 30
ſubleuare 481. & 678
ſubſcribere 232
ſubſcriptio 232
ſubſcriptor 232
ſubſellia 262
ſubſidere 486
ſubſidium 41

ſubſidium parare, comparare &c. 41
ſubſiſtere 487
ſubterfugere 357
ſubtrahere 646
ſubuenire 37
ſuccurrere 37. & 612
ſuffragari 229
ſuffragia 114
ſuffragatio 115
ſumma 701
ſumma excurrens 30
ſummus 730
ſummum 730
ſupereſſe 588
ſuperfluere 719
ſuperior 148
ſuperſedere 513
ſuperſtes 588
ſuppeditare 716
ſuppeditatio 716
ſuppetere 716
ſuppetiæ 41
ſuppetias ferre, uenire &c. 41
ſupplicium 201
ſupplicium ſumere, ſubire &c. 202
ſurripere 645
ſuſpectus 283
ſuſpicio 278
ſuſpitionem increpare, eſſe &c. 279
ſuſpitioſus 282
ſuſpitioſe 282
ſuſtentare 684
ſuſtinere 38

T

Tabellarius 52
tabula 32
tabulæ domeſticæ 32
taberna 492
taberna uinaria, olearia &c. 492
tabernarius 492
tabernaculum 491
tacere 67
taciturnitas 67
tacitum ferre 67
tacitus 67

tædere 740
tametſi 742
tandem 374
tangere 56.87.163.413
tantopere 724
tantum abeſt 421
tapete 742
tardare 482
tarditas 518
tardus 518
tardè 518
tegere 37
temerè 544
tempeſtas 365. & 629
tempeſtiuus 363
tempeſtiuè 366
tempeſtiuitas 365
tempus 358
tempus mutũ á literis 50
tempus Veſpertinum ante lucanum, uel matutinum 359
per tempus 361
temporis uſura 359
tempori ſeruire 363
tempore 361
in tempore 361
tendere 396
tenebræ 383
tenebricoſus 383
tenere 481
pag. 546
tentare 162
tenuis 663
tenuitas 663
tenuiter 663
tergum 445
terga uertere 445
terræ filius 338
terram deſidere 425
teſtari 478. & 479
teſtificatio 479
teſtatus 479
teſtatum 363
teſtimonium 479
teſtimonium dicere, habere &c. 480
teſtis 475
teſtem habere, adhibere &c. 477

tingere translatè 528
titubare 197
titubanter 197
toreumata 312
tollere 650
tormentum 205
tornata opera 312
torquere 88
tradere 537. & 585
traducere 355
tranquillare 509
tranquillitas 509
tranquillus 508
tranquillè 509
tranſcurrere 435
transfugere 441
transfuga 442
trangredi 401
trãſgreßio 401
tranſilire 67
tranſire 66. & 358
tribuere 345
tribunal 263
triduum 365
triennium 386
triſtitia 96
triumphare 99
trudere 560
tueri 37
turpare 176
turpificare 176
turpitudo 176
turpis 176
tutari 37
tutator 39
tuum eſt 118

V.

V *Acare* 509
uacatio 509
uacillare 197
uacuitas ab angoribus 89
uacuus 510
uacuitas 510
uadere 392
uagari 438
uagus 438
ualere 129
ualeant 130
uaneſcere 592
uappa 440

uaſtare 655
uaſtatio 656
uaſtitas 655
uaſtus 656
uaſtè 656
uaticinari 289
uaticinatio 289
uber 719
ubera 719
ubertas 719
uberius 719
uberrimè 719
uelim exiſtimes 338
uenire 411
uenire in mentem 612
uentitare 453
uerba facere 457
uerſari 491
uerſari ante oculos 614
uerſura 33
uerſuram ſoluere 33
uertere ſolum 446
ueſper 381
ueſpera 381
ueſperum 381
ueſperi 381
ueſpertinus 281
ueſtigium 364. & 579
uetare 248
ueteranus 589
ueternus 521
ueternoſus 521
uetulus 589
uetuſtas 589
uetus 589
uetuſtus 589
uexare & uexari 636
uexatio 636
uexator 636
uia 388
uia pro ratione 389
uiator 389
uiaticum 390
uicinales uiæ 388
uidere 489. & 454
uideri 221
uidere oculis 289
uigere 141
uigilantia 84
uigilare 84

uigilia 84
uincula 206
uindex 683
uindicare 682
uindiciæ 683
uindiciarum lis 683
uindicatio 683
uindicta 683
uinum fugiens 440
uinum acidum & mucidum 440
uiolare 162
uirtus 550
uiſere 452
uiſitare 453
uiſum 517
uitare 356
uitatio 356
uitium 187. & 286
uitium obuenire 286
eſſe uitio 186
uitio uertere 188
ponere in uitio 186
dare uitio 186
à uitijs abſtinere 189
uitioſitas 189
uitioſus 189
uituperare 173
uituperabilis 174
uituperatio 173
uituperator 174
uiuere 242
uiuus & præſens 417
uiuus, uidensq́; 414
ulciſci 684
ultor 684
ultro 349
de tuis unus 17
uolumen 569
uoluntas 11. & 313
uoluntatē conciliare, profiteri &c. 11
uoluntate 350
uoluntate ſecunda 350
uoluntarius 350
uolutare 549
uox 618
urgere 334
uſitatum 549
uſus 15. 548. & 734

uſui

uſui eſſe	734	*utilitas*	706
uſuamittere	734	*utiliter*	706
uſucapere	734	*uulgare*	572
uſusfructus	734	*uulgaris*	574
uſucapio	734	*uulgariter*	574
uſurpare	735	*uulgus*	572
uſurpatio	735	*in uulgus*	573
uti	6. & 733	*uulgò*	574
utilis	706	*uulnus*	627

FINIS.

BASILEAE APVD BARPTHOLO-
MAEVM VVESTHEMERVM
ET RVPERTVM VVIN-
TER. ANNO
M. D. XL.

